Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid
Imprenta Artesanal

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

olim R 393

I 188

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

AYUNTAMIENTO DE MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

e. 32.

# ANNALES
## RERVM BELLI DOMIQVE
## AB AVSTRIACIS HABSPVRGICÆ GENTIS

Principibus, à Rudolpho primo, vſq; ad Carolum V. geſtarum: ex optimis quibusque cum typo cuſis tum manuſcriptis authoribus, publicis item ac priuatis rerum monumentis, ſummo ſtudio conquiſiti, & in libros XII.

PER

GERARDVM DE ROO, SERENISSIMI AVSTRIAE *ARCHIDVCIS FERDINANDI &c. OLIM BIbliothecarium congeſti, & Conradi Decij à VVeydenberg, eiuſdem ſuæ Serenitatis Secretarij opera & ſumptibus nunc demùm in lucem editi.*



Cum gratia & Priuilegio ſac. Cæſ. & Catholicæ Regiæ Maieſtatis.

OENIPONTI,
Excudebat IOANNES AGRICOLA.
M. D. XCII.

Ayuntamiento de Madrid




Ayuntamiento de Madrid

# SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI DOMINO, DOMINO FERDINANDO

Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Vvirtenbergæ &c. Comiti Habſpurgi & Tyrolis, Domino meo clementiſſimo.

CVM ALIQVOT, AB HINC ANNIS Sereniſſime Archidux, Celſitudinis tuæ Bibliothecarius Gerardus de Roo Veteraquinas Batauus, præſtantis ingenij & eruditionis vir, [illegible] mens ſingularis [illegible], hiſtoriam Principum Auſtriacorũ, à Rodolpho Habſpurgico, qui primus Imperatoris titulum auguſtiſſimæ Domui tuæ intulit, ad Diuum Carolum eius nominis quintum vſq;, ex optimis quibuſcunq;, hisq; fide digniſſimis, cùm typo cuſis, tum manuſcriptis authoribus collegiſſet, ac multum temporis huic rei impendiſſet, & [illegible] manum (vt dicitur) [illegible] labori impoſiturus eſſet, [illegible] fato ex huius vitæ moleſtijs, morte, cuius limitem nemo mortalium produxerit definitum, aufertur præmatura, relicto poſt ſe opere ita imperfecto.

Cumque vnus & alter ab ipſius obitu præterflueret annus, & [illegible] nemo in ſtationem ſubiret, ac opus ipſum cum authore ſepultum eſſe videretur; maximam vtriq; iniuriam fieri exiſtimaui, ſi ea, quæ de hac inclyta Domo tua literarũ monumentis tradita, & vel temporis iniquitate partim non viſa, partim verò non ea, qua par eſt, fide & integritate ſcripta erant, ſub veritatis patrocinio, non rurſum prodirent emendatiùs, ſiue ipſe Gerardus ſua laude quam [illegible] ſcribendi officio meruerat, ſiue ipſius labori vtilitate, quam in[illegible] ſperabant, prorſus defraudaremur. Itaq; vt meam in Sereniſ. T. [illegible] obſeruantiam, in Gerardum, vt veterem amicum, fidem, ac ipſius [illegible] pietatem teſtarer, me huic arenæ committere & quod ipſi Gerardo temporis anguſtia negatum fuit, adimplere ſum conatus.

Quamuis autem pudor & eruditionis tenuitas ab hoc inſtituto (quod longè aliud requirebat ingenium) amouere me ac deterrere debuiſſet: animũ tamen ſolita Ser.tis T. clementia & æqua-



Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO FERDINANDO

Archiduci Auſtrię, Duci Burgundiæ, Stirię, Carinthiæ, Carniolæ & Vvirtenbergæ &c. Comiti Habſpurgi & Tyrolis, Domino meo clementiſſimo.

CVM ALIQVOT AB HINC ANNIS Sereniſſime Archidux, Celſitudinis tuæ Bibliothecarius Gerardus de Roo Veteraquinas Batauus, præſtantis ingenij & eruditionis vir, meus ſingularis amicus, hiſtoriam Principum Auſtriacorũ, à Rodolpho Habſpurgico, qui primus Imperatoris titulum auguſtiſſimæ Domui tuæ intulit, ad Diuum Carolum eius nominis quintum vſq;, ex optimis quibuſcunq;, ijſq; fide digniſſimis, cùm typo cuſis, tùm manuſcriptis authoribus collegiſſet, ac multum temporis huic rei impendiſſet, & iamiam extremam (vt dicitur) manum labori impoſiturus eſſet: Ecce iniquo fato ex huius vitæ moleſtijs, morte, cuius limitem nemo mortalium produxerit definitum, aufertur præmatura, relicto poſt ſe opere ita imperfecto.

Cumque vnus & alter ab ipſius obitu præterflueret annus, & nullus eius in ſtationem ſubiret, ac opus ipſum cum authore ſepultum eſſe videretur; maximam vtriq; iniuriam fieri exiſtimaui, ſi ea, quæ de hac inclyta Domo tua literarũ monumentis tradita, & vel temporis iniquitate partim non viſa, partim verò non ea, qua par eſt, fide & integritate ſcripta erant, ſub veritatis patrocinio, non tandem prodirent emendatiùs, ſiue ipſe Gerardus ſua laude quam hoc ſcribendi officio meruerat; ſiue ipſius liberi vtilitate, quam inde ſperabant, prorſus defraudarentur. Itaq; vt meam in Serenit. T. obſeruantiam, in Gerardum, vti veterem amicum, fidem, ac ipſius liberos pietatem teſtarer, me huic arenæ committere & quod ipſi Gerardo temporis anguſtia negatum fuit, adimplere ſum conatus.

Quamuis autem pudor & eruditionis tenuitas ab hoc inſtituto (vti quod longè aliud requirebat ingenium) amouere me ac deterrere debuiſſent: animũ tamen ſolita Ser.$^{tis}$ T. clementia & ęquanimitas



Ayuntamiento de Madrid

nimitas mihi addidit non vulgarẽ,quod libros & authores ad hanc rem neceſſarios, ex ſua Bibliotheca mihi commodauit liberaliſſimè, quodq; inſuper plures clariſſimi iuxta ac grauiſſimi viri, è quibus magnus ille Iuriſconſultus Dominus Iuſtinianus Moſerus, & Dominus Anthonius Clöſelius, quorum hic tibi à confeſſionibus & ſacris concionibus,ille verò ab intimis cõſilijs & epiſtolis eſt; exindè Dominus Fridericus Altſtetterus I.V.D.Tuæ Ser.tis Conſiliarius apud Excelſum Regimen Superiorum Auſtriæ Prouinciarũ,& nobilis Dominus Gottfridus Zott à Perneck, omnes ſanè veritatis & integritatis cultores longè optimi, & mihi priuatim nullo non honoris genere proſequendi,facilè primi fuerunt,qui meos qualeſcunq; conatus quàm candidiſſimè promouerunt; quos ſi non habuiſſem,certè nunquam prodire fuiſſem auſus. Non enim ſum neſcius,quàm ęgrè vel doctiſſimi ipſi,nedum ij,quibus ingenium vix mediocre contigit, hiſce præſertim temporibus, Momorum repræhenſiones effugiant, quin etiam pro benemeritis plurimorum ronchos & peſſimam ſæpe gratiam ferant, vt facilè quid de me futurum ſit conijcere potuerim.Eo autem non attento, ſed ſola tuæ Ser.tis benignitate ac hiſtoriæ lege,quæ bonę fidei potiùs & veritatis,quàm excelſę doctrinę requirit hominem,fretus,rei periculum ſubiui, & quod adhuc defuit, (fuit autem plurimum ſanè tàm in annorum ratione, quàm familiarum recenſione,in quibus Gerardus vti homo Batauus & rerum Germanicarum non vſque quaq; gnarus, æquiuoca ſæpè confundens, alterum pro altero poſuerat) ſuis locis reſtitui, non pauca etiam addidi, ita vt totum opus mihi denuo perluſtrandum, & quaſi ſub incudem reuocandum fuerit: Non quod mihi hac in parte(Deum teſtor)aliquid attributum,aut illius eruditioni quidpiam hoc nomine detractum velim ( vtpote quem ſua induſtria & ſtyli elegantia per ſe ſatis commendent) ſed cui temporis breuitas, impedimento fuerit, quo minùs ſingula perpendiculo exigere,ſeu lima expolire potuerit.

Vt autem hæc hiſtoria,de Germaniæ Principibus facilè primis ſcripta,Germaniæ noſtræ tantò magis innoteſceret, eam in maiorem regiæ Domus tuæ laudem & nationis noſtræ gratiam, etiam in vernaculam linguam transferre conſtitui,rem nec ingratam nec infrugiferam fore ſperans. Omnis verò opera data eſt, vt tota rei ſeries vbique quam ſimpliciſſimè proponeretur,& affectibus nihil

vſpiam

Ayuntamiento de Madrid

vſpiam tribueretur, vti vel ex ſola Heluetiorum hiſtoria videre eſt. Nam etſi ea gens à Domo Auſtriaca quondam ſeceſſionem fecerit, eius tamen geſta ita dextrè recenſentur, vti vel ab Heluetio quopiam ſcripta videri poſſint: quòd in alijs identidem factum eſſe æquus lector facilè perſpiciet; eousq; enim ab aſſentatione ſtylus noſter abeſt, vt nullius priuati hominis, niſi eius actiones cum publicis negotiis coniunctæ ſint, mentionem faciamus.

Sed non deerunt fortaſſis, præſertim ex iis, qui rerum Auſtriacarum cognitionem habebunt, vel anteà de ipſis aliquid legerint, quin plurima in hoc opere deſiderari, nonnulla etiam aliter, atque in aliis habeantur authoribus, ſcripta eſſe vociferabuntur; et ſic anſam hunc laborem carpendi arripient. His reſpondetur: ad illud quod attineat, non inficias iri, quod multa ſtudiosè ſint omiſſa, cùm quòd ex aliis commodè ea peti poſſint, tùm ne opus hoc in immenſum creſceret & lectori faſtidium potiùs, quàm delectationem pareret. Ad hoc vero quòd ſpectet, nihil prorſus innouatum, nihílue excogitatum, ſed in iis tantùm, quæ ex parte diſcrepare videbantur, collatis ferè omnibus quotquot de hoc argumento ſcripſerunt authoribus, probabiliora ſelecta, pluraq; inſuper, quæ aliorum cognitionem fugerant, lectu tamen digniſſima, ex manuſcriptis addita eſſe dignoſcatur.

Proindè beneuolum lectorem hortatum velim, ne hunc laborem culpet, priuſquàm illos authores, quorum opera vſi ſumus, & eorum nomina in principio huius libri affixa ſunt, excutiat, penitiùsq; euoluat, inuenerit citra dubium, non noua, non aliena aut conficta, ſed rem ipſam ſcriptam eſſe: Sicubi autem erratum viderit, pro ſua æquitate veniam det, non ægrè laturo, ſi quis amicè repræhenderit, etiam gratias habituro, ſi quis certiora attulerit.

Quòd autem vnius Imp. Maximiliani primi, proaui tui dulciſſimi ac omni laudū genere celebrandi res fuſiùs cæterorū geſtis explicatę ſint, in cauſa eſt liber manuſcriptus, in Ser.tis T. Bibliotheca repertus, quo ipſius Diui Maximiliani commentaria, ab anno ætatis eius XVII. vſq; ad annum quadrageſimum ſextū, continentur. Ea ſe Ioſephus Grunbeccius, ex ipſius Imperatoris ore excepiſſe fatetur. Qui idem collecturā (vt vocat) geſtorū Maximiliani adjecit, eiq; ſe familiarem fuiſſe ſcribit, &, vbi certi aliquid deſideraretur, id ex iis ſciſcitatum affirmat, qui Maximiliani coëtanei ſeu cum ipſo



Ayuntamiento de Madrid

educati fuerunt. Continuat ille rem ab anno Domini, Milleſimo quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, in quem inciderunt priores Maximiliani nuptię, vſq; ad annum ſeſquimilleſimum. Affirmat etiam Bilibaldus Pircamerus patricius Norimbergēſis, Maximilianum ipſum, ſuas res geſtas aliquot annorū deſcripſiſſe; nam ſe cum Maximiliano Lindouia Conſtantiam nauigio vectum, & cùm in naui ocium haberet Imperator, vocaſſe ad ſe ſcribā (quem noſtrum Grunbeccium fuiſſe putant) dictaſſe illi res geſtas vnius anni, idq; variis conſiliis & circumſtantiis. Et cùm Pircamerus ſecedere vellet, exiſtimans ſecreta quædam agi: ibi Imperator manere & auſcultare eum iuſſit. Ad veſperam curauit, vt dictata legerentur Pircamero, interrogans: & vt ei placeret equeſtre latinum? Dicebat verò optimus Princeps, ſe percupere paucis complecti res geſtas, vt eruditi qui vellent (ceu Ariadnes filo ducti) hiſtoriam parare ex authographis rectiùs poſſent.

Cumq; neminem hactenus eam rem ex profeſſo tractaſſe conſtet, operæprecium viſum eſt, ea, quę ſinguli paſſim attigêre, & quę citra omnium contradictionem pro certis habentur, tanquam veriſſima paulò altius referre, vt tanti Imperatoris, quo ſapientiorem aut fortiorem vix vlla habuit ætas, vita, proſperæ item ac aduerſæ fortunæ caſus, ſuæ poſteritati perpetuò ob oculos verſentur, quibus ceu ſpeculo, vnicum boni Principis exemplar videat atq; imitetur. Quamquam & reliqui Ser.tis T. maiores omnes, maximis & verè regiis virtutibus, imprimis autem clementia & pietate, quippe gentiliciis & peculiaribus Domus tuæ dotibus ornati fuerint; Hos tamen Maximilianus omnes ferè incredibili animi moderatione excelluiſſe videtur, vt etiam Cuſpinianus noſter non minùs verè quàm eleganter ſcripſit:

*Maiores ſuperans, priſcos æquauerat, atque hinc*
*Regnandi norma hic poſteritatis erit.*

Atq; adeò maiori laude dignus eſt, quod non hoſtes ſolum, ſed ſeipſum ſuperare nouerit, quæ omnium victoriarū prima eſt & optima. Nihil autem vnquam propriis virtutibus, ſed cui omnia bona meritò accepta referimus, ſoli DEO laudem tribuit, vti dictum ſuum quod in pectore & ore ſemper habebat teſtatur: DOMINO GLORIA, MIHI AVTEM CONFVSIO. O fœlicem rempub. cui talis Imperator contingit, qui vitæ rectè tranſigendę ſcopum ſemper in oculis habet, ſed de eo ſatis.

Quod

Ayuntamiento de Madrid

Quod ad opus ipſum attinet: cui potiſsimum debeatur, quis non videt? Ex tuæ Serenitatis bibliotheca prodit: tuorum maiorũ res, initia, incrementa, acceſſiones & ſucceſſiones regnorum, pacis item ac belli ſtudia, aduerſam pariter & proſperam fortunam continet: à cliente tuo conſcriptum eſt. Iure igitur optimo tibi, vtpote ex Domus tuę principibus, tàm annis, quàm rerum gerendarum vſu & experientia maiori, debetur. Hoc itaque tibi non tàm meo quàm defuncti Gerardi nomine, ea qua decet animi ſubmiſſione offero, humilimè rogans, vt munus hoc, tibi plurimas ob cauſas debitum, non aſpernari, verùm pro innata humanitate tua benignè amplecti, eiusq; patrocinium & tutelam ſuſcipere digneris, quod ſi feceris (vt meritò facis) haud dubiè ab omnibus malignorũ morſibus erit ſecurum; & tibi tantò gratiùs futurum, quantò ſæpius maiorum tuorum præclarè geſta inſpexeris. Porrò Gerardi liberos, qui pręter tuam beneficentiam nihil habẽt, æquè ac me ipſum tuæ clementiæ humiliter commendo. Deum ter opt. max. ex corde rogans vt Ser.mam Celſ.nem T. cum vniuerſa Domo ſua, (qua profectò hic orbis, ſiue ſanguinis nobilitatem, ſiue virtutum excellentiã ſpectes, parem vix habet; quæq; ſola, rerum propè corruentium & ad interitum vergentium, firmum eſt ſuſtentaculũ) ad Diuini nominis ſui æternam gloriam & Reipub. Chriſtianæ ſalutem, quàm diutiſſimè ſeruet incolumem & prorſus immortalem reddat. E Ciuitate tua Oenipontana, Anno reparatæ ſalutis Milleſimo, Quingenteſimo, Nonageſimo ſecundo, Diui VITI martyris profeſto; quo, ante ſexaginta tres annos, in huius lucis auras prodijſti, quæ dies vt tibi ſubindè quoad Neſtoris adimpleueris annos, fœliciter recurrat, is faxit qui ſydera regit & cuncta poteſt.

Ser.mæ Celſ.nis Tuæ

perpetua fidelitate
deditiſſimus cliens

Conradus Decius
à Vveydenberg.

Ayuntamiento de Madrid

# PRIVILEGIVM CÆSAREVM.

RVDOLPHVS Secundus, Diuina fauente clementia, Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgũdiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Vvirtembergæ & cæt. Comes Tyrolis & cæt. Agnoſcimus ac notum facimus vigore præſentium vniuerſis. Quòd cùm nobis exponendũ curauerit, noſter & Sacri Imperij fidelis dilectus Conradus Decius à Vveydenberg, Sereniſſimi Principis Ferdinandi, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Vvirtembergæ, Marchionis Burgouiæ, Landgrauij Alſaltiæ, Comitis Tyrolis &c. patrui noſtri chariſſimi Secretarius, magno ſe labore ac ſtudio ANNALES rerum domi militiæq́, ab Auſtriacis, Habſpurgicæ gentis Principibus, à Rudolphi Primi tempore ad Caroli Quinti vſq́, tempora geſtarum, ex optimis quibusq́, cum typo cuſis, tùm manuſcriptis authoribus, publicis item ac priuatis rerum monumentis à Gerardo de Roo, eiuſdẽ patrui noſtri Bibliothecario conquiſitos, & in libros duodecim digeſtos, non tantum pluribus locis, illo vita functo, compleuiſſe, ſed in linguam etiam germanicã vertiſſe, quos breui in lucẽ edere ſtatuerit; Vereri autem, ne, quod fieri ſolet, alij typographi lucri cauſa, eoſdẽ in ſuam aut Typographi ſui fraudem excudant aut imitentur, proinde nobis humiliter ſupplicârit, vt Priuilegio noſtro indemnitati conſulamus ſuæ, quod magnas in eam editionem impenſas facit: Nos conſiderantes quàm labor ille, non tantum publicè vtilis, ſed Auguſtæ etiam Domui noſtræ honorificus futurus ſit, eiuſmodi ſupplicationi benignè annuentes, decreuerimus, & pro Cæſarea noſtra authoritate ſtatuerimus, quemadmodũ præſentiũ vigore decernimus ac ſtatuimus, vetamusq́, ne quis Typographorum, bibliopolarum, aut aliorum qui librariã negotiationem exercẽt, ſupradictos Annales, quocunq́, modo, forma aut charactere imitari, edere, excudere aut venum dare intra Sacri Romani Imperij, regnorumq́, ac dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines ſeptem annis proximis, à primo editionis die computandis, absq́, dicti Conradi aut ipſius hæredum cõſenſu audeat. Si quis autem edictum hoc noſtrum tranſgredi, violare aut contemnere deprehenſus fuerit, eum non ſolùm eiuſmodi libris, ipſi Conrado Decio, hæredibúſue ſuis auxilio Magiſtratus, vbicunq́, reperti fuerint, vendicandis priuari, ſed viginti etiam marcharũ auri puri mulcta, cuius ſemiſſis Fiſci noſtri procuratori fraudis vindici: alter verò ſemiſſis ipſi Conrado hæredibúſue ſuis pendatur, puniri volumus. Ita tamen vt tria, vt minimum illorum librorum exemplaria ad Cancellariam noſtram Imperialem ſuis ſumptibus tranſmittere, vel ipſe Conradus, vel ipſius hæredes teneantur. Mandantes Vniuerſis ac ſingulis noſtris & ſacri Romani Imperij ſubditis & fidelibus dilectis, tàm Eccleſiaſticis q̃ Politicis cuiuſcunq́, ſtatus, gradus aut ordinis extiterint, præſertim verò ijs, qui in magiſtratu conſtituti, vel ſuperiorum ſuorum loco aut nomine jus dicunt, iuſtitiámue exercent, ne quenquã hoc priuilegium impunè violare, ſpernere aut negligere patiantur, ſed, ſi quos contumaces compererint, conſtituta à nobis mulcta eos puniri & quibuſcunq́, modis coërceri curent, ni et ipſimet grauiſſimam noſtram in ſe conuertere indignationẽ velint. Id quod hoc diplomate manu noſtra ſubſcripto & Cæſarei noſtri Sigilli impreſſione munito confirmamus. Datum in arce noſtra Regia Pragæ, die prima menſis Decembris, Anno Millesimo, Quingenteſimo, Nonageſimo primo. Regnorũ noſtrorum Romani Decimo ſeptimo, Hungarici vigeſimo, & Boëmici itidem decimo ſeptimo.

Rudolphus.

Iacobus Curtius à Senfftenau.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium.

Io: Baruitius D.

Ayuntamiento de Madrid

# AVTHORES, QVIBVS IN HOC OPERE VSI SVMVS,

*EXCVSI.*

Albertus Argentinenſis.
Anthonius Bonfinius.
Ægidius Tſchudus.
Æneas Syluius.
Beatus Rhenanus.
Franciſcus Guicciardinus.
Henricus Glareanus.
Henricus Panthaleon.
Hieronymus Gebuuilerus.
Iacobus Manlius.
Iacobus Marchantius.
Iacobus Meyerus.
Ianus Pyrrhus Pincius.
Ioachimus Cureus.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Cuſpinianus.
Ioannes Dubrauius.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Stabius.
Ioannes Stumpfius.
Ioannes Trithemius.
Ioſias Simlerus.
Martinus Cromerus.
Pandulphus Collenutius.
Paulus Iouius.
Petrus Bembus.
Petrus Iuſtinianus.
Philippus Comminæus.
Raphaël Volaterranus.
Richardus Baruſinus.
Rupertus Gaguinus.
VViguleus Hund.
VVolfgangus Hungerus.

*MANVSCRIPTI.*

Albertus Müllerus Tigurinus.
Argentoratenſe Chronicon.
Baſileenſe Chronicon.
Carinthiæ Chronicon.
Chriſtophorus Putſchius.
Eberhardus ab inferiori Altaich.
Henricus Gundelfingerus Conſtantienſ.
Iacobus à Küngelshouen.
Ioannes Molinetus.
Ioannes Thomas Ebendorffius ab Haſelbach.
Ioſephus Grünbeccius.
Ladiſlaus Sunthemius.
Nicolaus Langemannus.
Saliſburgenſe Chronicon.



Ayuntamiento de Madrid




RVDOLPHVS PRIMVS ROMANORVM IMPERATOR.

# IN AVSTRIACAE ARBOREM GENEALOGIÆ, POEMATION EPICVM PARAPHRASTICVM.

A[illegible] Habſpurgi [illegible]
Cōſpicitur [illegible]
Arboris [illegible] ſpecies; Zephyriſq; [illegible]
Creſcit in immenſum [illegible]
Ramis, ac fructus [illegible]
Haud [illegible] Regumq; Duceſq;
Heroaſq; [illegible]
Qua [illegible]
Habſpurgi [illegible]
[illegible] Phrygiæ [illegible]
Non tamen [illegible] primordia [illegible]
Eſt animus, nec ab Auſtraſijs [illegible] proles,
Quam Habſpurgenſis [illegible] ſanguine [illegible].
Primus is eſt ergò Habſpurgi [illegible] RVDOLPHVS
Mentis [illegible] Mineruæ,
Et quem Mercurius [illegible]:
Religio [illegible], Prudentia [illegible] Catonis,
Æmiliana fides, Fabiq; conſtantia, virtus
Fabricij [illegible] ſuper aſtra [illegible] RVDOLPHVM
Sanguineum Mauors quoties [illegible] haſtam
Horrendus galea, clypeoq; [illegible],
Intrepidus ſemper diros ſuſcepit in hoſtes
Bella: Othocarus erit teſtis, quem depulit armis
Auſtriacos agros vbi Rhenus [illegible]
Victor ab hoſtili [illegible] triumphos
Egit ouans celebres, atq; [illegible].
Credere [illegible]?
Annon quos humiles [illegible]
Nunc agit in præceps, [illegible]?
Aurea [illegible] radijs [illegible] Cynthius [illegible]
Vexerat: en rurſum [illegible] Orion.
Neſcius [illegible] ALBERT[illegible] prælia Martis,

Ayuntamiento de Madrid

# IN AVSTRIACAE ARBOREM GENEALOGIÆ, POËMATION EPICVM PARAPHRASTICVM.

*AC velut Heſperidum frondentibus eminet hortis*
*Ceſpitibus teres, ante alias immanior omnes*
*Arboris vnius ſpecies; Zephyroq; tepente*
*Creſcit in immenſum viridantibus vndiq; opaca*
*Ramis, ac fructus fert luxurioſa rubentes:*
*Haud ſecus Induperatores, Regesq; Ducesq;,*
*Heroasq; alios virtute, armisq; potentes*
*Omnibus in ramis produxit ſurculus olim*
*Habſpurgenſiacus, quos ſculpta figura recludit.*
*Et licet à Phrygijs genus hoc detraxerit ortum,*
*Non tamen iſtius primordia ſumere ſtirpis*
*Eſt animus, nec ab Auſtraſiis: aſt inclyta proles*
*Quos Habſpurgenſis produxit ſanguine auito.*
*PRIMVS adeſt ergò Habſpurgenſi ſtirpe RVDOLPHVS*
*Munera doctiloquæ cui ſe explicuêre Mineruæ,*
*Et quem Mercurius donis ornauit opimis:*
*Relligio Attilij, Prudentia auita Catonis,*
*Æmiliana fides, Fabij conſtantia, virtus*
*Fabricij tollunt ſuper aſtra coruſca RVDOLPHVM.*
*Sanguineam Mauors quoties quaſſauerat haſtam*
*Horrendus galea, clypeiq; vmbone cruenti,*
*Intrepidus ſemper diros ſuſcepit in hoſtes*
*Bella: Othocarus erit teſtis, quem depulit armis*
*Auſtriacos agros vbi Rhetius alluit Iſter.*
*Victor ab hoſtili ſic tandem clade triumphos*
*Egit ouans celebres, atq; aurea ſeclâ reduxit.*
*Credere ſed factis ſe audet quiſquámne ſecundis?*
*An non quos humiles tollit Rhamnuſia, eoſdem*
*Nunc agit in præceps, aduerſa ſecunda ſequuntur?*
*Auricomus radijs vix lucem Cynthius vnam*
*Vexerat: en rurſum exoritur nimboſus Orion.*
*Naſſouius mouet ALBERTO dux prælia Martis,*



Ayuntamiento de Madrid

*Prælia conſeuit, peditumq́; equitumq́; phalange*
*Belligera* ALBERTVS *ſtipatus, & impiger hoſtem*
*Spicula torta vibrans, atq́; alta voce laceſſens*
*Protriuit, Nemeti qua mœnia celſa bicornis*
*Aſpera ripa quatit Rheni: quis frigidus hoſtes,*
*Detinuit pauidos horror? quæ cura? metusq́;*
*Anxius? vna ſalus victis eſt vertere terga.*
*Nec prius abſtinuit (ſtimulos dedit æmula virtus)*
*Ruperit infeſta donec præcordia Adolphi*
*Cuſpide Naſſouij, imperij quò ſolus habenas*
*Sumeret excelſas, & pace quieſceret alma.*
*At vix attigerat fatis ingreſſus iniquis*
*Limina chara domus, vix ferre referreq́; voces*
*Pignoribus dederat ſors improba: triſtis Erynnis*
*Neſcio quæ mentem exagitat, prô fraude nepotis*
*Exuit exuuias indigna morte peremptus.*
*Hunc ſequitur frater, ſceptrumq́; ducale* RVDOLPHVS
*Accipit, ingenio promptus, facundus & ore*
*Armaq́; quem docuit tractare hoſtilia Mauors.*
*Hic caſtus caſtas caſta cum virgine tædas*
*Ottocari nata celebrat, jamq́; oſſibus imis*
*Arma animus gliſcit miſcere, ac Marte, togaq́;*
*Quærere, quæ nunquam poſt triſtia funera, famam*
*Præcipitatur aquis lethæis: fata parentum*
*Subſequitur vinclis exutus corporis. Eheu*
*Mortem obijt ſecli decus? heu cur gaudia nobis*
*Inuida Parca rapis? cur licia pollice rumpis*
*Atropos immiti? Sed quid nam inceſſere verbis*
*Fata immota iuuat? querulas & promere voces?*
*Peruia mors cunctis, quicquid nutritur vtroq́;*
*Climate: & alba liguſtra cadunt, Phytheotica Tempe*
*Amittunt flores, quos ſcindit falce canori*
*Accola Penæi, botróſue per ardua Treuir*
*Immites placidi juga debacchata Moſellæ.*
*Quid referam Hartmanni triſtiſſima fata? ſub vndis*
*Qui miſerè perijt, ſpumans vbi vortice Rhenus*

*Volui-*

Ayuntamiento de Madrid

*Voluitur aſſiduo, & raptat ui corpora fundo.*
*Quid luctus Caroli? in cunis mors quem abſtulit atra.*
*At veluti raro viridi de ſtipite gemma*
*Degenerat: ſic Cæſarea de ſtirpe* RVDOLPHVS
*Marte potens ſtuduit factis extendere famam,*
*Adijcere & titulos titulis: Hic ille* RVDOLPHVS,
*Qui viduam ſtabili Boiemi Regis Eliſſam*
*Conjugio ſibi deuinxit, propriamq; dicauit.*
*Hinc ſceptra acquirit, qua rupes Albis opacas*
*Lambit: at immites multos numerare nepotes*
*Haud dederant Parcæ rumpendo ſtamina vitæ.*
*Tota Gibellino cùm gliſceret vndiq; Marte*
*Auſonia,* HENRICVS *Placidus cognomine dictus*
*Auſtriacas linquens Tyrreni Tybridis oras*
*Longinquas petijt munitus milite forti:*
*Qui niſi prole carens ſuperûm ceſſiſſet ab oris,*
*Supremi fuerat laturus culmen honoris.*
*Nequicquam requieſcit* OTHO *Mauortia caſtra*
*Viſere, bella mouet, bellator bellica ſigna*
*Belliger in Styriam vertit, Carnosq; jugauit,*
*Armigerumq; genus, qua deſpumantibus vndis*
*It Drauus impatiens, & multo fertilis hydro.*
*Aurea ſceptra quidem imperij flagrabat, inanis*
*Sed redit acta ratis retrò ſtridentibus Euris,*
*Nec valuit clarum factis extendere nomen*
*Auſtriacos vltrà tractus, duo pignora linquens*
*(Præproperè heu nimium nobis quæ fata tulerunt)*
*Occidit, occiduo vt lethæa papauera collo.*
*Naſcitur Alberto* LEOPOLDVS *maxima proles,*
*Aurea ſiue refers ſecuræ tempora pacis,*
*Seu memoras belli victricia tela cruenti,*
*In varios natura dedit quas Dædala dotes*
*Inclytus vnus habet, pietas nitet, aurea virtus,*
*Summaq; dexteritas ſæuum vibrare mucronem:*
*Militiæ vndè decus trucis immortale vocatus,*
*Indomiti Mauortis honos, & gloria belli.*



Ayuntamiento de Madrid

Segnius haud pulcher FRIDERICUS nomine dictus
Belligerum contra Ludouicum ſumpſerat arma,
Per dubios Martis caſus, per tela, per hoſtes
Irruit intrepidus rutilantia ſpicula torquens.
Præbuit huic facilis Fridericum Amathuſia prolem,
Ferrea quam Clotho (primæ vix limina vitæ
Prô dolor ingreditur) lugubri funere merſit:
Nec ſatis, Ottonis quin pignora ſuſtulit ambo.
Progreditur princeps ALBERTUS delphica laurus
In rebus dubijs, belliq; domiq; trophæis
Emicuit (dictus ſapiens) in vtrumq; ſuperbis.
Pro patrijs mouet arma focis, ſtagnumq; Lemannum
Contudit, & Tiguros: hinc gens Alemanna vocatur
Hic (tantus pietatis amor) ſe addixerat aris.
Aſt vbi adempta fuit fratrum ſine prole caterua,
Vltimus è thalami ſocialis coniuge natos
Fridricum, Albertum, Leopoldum: habuitq; Rudolphum,
Poſtremus quorum regni aurea ſceptra tenebat.
Pacis amans ſanctam librauit lancibus æquis
Iuſtitiam; hic nouit, quas tractat Scæuola leges,
Huic Galba ingenium melius, nec ſpurca voluptas,
Nec Bromius, Paphiæq; Deæ maleſana cupido.
Hic noua Regifico ſtruxit certantia luxu
Templa Deo; Hic largis collegia ſumptibus auxit.
Non ſic Atridæ validum venerantur Achillem
Nec ſe ita iactauit Tybris Cicerone reuerſo,
Suſpicit hunc quantum, gaudetq; celebre Lycæum
Littoris Auſtriaci, gelidus qua labitur Iſter.
Nauiget hinc alio mihi fictilis æquore linter
Eximiumq; canat LEOPOLDI Phœbus in vmbra
Pieria facinus: peditum qui mœnia turmis
Celſa plagæ Heluetiæ cinxit, conamine toto
Pugnauit, tandem occubuit rabido enſe peremptus.
Quid modo VUILHELMUM & FRIDERICUM lumina bina
Clara ſoli Auſtriaci referam, quos extulit alma
Ad decus eximium virtus in vtrumq; paratos?



Ayuntamiento de Madrid

Nec verò intactus nobis LEOPOLDVS abibit
Armipotens, meruit qui nomine ferre ſuperbi
Ob faſtus animi elati, moresq́ tumentes.
Naſcitur ERNESTVS Leopoldo, ob robora Martis
Ferreus: hic ſceptra haud vllius tincta cruore
Geſſit: hic Auſtriacam tenuit ſine cæde coronam,
Aſſyrios ſi ſic tractâſſet Sardanapalus,
Ipſius haud vnquam piceis fornacibus oſſa
Vulcanus torſiſſet atrox: ſicq́ improbus olim
Talia Tarquinius Romanis iura dediſſet,
Auſonia nunquàm depulſus ab vrbe fuiſſet.
Proximus huic ſe offert FRIDERICVS filia ducta
Anna Ducis Brunſuicenſis, cui bina virilis
Ediderat prægnans clariſſima pignora ſexus.
Marte potens fuerat magis, an probitate, fideq́
ALBERTVS? nequeo, fidei, Martiq́ cruento
Iuſtius haud vnquam ſuſceptum credo duellum.
Pompilij probitas; vitæq́ modeſtia ſumma
Antonij Marci toto celebratur in orbe.
Aſt huius quis facta canet? quis clara trophæa
Condignè referet? quis vaſti nauita fluctus,
Non timet vndiuagos Neræi findere puppi?
Quis poterit fixis radios Phaëthontis ocellis
Vibrantes rutuli rimari? & myſtica cœli
Scrutari Empyrei? ſic tanto pondere vires
Deficiunt, ac ſerpit humo mea muſa canendo.
Tanta viro pietas, Diuûm reuerentia tanta,
Sacra Palæſtini fana vt Iordanis adiret,
Et rigida Solymæ venerandum in rupe ſepulchrum
Chriſti, vbi non longè ſeptemplicis oſtia Nili
Per mare cæruleum Pharijs ſpumantibus vndis
Graſſantur. Quinto Regale Boëmia ſceptrum,
Contulit ALBERTO: thalamo, nexuq́ iugali
Facto, ſeq́ ſuas & opes plaga Pannona ſponte
Subjecit. Qui Turcarum (ſi fata tuliſſent)
Illaturus erat Mauortia bella Tyranno,

Ayuntamiento de Madrid

*Sic caſus dubios perpeſſus Maxmilianus*
*Per Syrtes gradiens per tædia mille laborum,*
*Siſteret optato donec ſua carbaſa portu.*
*Mollibus è cunis* FRANCISCVM *fata tulerunt*
*Impia, nil præter luctum gemitumq́; reliquit.*
*Regna* PHILIPPVS *adit, lætusq́; potitur iiſdem,*
*Cæruleis vbi aquis prædiues inundat Iberus.*
*Sex Natura dedit ſoboles, quas Atropos auſert.*
*Hoſtibus infenſi virtute Heroes, & armis*
*Illuſtres adſunt* FERNANDVS, CAROLVS, *ambo*
*Imperij faſces ſumma cum laude tenebant,*
*Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo:*
*Scit Tybris, Hetruſcus, Lybicum mare, nouit & Albis,*
*Scit Rhodanus, Saxo, ſcit Parma, Brabantia, Rhenus,*
*Sardinia, incolæ Hyperborei, Doresq́; Tomiq́;.*
*Hos, (veluti Gradiûm Mauortes machina quondam*
*Edidit) Heroes ſtirps protulit Habſpurgenſis.*
*Cyprus amaracino gaudet ſudore: Tarentum*
*Porrum habet: & violas Sarranis competit aruis.*
*Auſtriacus profert fructus redolentibus herbis*
*Luxurioſus ager, patuli queîs machina mundi*
*Veſcitur; extremis Phœbus qua emergitur Indis,*
*Et Tarteſsiaco ſe rurſus in æquore condit.*
*Auſtria clara domus, qua non illuſtrior vlla,*
*Auſtria clara domus, mundi totius aſylum,*
*Auſtria clara domus, ſolamen & anchora fida,*
*Auſtria clara domus, Labyrintho quicquid agendum*
*Fertur in ambiguo, Themis alma, & Delphica laurus.*
*Auſtria clara domus, quam nouit Sarmata, Partha,*
*Memphis, Perſis, Arabs, Babylon, ſacra culmina Synæ.*
*Auſtria clara domus, quam tota Britannia honorat,*
*Styria, Pannonia, Auſonij, Nabathæaq́; regna,*
*Æthiopes, Indi, quæ ſit domus Auſtria, norunt,*
*Nec latet Antipodum, quæ ſit domus Auſtria, tractus:*
*Brachmanes norunt, quæ ſit domus Auſtria, norunt*
*Menapij, Bataui, debellatusq́; Sycamber:*

*Auſtria*

Ayuntamiento de Madrid

*Auſtria ſigna Cilix cognoſcit, & vltima Thule,*
*Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,*
*Orbeq; ſemotæ reſonant in fluctibus altis*
*Orchades, Arctoumq; ferens vaga ſuccina littus.*
*Et meritò: quis enim te non miretur, honoret,*
*Suſpiciat, recolat, ſpectet, veneretur, ametq; ?*
*Sed ceſſo Auſtricas obſcuro inuoluere laudes*
*Carmine: ſub tua, quæ cernit ſol aureus ortu*
*Quæq; ſub occaſu, ſceptra: hæc veniſſe Deorum*
*Auguror augurio. Viuat domus Auſtria viuat;*
*Soſpes Olympiades Cumææ (haud improba poſco)*
*Atq; ſenem Nomadum Regem ſuperet Maſiniſſam.*
*Incautos veluti Nautas Acheloïa cantu*
*Flectit, & in pœnam retrahit: ſic candida virtus*
*Sacra fides, ſuperûm cultus, pietatis auitæ*
*Relligio Auſtriacûm, vt thyrſus, me compulit altum*
*Findere puppe ſalum: quod ſi ſub gurgite anhelo*
*Ad ſcopulos cæcos, Syrteſq; alliſerit acta*
*Turbine Sarmatici Cori, Boreæq; furentis,*
*Cogitet inſuetum inſueta ſulcâſſe carina*
*Nautam veliuoli ſpumantes æquoris vndas.*
*Oſvvaldus Portnerus I.V.D. cecinit.*

In Sciolum Dicolos epigrammatica Hieronymi
Othonis Agricolæ Oenipontani.

*Semper agit Mimus, quòd noverit omnia Mimus;*
*Cauſidicum agit, agit Hiſtrionem, & Rhetorem.*
*Baldum agit, Hippocratemq; Platonaq; ; ſingula demùm*
*Conando agit; jam ogganniendo Stultum agit.*

Vrget Paulus Ottentalerus, junior.

*Lynceus eſſe putas, aliorum carpere facta,*
*Hypſæa in propriis cæcior eſſe ſoles.*
*Si neſcis; pulchrum eſt, non carpere, Zoile, quemquam,*
*Ne arguat actorem culpa reflexa ſuum.*

Ayuntamiento de Madrid

# NOMINA ET IMAGINES
## INSIGNIORVM, IN ARBORE AVSTRIACA
COMPRÆHENSORVM; APPOSITO VNICVIQVE Tetraſticho explicante ſub quo Principe & quibus rationibus quælibet Prouincia, Dominium, Comitatus, Ducatus, Regnúmue huic inclytæ Domui acceſſerit.



Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

## C. HABSPVRG.



*Vt Leo quadrupedum rex eſt, ac dentibus vrget*
*Quos videt armata ſumere tela manu:*
*Sic fuit, eſt, & erit ſtirps Habſpurgenſica clara,*
*Et primas inter nomina prima tenet.*

## C. HOHENBERG.



*Hochenbergenſi cum gnata fœdera Primus*
*Coniugij ſtabilis ſacra Rudolphus init:*
*Hinc iſte Auſtriacæ domui Comitatus adhærens*
*Auſtriacûm Procerum iuſſa capeſſit ouans.*

## C. FERRETEN.



*Omnis vt extincta eſt fratrũ ſine prole caterua,*
*Quæritat Albertus munera grata toro.*
*Ioannam ſobolem Pſirtenſi principe natam*
*Ducens, Pſirtenſem pace repleuit humum.*

## C. KIBVRGEN.



*Clara fuit Comitum ſtirps Kiburgenſica quondã,*
*Suſtulit hoc terris ſors inimica genus:*
*Sanguinis ergò Duces ſuccedunt iure propinqui*
*Auſtriaci, Auſtriacis ſic plaga iuncta manet.*



Ayuntamiento de Madrid

### C. NELLENBVRG.



*Subiacet Auſtriacis Nellenburgenſica terra*
*Et paret iuſſis inclyta turba Ducum.*
*Hanc quondã Aemilius fama ſuper æthera notus*
*Aere ſuo Auſtriacis adijciebat agris.*

### C. VELTKIRCH.



*Qui Venetũ Euganeis ſurgens de finibus agmen*
*Contudit, inq́ fugam caſtra Latina dedit,*
*Hic Veltkirchenſes Leopoldus comparat oras,*
*Vt Decus Auſtriadûm maius, opesq́ forent.*

### C. BRIGANTIN.



*Quam virtute potens, factis extendere famam*
*Quamq́ flagrans fuerat Maximus Aemilius,*
*H ſuper arua docent benè Brigantina, ſoluto*
*Aere ſuo patrijs appropriata ſeris.*

### C. SONNENBVRG.



*Serpit humum tenui primũ ceu murmure riuus,*
*Labendo tandem ſufficit vber aquas:*
*Auſtria ſic opibus creuit teſtante Lupoldo,*
*Adiecitq́ aliquid proxima quæq́ dies.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

### D. FORI IVLII.



*Quærere non maior virtus, quam parta tueri,*
*Quid clarū mage, qui nouit vtrumq́; ? nihil.*
*Clariùs ergò nihil Leopoldo, hic parta tueri,*
*Et nouit titulos accumulare nouis.*

### D. MARCH: SCLAVON.



*Aurea cum fuluo virtus complectitur auro*
*Pectora bina, duos colligat vna fides:*
*Vna fides, vnus thalamus, mens vna ſub vno*
*Alberto Auſtriacis adijciebat humum.*

### D. PORT: NAONIS.



*Cui Charis ingeniū, & mores, Venus aurea formā,*
*Iuno genus, mentem caſta Minerua dedit:*
*Hanc ſibi coniugij ceſto vinciuit Elyſſam*
*Albertus, referens commoda plura tori.*

### D. SALINARVM.



*Dum gnata Aemilio Caroli ſit ſponſa Maria,*
*Et ſcandit caſti fulcra pudica tori:*
*Auſtriacæ terræ accreuit Comitatus hic: ergò*
*Maximus annon hic? exitus acta probat.*



Ayuntamiento de Madrid

## C. Tyrolen.



*Ne te vana fides quorundam à tramite vero*
*Detrahat, hoc pacto iuncta Tyrolis erat.*
*Margaris hanc donat iam iã moritura Rudolpho,*
*Sanguinis hoc voluit multa fauentis amor.*

## C. Goritiæ.



*Maximus Aemilius clarum iubar, extititingens*
*Fama Ducũ Auſtriacûm, nomen, & omen habet.*
*Nomen, & omen habet, Cæſar patre Cæſare natus*
*Teſtis præ reliquis hic Comitatus erit.*

## C. Ciliens.



*Fortibus eſt fortuna viris, nil curat inertes*
*Improbus, audendum eſt, omnia vincit amor.*
*Vicit amor patriæ Fridericum, hic ductus amore*
*Auſtriadum, Auſtriacis hæc loca iunxit agris.*

## C. Flandriæ.



*Aemilium vniuit tædis illuſtribus olim*
*Cum Caroli gnata pronubus ipſe Deus.*
*Non minus hæc rerũ, quàm mentis dotibus aucta,*
*Hunc tractum Auſtriacos fecit habere Duces.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

C. ARTESIÆ.



*Pax, honor, & pleno locuples opulentia cornu*
*Condecorant nomen Cæſaris Aemilÿ.*
*Hæc ita teſtatur celebris Comitatus hic, addit*
*Quem domui Auſtriacæ connubialis amor.*

C. HANNONIÆ.



*Vitiferos inter colles, ſyluasq́; virentes*
*Eſt locus, Hannoniam vulgus inerme vocat:*
*Hunc diuinus Hymen Primo quondã Aemiliano*
*Contulit, Auſtriadum vt clarior eſſet honor.*

C. HOLLANDIÆ.



*Flagrãti thalamos quàm Chrũs amore iugales*
*Ambiat, & foueat, pagina ſacra docet.*
*Ex nupta voluit (res mira eſt) virgine naſci,*
*Hoc cernens, thalami Maximus egit opus.*

C. SELANDIÆ.



*Sunt mala iuncta bonis quocunq́; in munere viuas,*
*Hîc bene ſi videas ſunt bona plura malis.*
*Sunt bona plura malis, ſociam qui iunxerit aptam,*
*Hîc par iuncta pari, annon bona plura malis?*



Ayuntamiento de Madrid

A. AVSTRIÆ.



*Contulit Alberto nato huius ſceptra Rudolphus*
*Terræ, cum victus Marte Otocarus erat.*
*Hunc ſtatus Imperij totius comprobat actum,*
*Necquemquã in tanto eſt paſſus honore parem.*

D. BVRGVNDIÆ.



*Paulus vt Aemili⁹, vel Quintus Maximus olim*
*Auſonios inter præualuêre viros:*
*Maximus Aemilius nomen ſic laudibus æquat,*
*Sequanicos tractus huic ſacer addit Hymen.*

D. STIRIÆ.



*Mouit in Ottocarum Mauortia bella Rudolphus,*
*Armata quatiens ſigna timenda manu.*
*Victor vbi rediijt (Proceres haud acta retractant)*
*Alberto Stiriæ ſceptra regenda dedit.*

D. CARINTHIÆ.



*Maximus ingenio, ingenij qui nomine gaudet,*
*Atq; potens valido Marte Rudolphus erat.*
*Auſtriacas cumulauit opes, gentemq; iugauit,*
*Quam medius rapido perluit amne Drauus.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

D. CARNIOLÆ.



*Ottho cum gnata Regis, quâ labitur Albis,*
*Spe cumulandarum fœdera iunxit opum.*
*Protinꝰ, hæc patriæ adijciēs noua ſceptra Ducatꝰ,*
*Creuêre Auſtriaci laudis honore Duces.*

D. BRABANTIÆ.



*Magnos magna decent, ſectatur maxima quæq́;*
*Maxmilianus, habet nomina fauſta Dijs.*
*Fouerit hunc Mauors magis, an Hymenæus honeſtus,*
*Haud ſcio, uterq́; ſatis præmia magna dedit.*

D. SILESIÆ.



*Prole Sigiſmundi cum caſta fœdera ſanxit*
*Auſtriacæ Albertus maxima fama domus:*
*Hic cum Pannonijs, Sclauis, Croatisq́; Boëmisq́;*
*Illanc Auſtriacis adijciebat humum.*

M. MORAVIÆ.



*Quod vitæ ſociam ſibi iunxit Regis Elyſſam*
*Albertus, largas contulit Auſtriæ opes.*
*Albis erit teſtis, teſtis quoque florida terra,*
*Cuius nunc Moraui pinguia prata colunt.*



Ayuntamiento de Madrid

D. SVEVIÆ.



*Ordine geſtarum qui ſcit diſponere rerum*
*Tempora,& Auſtriacos enumerare Duces:*
*Inueni[illegible] clarum virtute,armisq́; Rudolphum*
*Sueuorum primò iura dediſſe ſolo.*

L. ALSATIÆ.



*Caſta fides thalami caſta conſorte Rudolpho*
*Primo hanc Alſatiæ ſubijciebat humum.*
*Hinc hodie Auſtriacorũ heroum iuſſa capeſſit,*
*Hos colit,hos ſequitur Martia turba Duces.*

M. BVRGOVIÆ.



*Burgouiæ celebres,annos pluſquã ante ducentos*
*Excoluit Comitum ſtirps generoſa plagas.*
*Hanc vbi mors pallens(ſiquidẽ mors oĩa ſoluit)*
*Suſtulit, Auſtriacis ſubdita terra fuit.*

P. SVPRA ANASVM.



*Qualiter Auſtriaci tractus pia ſceptra Rudolph⁹*
*Alberto gnato contulit enſe potens:*
*Sic etiam imperij conſenſu has adijcit oras,*
*Creſcat vt Auſtriadum gloria,fama,decus.*

Ayuntamiento de Madrid

D. LIMPVRG





D. GELDRIA



D. FRISIA



Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

## D. Limpvrg.



*Corporis excellens,& mentis dotibus Heros*
*Claro patre ſatus Maxmilianus erat.*
*Hanc illi dedit almus Hymen regnare Ducatum,*
*Fœlix cui talis contigit eſſe torus.*

## D. Lvcelbvrg.



*Omina nominibus fauſtis ſi fauſta ſubeſſe*
*Credimus,vt mos eſt,vſus & ipſe docet.*
*Quis non Aemilij cernit quàm plurima tædis*
*Fauſta ſubeſſe? torus fauſtus aceruat opes.*

## D. Geldriæ.



*Et vile,& fragile eſt lignum ſine robore vitis,*
*Vlmo aſt iuncta viret germine,flore placet,*
*Germine,flore placet Caroli gnata Aemiliano,*
*Vlmo iuncta viret vitis,& vlmus amat.*

## D. Frisiæ.



*Carolus Auſtriaco flos inſtar ſyderis horto*
*Emicat: Auſtriaci maxima fama chori:*
*Contudit hic Friſios victor victricibus armis,*
*Arripuitq; truci bellica ſigna manu.*

Ayuntamiento de Madrid

R. HVNGARIÆ.



*Quattuor Albertus tractandas ſumpſit habenas*
*Regnorum, Auſtriacûm ſceptraq́, prima tulit,*
*Nupta quod illius thalamo, lectoq́, jugali*
*Nata Sigiſmundi Regis Elyſſa fuit.*

R. BOHEMIÆ.



*Cui Charis ingenium, generoſa modeſtia vultum*
*Finxit, & vnanimis pectora caſta fides,*
*Iungitur Albertus, captens hinc commoda lecti*
*Plurima, vbi pingues irrigat Albis agros.*

R. DALMATIÆ.



*Forſitan hoc regnum quo pacto accreuerit olim*
*Auſtriacis, quæris: quæſtio digna viro,*
*Hoc ſocer Alberto, gnatam cùm duceret addit,*
*Hic etiamnum hodie ſubiacet Auſtriacis.*

R. CROATIÆ.



*Inclyta coniugij ſeges eſt, nil deniq́, curæ*
*Vsq́, adeò ſuperis, hanc Deus ipſe probat:*
*Hoc Dux Albertus meditans ſibi iunxit Elyſſam,*
*Vis, hinc quæ tulerit præmia, ſcire? vides.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

R. CASTILIÆ.



*Occidui Regis clara de ſtirpe Philippus*
*Progeniem thalami iunxit amore ſibi:*
*Nec mora, mox regnũ ſocero moriente recepit,*
*Diues vbi liquidis tingit Iberus aquas.*

R. LEGION.



*Argentũ à patribus, fuluumq́, relinquitur aurũ,*
*Sed datur à ſolo commoda ſponſa Deo.*
*Cõmoda ſponſa (tenet regni hĩc pia ſceptra) Philippo*
*Legitimo ceſto conſocianda venit.*

R. ARRAGONÆ.



*Sicut amat ficus rutam, ceu vitis adhæret*
*Vlmo, ceu muris bacchica gaudet helix:*
*Sic Ioanna flagrat, gaudetq́, adiuncta Philippo,*
*Auſtriacamq́, fides ditat amica domum.*

R. SICILIÆ.



*Argento præſtans, rutilo eſt præſtantior auro*
*Fœmina, præclaris moribus apta viri:*
*Moribus apta viri, ſocialis amore Philippo*
*Vnitur thalami; hinc regna Philippus habet.*

Ayuntamiento de Madrid

R. HIERVSALEM.



*Non niſi dante Deo iuueni bona iungitur vxor,*
*Vir bonus vxori non niſi dante Deo.*
*Non niſi dante Deo, duo pectora colligat vnum,*
*Regna Philippus adit non niſi dante Deo.*

R. NAVARRÆ.



*Adijciens titulos titulis, & regna Philippus*
*Accumulans regnis exuperabat auos.*
*Vna fides, ſyncerus amor, mens vna duobus,*
*Et ſacra multiplices copula ſudit opes.*

R. GRANATÆ.



*Regia dum proles Fernandi ſœdera ſanxit*
*Coniugij ore decens fæmina, diues opum:*
*Fit Dominus Regni ſocero moriente Philippus,*
*Et venit plena copia larga manu.*

R. TOLETAN.



*Non viuit, fida quiſquis ſine coniunge viuit,*
*Dimidium ſiquidem non habet ille ſui.*
*Inde ſequuntur opes, numeroſæ munera prolis*
*Hoc vno medio, hæc Regna Philippus habet.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIÆ PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER PRIMVS.

*ARGVMENTVM.*

*PRIMO hoc libro, confutatis quorundam ſcriptorum opinionibus, ſuccincta breuitate cõmonſtratur, quòd Illuſtris Habsburgenſium familia, originem ex Allemannis habeat. Deindè Rudolphi primi, dies natalis, & vita ante conſecutum Imperij faſtigium acta, item eius ſucceſſus, matrimonium, bella, cæteræq; res geſtæ narrantur. Subiungitur deniq;, qua ratione rerum potitus, filiabus ſuis potioribus Imperij principibus elocatis, eorum ope, hoſtes Imperij, bellis aggreſſos, deuicerit: Auſtriam, Styriam, aliaſquè Germanici nominis prouincias, Ottocaro Boëmorum Rege illas violenter detinente, occiſo, Imperio vendicauerit: Latrocinantiũ arcibus & receptaculis paßim deſtructis, Germaniam tutam reddiderit: Ac extinctis eo tempore Auſtriæ & Sueniæ Ducibus, vtrumque Ducatum Alberto & Rudolpho filiis, vnanimi Principum conſenſu contulerit. Poſteà quot bellis contra Comites Reginaldum Burgundicum, Eberhardum Vvirtenbergicum ac Ibanum Gunſenſem defunctus, quibusq; artibus & auxiliis Auſtriæ & Styriæ procerum coniurationem contra Albertum filium concitatam ſedârit, & quo loco ac tempore ſecundas cum Agnete Burgundica nuptias celebrauerit, & quando tandem mortuus ſit.*

AVSTRIÆ PRINCIPVM, ex veteri Habſburgicorũ Comitum proſapia, res belli domiq́ue geſtas ſcripturo, mihi haud alienum ab inſtituto viſum eſt, quæ de eius gentis ortu & antiquitate ſcriptorum opinio ſit, paucis explicare. Quod antequã facere aggrediar, id apud æquum lectorẽ profari profiteriq; liceat; non probari mihi illorum ſtudium, qui dùm illuſtres ſua ętate familias nimis vetuſtas facere ſatagũt, vltra omnem hiſtoriarum memoriam prouecti: aut fabuloſa pro veris aſſerunt, aut coniecturas adferunt, ex rebus, quas verſare in omnes opiniones licet. Qua in re nõ noſtri ſolum, ſed aliarum quoq; nationum homines, quotquot de ſuorũ originibus ſcripſère, paucis admodum exceptis, pluſculum ſibi hactenus indulſère, adeò vti ipſos quoq; Græcos, quiq; eos ſecuti ſunt, Latinos, etſi impenſiori cura & maiori induſtria illi, quàm cæteri mortales, circa hiſtoriarum *Fabulæ & cõjecturæ ex Hiſtorijs amouendæ.*

 ſtudium

Ayuntamiento de Madrid

ſtudium verſati ſunt, nonnullos tamen hac in parte iuſtam grauiſſimorum virorum incurriſſe reprehenſionem videamus, quòd antiquiora quædam ex fabulis eruta, veri ſpeciem habere iuſſerint quidem, ſed quæ & facilè ſeſe prodant, & ipſis etiam veris fidem plerumq; derogant. Neq; adeò dubito, eos, qui Athenarũ & Romæ nobiliſſimarũ vrbium prima poſteris incunabula prodidêre, melius & de patria ſua, & de veritate fuiſſe merituros, ſi in Theſeo illarum inſtauratore, & huius cõditore Romulo ſubſiſtere, quàm vlterius progredi, fabulasq; longè accerſere maluiſſent.

*Theſeus inſtaurator Athenarum.*

Cum enim ex ſe ipſo natus ſit nemo, & ad quemcunq; generis auctorem peruenerimus, ipſi quoq; patrem, auum, maioresq; fuiſſe neceſſe ſit: niſi in vno aliquo, qui primus poſteris genus fecerit, acquieueris, quis huius tàm anxiæ indagationis ſtatuetur finis, aut vbi ſiſtet labor? Neque multùm ad gentis alicuius laudem facit, vel ex Ogygia vetuſtate ortam eſſe, cùm infimæ conditionis hominibus, perindè ac regibus, commune à Noacho, atq; ab ipſo Adamo, primo omnium parente, propagatum ſit genus. Id verò inſigne eſt vetuſtæ nobilitatis decus, maiores habere, atque imitari eos, qui virtute, magnisq; in rempublicam collatis beneficijs, vti cæteris excellentiores haberentur, meruêre; cuius notæ viros, quò plures quis in maiorum ſuorum imaginibus oſtenderit, eò magis illuſtri familia ortus eſſe cẽſebitur. In eiuſmodi hominum memoria, ex veris rerum monumentis eruenda, benè ac vtiliter ſtudium operamq; collocari, vti nemo ſanus negauerit, ita errare eos, atque ocio abuti fatendum eſt, qui nimio laudandi (an adulandi) ſtudio, ad ea feruntur, in quibus (vti fertur) qui optimè coniecturam facit, is vates eſt optimus.

*Nobilit... quæ?*

Qui de Auſtriacorum familia ad fidem ſcripſêre hactenus (fabulatores omitto) eorum ego duas potiſſimùm opiniones inuenio, quarum altera à Romanis eam, altera ex Francorum regibus oriundam aſſerit. Prior, præter vulgarem quorundam hominum errorem, qui, ob Rom. Imperij magnitudinem, nihil nobile apud antiquos fuiſſe ſibi perſuaſêre, auctorem habet Raphaëlem Volaterranum, ſcriptorem non incelebrem, cui adſtipulantur Nauclerus, & alij nonnulli minùs clari. Alteram Maximiliani Primi ætate amplexus eſt Ioannes Trithemius, Iacobus Manlius, Ioannes Stabius, eamque ſecuti Hieronymus Gebuilerus, Ladiſlaus Sunthemius & poſt illos Volfgangus Lazius, qui omnes, alius alia via, ad Franco-

*De Habsburgiæ gentis ortu ſcriptorũ ſentẽtiæ.*

Ayuntamiento de Madrid

Francorum reges, eorumq́; poſteritatem, Habſburgenſium principum gentem referunt. Quos cùm docti pleriq; omne ſequantur, neq; certiora ab vllo adferri videam, me quoque non pœnitet, ad eorum opinionem propiùs accedere, quòd veritati & rationi magis conſentanea eſſe videatur, atq; ita Lazius ſibi poſt longam peregrinationem, ac diligentem locorum perluſtrationem, abundè compertum eſſe teſtetur, & ex inſignibus ac gentilitijs nominibus, quæ huic familiæ cum vetuſtis Auſtraſiæ regibus, qui Franci erant, communia fuêre, argumenta adferat non contemnenda, quæ ex eo peti poſſunt. Volaterranus verò, Auentini montis Comites, Romæ nobiles fuiſſe narrat, ex quibus Petrus Leonis F. (vnde Perleones cognomen) circa annum Domini milleſimum centeſimum ſeptuageſimum, duos habuerit nepotes, qui ſeditione domi orta, profugi in vicina alpibus regione, ad lacum Lucernatiū ſedes fixerint, quorum alter Epiſcopus Argentoratenſis factus ſit, alter ducta illuſtri vxore indigena, Albertum Rudolphi regis patrem procreauerit. Hæc eius narratio admitti nullo modo poteſt, cùm multi ante Alberti patrem in Ergouia Altenburgici & Habſburgici Comites, atq; ipſi Duces Zaringenſes, qui vnius eiuſdēque cum Habſburgenſibus familiæ ſunt, plurimis annis antè, videlicet Henrici tertij Imperatoris temporibus, vixerint. Quem errorem cùm depræhenderit Ioannes Stumpfius, mirari mihi ſubit, quòd eius auctoritatē pro ſe adduxerit. Affirmat idem; vulgi hanc opinionem, à nōnullis ſcriptoribus Rudolpho contemporaneis, confirmari. Id quò minùs Stumpfio demus; faciunt præter alia multa verſus quidā in vetuſto reperti chronico, manu in membrana exarato, qui de Rudolphi filiarum connubijs facti, & ipſi & vxori ipſius Annæ, genus, ex Alemannis eſſe affirmant; vnde, ſi nihil aliud, vel hoc conſtat, nihil eo tempore certi hac de re conſtitiſſe.

*Habsburgici ex Francorum Regibus oriundi.*

*Volaterrani opinio. nō ſubſiſtit.*

De Habſburgi quoq; aut Habenſburgi antiquitate, & prima eius tituli vſurpatione, non minor eſt inter pleroſq; ſcriptores cōtrouerſia, de qua paucis hic agendum eſſe duxi. Primùm omnium conſtat, in Ergouia ad Arulam fluuium, quo loco Vindoniſſa olim celeberrima ciuitas fuit, arcem eſſe, quam Rapato Guntrami Diuitis nepos, circa annum reparatæ ſalutis milleſimum & vigeſimū extruxiſſe, & vel ab Habendi vocabulo tàm Germanis quàm Latinis vſitato, vel (vti nōnulli volūt) accipitre aui, quæ vulgò Habich,

*Habsburgicorū titulus.*

*Vindoniſſa.*



Ayuntamiento de Madrid

*absburgũ arx* Habſburgũ appellaſſe creditur, vnde & ipſe & poſteri eius Habſburgi Comites dicti, quorũ maiores Altemburgi titulo antea vtebantur, cuius arcis rudera, non longè ab ipſo Habſburgo conſpici referunt locorum periti. Lazius verò, ante Guntramum Rapatonis auum, vndecim vixiſſe Comites Habſburgicos adfirmat, & Iacobi Manlij coniecturæ fidẽ adſtruit, qua Ottobertum, ſiue Ottobrechtum Childeberti Auſtraſiæ regis pronepotem, agrum, ſibi vltra Rhenum comparaſſe, & in montium anfractibus, quà angu- *Altenburgum arx.* ſta via in Galliam ducit, Altemburgum & Habſburgum arces cõdidiſſe dicit. Hæc etſi vtcunq; admittit Lazius, non tamen hunc, ſed patrem Sigobertum, primum conſtituit Altemburgi & Habſburgi Comitem; qua ratione Habſburgum arcem, vnà cum titulo inde aſſumpto, annis pluſquàm trecentis, altera illa in Ergouia, vetuſtiorem facit. In huius rei fidem quæ adducuntur, ex ipſo petere lectorẽ melius eſt. Ego verò, cùm in deriuanda hac familia Manlium à Stabio, ab vtroq; diſſentire Lazium, & hunc ipſum ſua non *Genealogia Co. Habsburgẽſiũ.* omnibus probaſſe videam, neque mihi propoſitum ſit, quæ ad illorum genealogiam faciunt, qui ante Rudolphum Cæſarem vixêre, hoc opere exequi; omiſſis quæ vetuſtate minùs comperta ſunt, ea paucis referam, quæ citra omnem propè controuerſiam habentur, & à Guntramo Altemburgico, cuius poſteri Habſburgi titulum vſurparunt, gentis ſeriem exorſus, ad Rudolphum pergam, vnde quod huius inſtituti eſt cum Deo aggrediar.

*950.* *Guntramus Alterburgi Comes.* Vixit itaque Guntramus circa annum humanæ ſalutis noningenteſimum quinquageſimum, & poſteà. Huic à nonnullis Diuiti cognomen adſcribitur, literas ſignauit, octogeſimo quinto eius ſeculi anno, Altenburgici Comitis titulo, nulla dum Habſburgi facta mentione. Huic ex duabus coniugibus, Brigantina Comite Montfortij generis, & Itha Adalberonis Comitis à Kalb filia, nati fuêre Gebizo Argentoratenſis Epiſcopus, Conzelinus Ergouiæ, Betzo ſiue Betzelinus Briſgouiæ Comites, & Barthilo dominus in Streichburg & Scharfenſtain, cœnobij Vvaldkirchij in nigra ſylua fundator.

*Betzelinus Altemb. Comes.* Betzelinus ſeptem mares ex varijs vxoribus ſuſtulit; Gebhardum Epiſcopum Conſtantienſem, Eberhardum Briſgouiæ Landgrauium, Bartholdum Sueuiæ & Carinthiæ ducem, Rudolphum *Cœnobij Mariæ Cellæ fundator.* Sundgouiæ Comitem, cœnobij cellæ Mariæ fundatorem, Betzelinum

Ayuntamiento de Madrid

linum Alſatiæ, Rapatonem Ergouiæ Comites, & Cunradum do-
minum in Streichburg & Scharffenſtain.

Rapatonem (hunc Stumpfius Conzelini filium dicit) Muri- *1020.*
enſe Chronicon maiorum potentiam ſuperaſſe teſtatur, arcemq́; *Rapato Altenb.*
condidiſſe, cuius nomen etſi non ponitur, cùm tamen Habſburgi *& Habsburgi*
titulum ille vſurpauerit, Habſburgum fuiſſe probabilis coniectu- *comes.*
ra eſt. Adſtipulatur & Lazius, ſed ex vetuſtiori arce, quã Otprech- *1027.*
tus alibi (vti dictum eſt) condiderat, id nomen mutuaſſe affirmat.
Rapatoni vxor fuit Itha Lotharingica, quæ fratrẽ habuit Vverne-
rum Argentoratenſem Epiſcopũ, qui cum multa Rapatoni elar-
giret, à ſuis in exilium pulſus eſt, circa annum ſupra mille vigeſimũ
ſeptimum. Atq; hoc illud eſt, quod de fratribus Romanis fabu-
lantur quidam; alterũ ſcilicet alterius, qui Epiſcopus Argentorati
fuerit, pecunijs arcem extruxiſſe, & clientes ſibi comparaſſe. Huic
Ithæ alij Carolum, alij Theodoricum, Lotharingiæ Chronicon
Godefridum Iuniorem Barbatum patrem fuiſſe dicunt. Ex ea Ra-
patoni Vvernerus, Albertus, qui circa annum ſalutis quinquage-
ſimum ſecundum ſupra mille abſq; hærede obijt, Otho in pugna
ſub Henrico quarto cæſus anno eius ſeculi quadrageſimo ſexto
& Richenſa quę prius Comiti Vdalrico à Lenzburg, poſteà Vver-
nero Comiti Badenſi nupſerat, nati ſunt. Moritur Rapato anno *1034.*
triceſimo quarto, in Murienſi cœnobio, quod condiderat, cum v- *Murienſis Cœ-*
xore ſepultus. *nobij fundator.*

Vvernero, qui patri ſucceſſit, ex Hildegarde Ferretarum Co- *Vuernerº Habs-*
mitiſſa quatuor filij fuere; Vvernerus Epiſcopus Argentoratenſis *burgi Come.*
hoc nomine ſecundus, Otto à nobili quodam Heſſone Vſenber-
gio in arce ſua Buttenheima cæſus, Albertus poſt fratrẽ Murien-
ſis cœnobij Aduocatus, & Itha Comiti à Thierſtain nupta. Vver-
nero bellum fuit cum Lenzburgicis cognatis. Obijt anno mille- *1096.*
ſimo nonageſimo ſexto.

Ottoni ex Itha Hombergenſi, tres fuerunt filij, Adelheidis
Hennenbergici Comitis vxor, Rudolphus abſq; liberis mortuus, *Otho comes*
& Vvernerus tertius, qui patri ſucceſſit, & anno milleſimo cente- *Habsburgi.*
ſimo quinquageſimo nono mortuus eſſe inuenitur. *1159.*

Vvernerus tertius, filios habuit ex quadam Starckenbergica *Vuernerus tertius.*
Albertum Diuitem Rudolphi Rom. regis proauum, Richenſam,
& Gertrudim, quarum hæc Montiſbelgardi, illa Ferretano Comi-
tibus nupſere.

 Alberto

Ayuntamiento de Madrid

*Albertus Diues Habſbu. Comes.* 1164.

Alberto Diuiti Berchta (ſiue Itha ea fuit) vxor data, Rudolphi vltimi Comitis Pfullendorfenſis filia, ex qua prognati ſunt Rudolphus, & Berchta cuidam Leiningenſi Comiti nupta. Hunc Albertum memorabili illi prælio, quod anno ſupra milleſimum centeſimũ ſexageſimo quarto, inter Vvelfonem Iuniorẽ & Hugonem Palatinũ Tubingæ cõmiſſum eſt, interfuiſſe refert Eberhardus ab Altaich. Quinquennio pòſt, cum ſocer eius Imperatori Friderico omnem ſuam ditionem tranſcripſiſſet, Fridericus Alberto Tigurinæ ciuitatis eo tempore Imperialis, & Secconienſis eccleſiæ

1190. præfecturam contulit. Floruit adhuc Albertus ſub Henrico Sexto circiter annum eius ſeculi nonageſimum.

*Rudol. Taciturnus Habſ. Com.*

Rudolphus cognomento Taciturnus, ex Agnete Godefridi Baronis à Stauffen filia ſuſtulit: Albertum, Vvernerum, Rudolphum, Gertrudem & Heilvvigem. Filiæ duobus fratribus Ludouico & Hermãno Hombergenſibus elocatæ ſunt. Lazius Gertrudim Ludouico Comiti à Vochburg & Heilvvigim Hermanno Comiti à Freyburg elocatas eſſe ſcribit. Vvernerus ſine prole obijt. In reliquis duobus diuiſa ſtirps eſt. Ex Rudolpho qui ſunt nati, Habſburgi, & Lauffenburgi titulo contenti fuère, vſq; ad Ioannem Quartum, qui vltimus ſui ſtemmatis obijt, circa annum milleſimum quadringẽteſimũ. Rudolpho huic, ad annum ſalutis milleſimum centeſimum ſexageſimũ ſextum, Vvernerus Sangallenſis Abbas collegij ſui præfecturam (Aduocatiam vocant) ea lege tradidit, ne illam cuiquam beneficij nomine conferre Comes poſſet.

*Albertus ſapiẽs Habſb. Comes.*

Albertus, cui Sapienti cognomen à nonnullis datum, ex Hedvvige Hartmanni vltimi Comitis Kyburgenſis ſorore, ſuſtulit Albertum, Carolum, Rudolphum, Henricũ, Hartmannum, Berchtam, Eliſabethã, & Martham. De Alberto dicetur paulopòſt. Carolus Canonicus fuit Baſileenſis. Hartmannus & Henricus impuberes obiere. Berchta Comiti Küſſenbergio priùs, deinde Othoni Ochſenſtainio nupſit, Eliſabetha Eytelio Friderico Comiti à Zollern vxor data, Martha monialis fuit Adelhuſij, propè Friburgum.

*Otto Ochſenſtainius. Eitelius Frider. Comes Zollerẽſ.*

His breuiter abſolutis, vti conſtitueram, ad Rudolphum conferatur oratio, qui ſiue primus ſummum dignitatis regię faſtigium ſuę genti intulerit, ſiue olim amiſſum longo poſtliminio reſtituerit, is ſanè vir fuit, qui etſi maiores habuiſſet minùs claros, & ipſis tamen prælucere, & poſteritati quamuis & imperijs & rebus geſtis florẽti, ſatis glorioſam ſui memoriam relinquere potuiſſet.



Ayuntamiento de Madrid

NAſcitur Rudolphus anno virginei partus ſupra mille du- *1218.*
centos decimo octauo, eodem die, quo Bercht[illegible] dus Za- *Rudolphus Cæ-*
ringenſium Ducum vltimus, è viuis exceſſit, ipſis ſcilicet *ſar naſcitur.*
Calendis Maij, & à Friderico ſecundo Rom. Imperatore, ad ſacrũ
Chriſtianę regenerationis fontem ſuſcipitur. Is tum in ea loca, Ti-
gurum rurſus ſub Imperij tutelã ſuſcepturus, venerat. Exactis pri-
mę pueritię annis, à patre in aulam Imperatoris miſſus, inter ęqua-
les magna animi indole excelluit. Cumq; primùm per ætatem ar-
ma ferre potuit, omnibus, quę Friderico fuère, bellis exercitus, eam
de ſe ęſtimationem dedit, vti quotieſcunq; Cęſarem adiret, reliqui
militaris ordinis proceres illi quamuis iuniori aſſurgerent. Narrãt
verò Cuſpinianus, & manuſcripta quædam non contemnendę fi-
dei, virum quendã tunc in aula Friderici fuiſſe, qui ex ſyderum po-
ſitu, futurorum ſcientiam profitebatur. Is cùm prę cęteris Rudol-
phum in oculis habere videretur, cauſam interrogatus, Imperato- *De Rudolpho*
ri dicere auſus fuit; videre ſe hunc Rudolphum, extinctis ipſius po- *vaticinium,*
ſteris, rerum eſſe potiturum. Eam hominis ſiue coniecturam, ſiue
diuinationem cuiq; tum pro arbitrio accipere licuit, euentus ſanè
veram docuit. Circa idem tempus, cum Egensheimenſis proſapia *Egens[illegible]*
defeciſſet, tres ſimul competitores prouincialem Alſatiæ Comi- *familæ fi[illegible]*
tatum ad ſe trahere nitebantur; Albertus Habſburgicus, Albertus
Hohenbergicus ad Neccarũ, & Ludouicus Ottingenſis, qui Hen- *Ludouic. Ottin-*
rici Egensheimenſis ſororem in matrimonio habebat. Hohen- *genſis.*
bergicum facilè induxit Albertus Haſburgicus, vti ſuã ipſi partem
cederet, pacto inter Rudolphum filium & Annam illius natam *Alſatia ad H[illegible]bs*
matrimonio. Ita potior Alſatiæ pars ad Habſburgicos peruenit, *burgicos per[illegible]*
reliquam Ottingenſis Argentoratenſi præſuli vendidit, cuius ſuc- *[illegible]it.*
ceſſores Landgrauiatus titulum hodieq; vſurpant.

His ita conſtitutis Albertus, qui iam antea Epiſcopi & ciuita-
tis Argentoratenſis præfectus militaris, magnam ſibi fortitudinis
famam pepererat, ſub auſpicijs Friderici Cæſaris in Syriam pro- *Albertus [illegible]piẽs*
fectus, diem obijt, Acconæ ſepultus. De Alberto iuniore ipſius fi- *Acconæ ſepult⁹.*
lio, pauca admodum ſcripta inuenio. Sunt qui & ipſum ſacris ini-
tiatum fuiſſe dicunt, quos non ſequor. Auentinus enim hunc, &
fratrem Rudolphum, quo tempore Cæſar Italiam ingreſſurus, Ti- *Rudolph. & Al-*
cini moram trahebat, inter ipſius aulicos, equeſtribus ludis inſi- *ber. equeſtri ex-*
gnes præ cęteris fuiſſe habitos refert. Hũc poſtea in exercitu Cun- *ercitio pollent.*



Ayuntamiento de Madrid

radi regis fuiſſe,& in obſidione Mediolani cęſum nõnulli,alij captum in c rcere pœdore contabuiſſe dicunt. Rudolphus à parentis obitu domum ꝓfectus, pactas cum Anna Hohenbergica nuptias perfecit, anno ſupra mille ducentos quadrageſimo. Hinc ad Imperatorem reuerſus, tertio poſt anno equeſtris dignitatis ordinẽ, de more eius temporis,adeptus eſt. Sunt qui & ipſum cum Friderico Cæſare in Aſiam traieciſſe aſſerunt.De eo,atque alijs eius bellis,quæ nondum in regem electus,cum vicinis aliquot geſſit,omnia exactè non habentur,quæ verò ex idoneis ſcriptoribus habere potui,ea ordine deinceps referam.

*1 2 4 0.*
*Rudolphi nuptiæ cum Anna Hohenbergica.*

Cùm ob diuturna inter Pontificem Romanum & Fridericum ſecundum Cęſarem diſſidia,graues per Italiam & Germaniam turbæ exortæ eſſent,factum erat, vti multi paſſim in alienas ditiones graſſarentur, & cuiuis impunè eſſet, quantũ viribus polleret: quæ licentia poſt Friderici obitum, cùm imperium legitimo rectore careret, per multos annos tenuit.Interim,qui eccleſiaſtici ordinis erant,cum Pontifice ferè ſentiebant,nobiles verò aut Imperatorię factionis erant, aut ſuo quiſq; commodo ſtudebant; iamq; aliena inuadere,& rapto viuere, quaſi more quodã pro licito habebatur.

*Variarum in Germania turbarum cauſa.*

Anno eius ſeculi quinquageſimo tertio Rudolphus (qua de cauſa non legitur) cum nobilibus quibuſdã noctu Baſileenſe ſuburbium ingreſſus diripuit, & incendit cœnobiũ quoddam, quod vulgò in lapid bus vocabant. Hinc ab Epiſcopo,iuſſu Pontificis, cenſura eccleſiaſtica cum alijs notatus eſt.Primùm deinde bellum illi cum vicino quodã Barone à Tüffenſtain fuiſſe ſcribitur,cauſa belli & ordo, non additur. Baronem poſtea ab eius famulo interfectum dicunt. Proximum illi bellum cum Godefrido eiuſq; fratribus Vvernero & Eberhardo patruelibus fuit, qui alias ditiones ſortiti, ſola Ergouia Rudolpho relicta, poſt ſublatum è viuis Albertum fratrem, Kyburgi quoque comitatum inuadebant. Hoc bello Rudolphus Godefrido pagos aliquot exuſſit, hic viciſſim oppidum Brugas, diripuit & deuaſtauit.Poſt damna vtrinq; data & accepta,tandem ex cõmunium amicorum arbitrio res componitur ãno ſexageſimo. Rudolphus,eo bello defunctus,ad Ottocarum Boëmiæ regem abijt, in cuius aula præfectus equitum quem aliâs Marſcalcũ vocant(vti habet Boëmicę Hiſtoriæ ſcriptor)fuit, & ei prælio quod de Stiriæ poſſeſſione Ottocarus cum Hungaro fecit in-

*1 3.*
*Rudol.ſu... ... Baſileæ infeſtat.*
*Ru excommunic tur.*
*Be. ũ cum Tüffe ſtainio gerit.*
*Godefrid⁹ Habsburgicus.*
*1 2 6 0.*
*Rud. Ottocari regis curiam ſequitur.*



Ayuntamiento de Madrid

fecit interfuit. Sequēti anno bellum erupit inteſtinum inter ciues 1261.
Argentoratenſes, & Epiſcopum eorum Vvalterum Ge[rol]zeggiū, *Bellū inter Epi-*
qui animo tam exulcerato erat, vti eccleſiaſticos omnes propoſitis *ſcopum & ciues*
edictis, & amiſſione cenſuum denunciata euocaret, neq; ludima- *Argentoratens.*
giſtros cum pueris latinè diſcentibus in ciuitate relinqueret. Ciues
hoc rerum ſtatu, quòd ſub Alberti Habſburgici auſpicijs tutos ſe à *Rudolph9 Argē-*
vicinorum iniurijs vixiſſe in recenti adhuc memoria habebant, *toratenſiū præ-*
Rudolphum eius filium, iam ex Boëmia reducem, de cuius virtute *fectus militiæ.*
non minor erat hominum æſtimatio, militiæ præfectum creant.
Confœderati ipſis erant Cunradus Friburgicus, Heinricus Neo-
burgic9, & alij aliquot Comites. Epiſcopo prȩter agnatos Geroltz-
eggios opem ferebant Abbates, Murbacenſis, & Sangallenſis, Co-
mes Thirſtainius, & alij nobiles non pauci. Ciues Haldemburgum *Quis ciuitati,*
caſtrum vi expugnant, & diruunt, fiuntq; multæ agrorum euaſta- *quis Epiſcopo auxilio fuerit.*
tiones. Erant per id tempus in oppido Columbaria duæ item fa- *Columbaria.*
ctiones, quarum altera cum Epiſcopo, altera contra ipſum ſentie-
bat. Huius princeps facilè erat Roſſelmannus quidam loci prætor.
Is, ab epiſcopi factione pulſus, ad Rudolphum ſe contulit, & com- *ſtratagema.*
municatis cum eo conſilijs, vacuo ſe dolio includi, atq; ita in oppi-
dum deuehi curat, & quadam nocte, recluſa porta, Rudolphum
cum ſuis recipit. Is, oppreſſa Epiſcopi factione, oppidum præſidio *[illegible] Columba-*
munit, & cum infeſto agmine profectus, Mülhuſium in ſuam po- *riā noctu capit.*
teſtatem redigit, dedentibus ſe ciuibus, quos ab Epiſcopo alienos *Mülhuſium.*
fecerat arcis præfectus. Arx tertio menſe pòſt expugnatur. Ineunte
noui anni vere, commiſſum eſt acerrimum prælium, victoria pe-
nes Rudolphum fuit, cæſi ex hoſtibus plurimi, inter quos Comes 1263.
quidam Thirſtainius, & Hermannus Geroltzeggius cum ſexagin- *Rudolph. vinc[it]*
ta nobilibus, quorum aliquot equeſtri dignitate prædit erant: E- *Epiſcopum.*
piſcopus ægrè effugit, & poſt paucos dies ex animi ægritudine (vti
putabatur) extinctus eſt. Ciuitati inde cum Canonicis pax fuit.

Anno ſexageſimo quarto Tigurini, vti ſe ſuaq; contra aliorum 1264.
vim atq; iniuriam defenderent, præfectum militarem ſuis ſtipen-
dijs conducere decreuerunt. Inter alios maximè oportunus vide-
batur Vdalricus Regenſbergicus, ea tempeſtate potentiſſimus, qui *Vdalricus Re-*
multas arces & prædia in vicinis ciuitate locis habebat. Is delatam *gensbergicus.*
ad ſe conditionem aſpernatus, ſuperbè admodum reſpondit; non
indigere ſe ipſorū præfectura ſeu ſtipendio, ſed quamuis ſatis ſub-
ditorum

Ayuntamiento de Madrid

ditorum haberet, eorum tamen defenſionem ſuſcepturum, ſi ſe agnoſce e dominum voluerint; ſin minùs, ita ſuis eos arcibus, vti piſces naſſis circumpoſitis, cinctos teneri, ne effugio pateat locus. Tigurini hoc eius reſponſo non ſpe tantum ſua fruſtrati, ſed minis etiam territi, cùm facilè, quid iam ille animo verſaret, ex ſermone animi indice percepiſſent, ac priuatas illi cum Rudolpho intercedere inimicitias non ignorarent, ſuos ad eum nuncios mittunt. Rudolphus qui ea occaſione ciuitatē vicinam & validam ſibi demereri, ſuas res ſtabilire, & inimicum vlciſci cupiebat, (ſunt enim qui ipſius vires à Regenſbergico armis attritas fuiſſe ſcribant) conditionem accepit. Regenſbergicus hoc nuncio perculſus, quòd Tigurinos Rudolphi opera in ſe vſuros minimè dubitaret, vicinos ſibi agnatos affineſque & amicos adiungit. Auxilia illi promittunt Raperſuillici, Nidouij, Toggenburgici, Homburgici, Arbergici, Eſchenbachij, Kilchbergici, Ringgenbergici, Palmenſes, Vvarthij & alij quam plures. His viribus fretus Regenſbergicus bello ſe parat, in quo Tigurinis longè inferior, eò neceſſitatis adactus eſt, vti Regenſbergam arcem, & alia nonnulla ſuæ ditionis loca venderet, redactam ex ijs pecuniam militi numeraret. Habebat verò alias adhuc arces, ex quibus, aſſiduas excurſiones in agrum Tigurinum faciens, bellum vrgebat: Imprimis verò ex Vtlenberga arce magna inferebantur incommoda. Qui in eius præſidio erant, duodecim habebant equos albos, quibus quotidiè vtebantur. Ea re animaduerſa, Tigurini emiſſis clàm nuncijs totidem equos eodem colore comparant, & obſeruato tempore, quo hoſtes de more pabulatum exierant, idoneos homines equis illis impoſitos ad arcē præmittunt, eos alij ſubſequuntur. Qui in arce erant ſuos, percepto hoſte, aut alia de cauſa, redire arbitrati, portam aperiunt, qua, donec alij quoque aduenirent, retenta, arx à Tigurinis capta deſtruitur. Inde cum ſuis Rudolphus arcem Glantzenbergam cum oppidulo expugnat. Reliquę arces breui omnes aut vi aut deditione in poteſtatem redactæ. Ita Regenſbergicus anno ſexageſimo ſeptimo debellatus, & ab amicis deſertus, ad hoſtes ſe contulit, & magno fortunæ ludibrio eorum ſe clientelæ emancipauit, à quibus oblatū ſibi honorem paulò antè repudiārat. Tiguri poſtea aliquot annos conſtituta ipſi annua penſione vixit, mortuus ad Minores ſepultus eſt: teſtatur in Chronico ſuo Albertus Mülnerus;

*Regensbergici faſtus.*

*Rudolphus Tigurinorum præfectus militæ.*

*Vtlenberga arx*

*Tigurinorum aſtus.*

*Regensbergicus debellatus.*

Omnia

Ayuntamiento de Madrid

Omnia Tigurinis ſecunda eueniſſe, quandiu Rudolphum habuêre præfectum.

Dum hæc propè Tigurũ fiunt, interim & alterius belli ſemina, inter Rudolphum & Henricum Baſileæ antiſtitem, ex Comitibus Neoburgenſibus natum, iacta ſunt. De eius belli cauſis hæc ferè habẽtur. Duæ factiones ante annos aliquot Baſileæ inter nobiles ortæ erant; altera ſtellæ ſibi inſignia & titulũ, altera Pſittaci aſſumpſerat. Stelligeris addicti erãt Habſburgici, Ferretani, & Friburgici; Pſittaci factionẽ fouebant Neoburgenſes, Hachbergenſes, Rötelenſes, & alij nõnulli, cum quibus & ipſe Epiſcopus ſentiebat. Erant prætereà & aliẹ inimicitiarũ cauſẹ: Mortuo ſupradicto Berchtoldo Zaringenſi, ſuperſtites fuerant ſorores duẹ, Anna quæ Kyburgenſi, & Agnes quæ Egoni Fürſtenbergico nupſerat. Agnetis filius Cunradus Friburgenſis Comes, duos item filios reliquerat; quorum Henricus Neoburgum eo tempore ingreſſus, vti eius oppidi poſſeſſionem caperet, ob vim matronẹ cuidam (vti dicebatur) illatã, à ciuibus repulſus, ad Rudolphum propinquum ſuum ſe contulit. Oppidum Epiſcopo datum: Briſacum etiam, quod Fridericus Secundus ex beneficio Baſileenſis Epiſcopi habuerat, poſt ipſius obitum ad eum redierat. Id Rudolphus paulò ante à Tigurinis aſtu captũ, firmo prẹſidio munierat. Accedebant & priuatẹ cum Eggone Toggenburgenſi, cui ſoror Epi nupſerat, inimicitiæ. Cum enim Rudolphus quoſdã ex Italia reduces, ab alpibus Argentoratum vſq; officij cauſa aliquando deduceret, Toggenburgenſes iis contumeliã fecerant. Huic vetẹri offenſæ incrementum dabat recens bellũ, quo Eggo cõtra Tigurinos Regenſbergico, cui altera Epiſcopi ſoror iuncta erat, opẽ tulerat. Epiſcopus etiam ereptum ſibi Briſacum ẹgrè ferens, Rudolpho alibi occupato, Hartenbergã arcem recẽns exſtructam, & Blodelsheimũ nuper muris cinctum oppidulum, demolitus erat, Otmarſenam, Rinfeldam, & Klingenam expugnauerat, Stelligerorum factionẽ vrbe eiecerat, cuius principes ad Rudolphum ſe contulêre. Dum igitur Rudolphus in hoc bellum ſe parat, Abbas Sangallenſis, Comitibus quibuſdam & nobilibus vicinis, pontificale epulũ proximis Bacchanalibus exhibiturus, optima aliquot vini genera præſtinat. Epiſcopus verò currum Alſatico onuſtum rotis ſufflamatis detineri iuſſit. Ea re (& erat ſumma rei indignitas) motus Abbas

*Baſileenſis belli initium.*

*Baſileæ duæ factiones.*

*Baſileenſis belli cauſæ.*

*Neoburgum oppidum.*

*Briſacum oppidum.*

*Eggo Toggius.*

*Abbas Sangallenſis ſplendide apparat conuiuiũ.*

trecentos

Ayuntamiento de Madrid

*Eberhardus à Lupſen.* trecentos equites ad Rudolphum Secconiũ adduxit. Prǽſul Henricus, ac ſcito Eberardo à Lupfen, inſigni equite, obuiá iis procedit. Cumq; iam res ad prælium ſpectaret, procerum quorundam interceſſione, fiunt aliquot dierum induciæ. Interim Rudolphus & Abbas ad Hugonem Vverdembergenſem proficiſcuntur, eiq; *Veldkirchia obſeſſa.* contra Montfortios opem ferunt. Is tum Veldkirchiam (Diui Petri Campum vocabant antiqui) obſidione cinxerat. Vaſtantur agri, exciduntur arbores & vineæ, oppidum capi nõ poteſt. Iamq; induciarum dies, ad anni ſeptuageſimi primi initium exierat, & *1271.* cùm de pace nihil cum Epiſcopo conueniret, vtrinq; bellum apparatur. Epiſcopus cum Vdalrico Ferretano, fœdus in decennium facit, ab Argentoratenſi præſule auxilia accerſit. Habſburgicus Secconij milites aliquot cum expedita equitum manu habebat, ij quotidie in Rhinfeldenſiũ fines, & vicinos Epiſcopi agros, excurrebant. Ipſe Monaſterium oppidum, & vicinos aliquot pa- *Rudolphi in Baſileenſes ... ſus.* gos exurit, arcem Tuffẽſtainam, quam Epiſcopus à dominis eiuſdem nominis, vti ſibi hoc bello præſidio eſſet, nuper emerat, captam deſtruit. Neoburgum oppidum aggreſſus, Epiſcopi copijs oportunè ſubmiſſis, relinquit. Subfinẽ menſis Auguſti, nec opi- *Baſi... ...burbiũ incenaitur.* nato aduentu, de nocte Baſileam profectus, ſuburbium S. Crucis incendio vaſtat, alterum ſuburbium, quam nunc minorem Baſileam vocant, præſul per eos dies muro cinxerat. Is vti par pari referret, Secconium, paulò ante fortuito incendio propè deletam, *Sec...mium ſpolia...* deiectis ruderibus, ſpoliat. Sũt qui Secconium priùs ab Epiſcopo direptam, & à Rudolpho talionem relatam aſſerunt. Poſt Tuffen- *...ora arx.* ſtainium amiſſum, Henricus Roram arcem excitauerat, eam ſub anni finem prodidit quidam Vvolfius: captus eſt in ea Rotelenſis quidam, epiſcopi ex ſorore nepos.

*1272.* Sequentis anni vere Rudolphus, euocato ex hybernis milite, Baſileam ducere, eiq; incommodare parabat. Abbas verò Sangal- *Callidum Rudolphi conſilium.* lenſis iã ab ipſo alienus, milites aliquot in oppido Vvila habebat, & Rudolpho abſenti ac in hoſtes profecto, ditiones eius incurſare omni animi impetu ſtatuerat. Ad hunc Rudolphus cum exercitu pergit. Abbas verò in oppido ſe continebat, neq; ſui copiam faciebat, & recedentis extremum agmen carpebat. Rudolphus hanc ſibi moram obiici ęgrè ferens, ad ſuos conuerſus: Iniquè, inquit, comparatam mihi cum hoc monacho pugnam eſſe video,

qui ſi

Ayuntamiento de Madrid

*Callidũ Rua[illegible] phi conſilium.*

qui ſi ſuo modo agere perſeuerabit, quouſque tandem hîc cum ſummo & damno, & ignominia, ſine vllo moræ pretio deſidendum erit? quin aliud ex tempore conſilium capimus? audire memini, cui vno eodemq; tempore cum duob⁹ eſt diſſidium, ei cum altero in gratiam vti redeat ex re eſſe; Cumque rem ipſam, vti eſt, mecum reputo, plura me Abbatis merita habere, quàm illum mea agnoſco. Itaq; niſi vobis aliud videtur, conſultò me facturum puto, ſi eum mihi ex hoſte amicum fecero, id quod non difficulter abs ſe impetrari permiſſurum ſcio, quòd & ipſi cum Epiſcopo intercedant inimicitiæ. Hæc vbi dixiſſet, ſuamq; omnibus probari ſententiam vidiſſet, haud diutiùs cunctandum ratus, cum paucis ad oppidum, ſub noctis crepuſculũ, adequitat, Abbati, adeſſe Rudolphum Habſburgi Comitem, nunciari iubet, cui ipſo conuento opus ſit. Abbas id temporis eum adeſſe vix nuncio fidem habens, intromitti iubet. Ibi Rudolphus: adſum, inquit, vti res inter nos controuerſas, quas armis non datur, verbis tecum tranſigam, vel tuis eas iudicibus commiſſurus, vti amici ex hoſtibus facti iunctis vterq; viribus in communem eamus hoſtem. Placuit Abbati res, & poſt breuem diſceptationem ſuos cum eo milites in expeditionem mittit. His copijs auctus Rudolphus in agrum Baſileenſem ducit, aderant illi & Tigurinorum auxilia. Excogitauerat verò ſingulari induſtria nauium aliquot fabricandarum nouum modum, quæ ſolutiles erant, & quocunque lubitum eſſet, ferri poterant. ijs, in traijciendo Rheno, vſus, ita aſſiduis excurſionibus hoſtem vexabat, vti ager circa Baſileam incultus relinqueretur.

*[illegible] conciliatur.*

*Rud. excogitat naues ſolu[illegible]es.*

1273 Anno eius ſeculi ſeptuageſimo tertio, cum omnibus copiis Baſileam ſub ipſa mœnia mouet, prope D. Margarethæ caſtris locum capit, S. Georgij vallem depopulatur, & pagum Clingenam exurit. Obequitantem aliquando conſpicatus Hugo Mariſcalcus, vrbis conſul, cum expeditis aliquot equitibus egreſſus, inſequitur. Rudolphus in eiuſmodi euentum quoſdam ex ſuis, loco inſidiis apto, collocauerat, in quos incidens cõſul cum nonnullis interfectus eſt. Interim Rudolphus quoſdam ex Epiſcopi neceſſariis per idoneos homines conciliare ſibi conatus eſt, quæ res cùm ſatis ex ſententia procederet, multiq; ad eum nobiles & milites ab hoſte tranſirent, Epiſcopus animi dubius, nec quibus fideret, nec quò ſe verteret, ſatis conſilij habebat. Et procul dubio in ſummas difficultates

*[illegible] [illegible]am obſidet.*

*Hugo Mariſcalcus occiditur.*



Ayuntamiento de Madrid

cultates adactus fuiſſet, niſi Deo finem ei bello facere, & Rudolphum ad maiora rerum momenta vocare,viſum eſſet. Interuentu enim procerum quorundam,ab octauo Calen. Octobres,vſque ad eius menſis medium,pactę ſunt inducię,quo tempore controuerſia omnis,per Fridericum Burggrauium Norimbergenſem, & Henricum Hachbergicum Marchionem,decideretur. Fridericũ Rudolphus nominauerat, Epiſcopus alterum; quibus ſi per negocia adeſſe minùs integrum foret, Henrici duo Furſtenbergicus, & Gerolzeggius ſubſtituerentur.

*Induciæ cum Baſileenſi.*

Dum hæc ad Baſileam fiunt, interim Principes Imperij,penes quos Romanum Regem legendi ius eſt, Francofurti comitia habebant.Fluctuabat eo tempore variis motibus tota ferè Germania,quæ à Friderici Secundi obitu,legitimum rectorem,integros ferè viginti duos annos,habuerat neminem,præter Guilielmum Batauum; ſub quo cùm reſpirare aliquantulùm cœpiſſet, mox eo à Friſiis occiſo iterum deſtituta eſt.Electi poſt illum erant variantibus principum ſtudiis duo: Richardus cornubiæ Comes,& Alfonſus Caſtellæ rex: Sed hic in Germaniam non venit, & Richardus Aquiſgrani à ſuis coronatus;conſumpta multis largitionibus pecunia,contemptior in Angliam redierat.

*Comitia Francofurti.*

*Guilielmus Hollandiæ Comes.*

*Richardus Cornubius.*

*...ſtellanus.*

Iam verò Gregorius Decimus Pōtifex Romanus,qui Lugduni tum erat communi periculo motus, Principibus ſcripſerat, vti ambitione & diſſidiis poſitis,eum eligerent Regem, qui ſummæ rerum cum dignitate præeſſe,& conuulſum Imperij ſtatum in integrum reſtituere poſſet; quod ſi diutiùs facere ſuperſederent, tum ſe,quod ſui officij ſit, rebus conſulturum. Congregatis ergo principibus,commodùm adfertur nuncius,Richardum Anglum iam diem obiiſſe. Cùm itaque nonnulli proponerentur, Mainardus Comes Tirolenſis,vir magni inter principes nominis,tres viros aliis præferendos affirmabat; Bernardum Carinthiæ ducem, Albertum Seniorem Goritiæ Comitem, & Rudolphum Habſburgicum. Extat vetus quoddam Chronicon Argentoratenſe, cuius auctor laudatur quidam Encardus;idq; qui Germanicè vertit Fridericus Cloſnerus,Burggrauium Norimbergenſem refert, reliquis principibus parum inter ſe concordibus,Rudolphum propoſuiſſe, & aſſenſos eſſe ſtatim omnes, Rudolpho præ cæteris ſtudebat Archipræſul Moguntinus,multa de ipſius virtute

*Meinardus Tirolenſis.*

*Frider. Cloſner hiſtoriæ tranſlator.*

animiq;

animiq; magnitudine prædicans. Hunc olim Rudolphus Roma redeuntem hoſpitio acceperat, & Argentoratum vſq; deduxerat, feruntq; tunc obteſtatum eſſe diuos, ne mori ſe permitteret, antequam Comiti huic gratiam retuliſſet, quod tum maximè facere ſe poſſe videbat. Itaque,eo adnitente,re diu expenſa,Principes, ne iterum in diuerſa abiretur ſtudia,Ludouico Palatino eligendi poteſtatem deferunt. Ille diu reluctatus, cum tendere eos videret; quarto Non. Octobris, Rudolphum Habſburgicum Cæſarem dicit, reliqui auctores fiunt, & fauſtis acclamationibus Rudolphi nomen ingeminant. Illum genere,morumq; integritate,ac prudentia inclytum,atque adeò vnum eſſe, qui rebus propè deploratis opem ferre, Imperium à multis annis bellorum tumultibus, diſcordijs, rapinis propè opreſſum erigere, & in priſtinum vigorẽ aſſerere poſſet. Sunt qui eò libentiùs in hanc electionem conſenſiſſe principes volũt,quod Moguntinus inter alia dixerat; eſſe Rudolpho ſex filias eximia forma atque indole, in quibus elocandis magna fore ad principes inter ſe coniungendos momenta. Boëmorum Hiſtoriæ,dignitatẽ illam ad regem ſuum Ottocarum delatam eſſe,aſſerunt,qui dixerit,malle ſe Regem Boëmię,quàm Cęſarem eſſe.Id cùm à reliquis eius moribus vitęq; iuſtituto alienum eſſe videatur, potiores mihi auctores ſunt,,qui ſumma ope & minaci ambitione eum affectaſſe confirmant, neque per Germaniã tãtùm Principũ ſuffragia expugnare pecunia aggreſſum, ſed Lugdunum quoque legatos ea de re cum loculis miſiſſe, quibus auditis Papam dixiſſe, nihil opus eſſe Sclauo, cùm in Germania multi egregij Principes inueniantur.

*Moguntius fauet Rudolpho.*

*1273. Rudol. in Rom. Regem. electus.*

*Rudolphi filiæ.*

*Ottocarus ... mia Rex.*

Rudolpho,nihil tale cogitanti,nuncium in caſtra primùm adfert Henricus Pappenheimenſis Mariſcalcus (vti vocant) Imperij, cui & exulibus quibuſdã Baſileenſibus gratulabundis cùm vix haberetur fides, ſequenti nocte venit Burggrauius Norimbergenſis diploma principum & electionis decretum adferens.Rudolphus igitur Dei voluntatem iam agnoſcens,cuius nutu factum erat, vti ipſe multis inferior omnibus pręferretur,Baſileenſi bello defungi voluit,primaq; luce eundem Burggrauium,quem iam anteà arbitrum legerat,in ciuitatem miſit,vti cum Epiſcopo de pace ageret. Præuenerat iam eò fama,& qui adhuc in Epiſcopi ſocietate erant, palàm dicebant;contra Rudolphum ſe fœdus cum eo inijſſe,con-

*Henricus à Pappenheim.*



Ayuntamiento de Madrid

tra eundem jam Cæſarem arma ferre nefas ducere. Epiſcopus ea re atton[it]us, protenſa in cœlũ manu, exclamâſſe in hæc verba fertur: O Chriſte firmiter te in ſedili tuo contine, ne hic te Comes deturbet. Mox, pace iam compoſita, ex ſuis qui hanc Rudolpho fortunam gratularentur, miſit, quos ſecutus ipſe in gratiam cum eo rediit, multatus (vti quidam volunt) ſatis magna pecuniæ ſumma; etſi ſunt, qui non hoc tempore, ſed alio, cum Briſacum ei reſtitueretur, numeraſſe eam volunt. Captiui vtrinque redduntur, & Stelliferę factionis ciues poſtliminiò in ciuitatem reſtituuntur. Cum Neoburgenſibus hoc modo tranſactum; Decimę omnium bonorum Henrico Friburgenſi dantur, oppidum Imperio additur. Per hos dies Rudolphus Cæſar, vbi Gregorium Pontificem Lauſannam veniſſe audiuiſſet, ad eum profectus eſt. Ibi Pontifex electionem illi ratam eſſe iuſſit in has cõditiones, vt, ante annum exactum, Romam veniret, corona ſuſcepta, ad liberandos à Barbarorum immanitate Chriſtianos in Aſiam proficiſceretur. Ad hanc expeditionem, ducenta aureûm nummûm millia ſe numeraturum, promiſiſſe Pontificem ferũt. Sunt qui hoc illorum colloquium biennio pòſt fuiſſe aſſerunt, ego vulgatos ea de re verſiculos ſequor, qui anni numerum continent.

*Rud. cum Baſilienſi pacẽ facit.*

*Neoburgũ Imperio addicitur.*

*Rud. cum Pontifice cõgreſſus.*

*Bis ſexcenti ſeptuaginta treſq́; ſtetere*
*Anni, Lauſannæ dum Rex & Papa fuere.*

1274. Circa anni ſeptuageſimi quarti initiũ, Rudolphus cum vxore Baſileam venit, vbi ab omnibus ciuitatis ordinibus ſummo cum honore excipitur, ciues ei tanquam Cæſari fidei ſacramentũ præſtãt, abolita veterum offenſarum memoria. Inde ſecundo Rheno, cùm & cæteri Principes in itinere ad eum veniſſent, deſcendit, & Aquiſgrani ſolemni ritu coronatur. Ibi cùm Principes, in eius verba juraturi, tergiuerſari aliquantulùm viderentur, quòd non omnes adeſſe dicerent, neque ſceptrum ad manum eſſet, Cæſar arrepta cruce, quæ propè aderat: hoc, inquit, ſignum, in quo humanum genus redempti ſumus, hoc ego ſceptro, in omnes mihi & Imperio infidos, vtar. His dictis moti qui aderant Principes crucem exoſculati, ſacramenta dicunt. Sacris peractis Cæſar conuiuio Principes excipit. Antequam Aquiſgrano diſceſſum eſt, Moguntino adnitente, Machtildis Rudolphi filia Ludouico Palatino, Agnes Alberto Saxoni, & Hedvvigis Othoni Brandemburgico de-

*Rud. coronatu Aquiſgrani.*

*Rudol. filiarum matrimonium.*

co deſpondetur. Coloniam inde profectus eſt Cęſar, ibi eum conuenit Vdalricus Guttingenſis, qui cōtra Rumholdum à Ramſtain electus erat, Abbas Sangallenſis. Rudolphus, eorum diſceptatione in aliud tempus dilata, Vdalricum Ramſuagium Sangallenſibus pręfectum dedit. Moguntię deinde, & Haganoę aliquandiu commoratus, adulta iam æſtate, Norimbergam, ad agendum principū conuentum, proficiſcitur. Principes Imperij omnes ſatis obſequētes ſibi habere Rudolphus videbatur, ſoli eius electionem impugnabant Ottocarus Boëmiæ rex, & ab eo in ſocietatem adſcitus Henricus Bauariæ Dux. De Ottocaro propter ea quæ poſteà conſecuta ſunt, aliquid hic nobis dicendum eſt. Cùm Fridericus Auſtrię Ducum ex Babenbergenſi gente vltimus, anno poſt mille ducentos ſexto & quadrageſimo, ex vulnere in pugna cum Hungaris commiſſa accepto, obijſſet, Hermannus Badenſis, qui Gertrudim illius ex fratre Henrico Medlicenſe neptam, in matrimonio habebat, Auſtriæ gubernationem adierat. Eius filius Fridericus, annos tutelæ vix egreſſus, Neapoli cum Cunradino Apulię & Siciliæ rege vti paulò pòſt dicetur, capite plexus erat. Mater Gertudis Agnetem filiam, Vdalrico Carinthiæ Duci collocat, ipſa cum amita ſua Margaretha Auſtriæ gubernacula retinet. Nupta fuerat Margaretha Henrico iuniori, Friderici Secundi filio, cui Fridericū & Henricum peperit, ſed marito & filijs orbata, in Auſtriam redierat. Hanc cum prouinciales Theodorico Miſniæ Marchioni collocare pararent, Ottocari pater Premiſlaus, interceptos illorum legatos, vti filio eam deſponderent, adegit. Itaque Ottocarus anno eius ſeculi, quinquageſimo ſecundo, Auſtriam inuaſit ipſe, Stiriam, Belæ Hungarię regi, prædæ obiecit. Anno demum ſexageſimo eundem bello aggreſſus, magno prælio ſuperauit, egregia Rudolphi Habſburgici opera vſus, qui equitatui præfuit. Inde in Boruſſiam profectus, omnia armis ſubegit, & Regiummontem ciuitatem condidit. Reuerſus in Auſtriam, vti à mari Balthico ad Adriaticum ſinum vſque regnaret, ab Vdalrico duce iam ſene, & liberis carente, Carinthiā cum vicinis ditionibus emit. Mox factus cōtumacior, vxore iam ſterili, ob ſenium repudiatā priùs, ac pòſt veneno ſublata, Kunegundim Maſſouiam duxit. Cum igitur Ottocarus latè imperium extendiſſet, quemuis alium præ ſe contemnebat, & impotenter in Auſtriacos, Stiros, alioſq; Germani nominis

*Vdalric⁹ à Ramſuag.*

*Ottocari iura in Auſtria quæ.*

*Cunradinus decollatus.*

*Vdalricus Carinthius.*

*Ottocari ſuperbia.*

ſubditos dominatione abutebatur. Rudolphum verò nihili faciebat, vti quem famulum ſuum paulò antè fuiſſe diceret. Hæc de Ottocaro hoc loco dicta ſint.

Huc prȩfatorum Friderici & Conradini miſerabilem interitũ, à Collenutio accuratè deſcriptum, cum quòd in hæc ferè tempora inciderit, tùm quòd per vtriusq; obitum Auſtriȩ & Sueuiæ Ducatus, in Rudolphi huius noſtri filios poſtea tranſlatus ſit, inſerere viſum eſt.

*Conradinus Regnũ Apuliæ ingreditur.*

Conradinus, patre & fratre mortuis, Regnum Siciliæ iam hæreditatis iure ad ſe deuolutum videns, pro eo acquirendo in Italiam proficiſcitur, aſſumpto eiuſdem ſecum ætatis iuuene cognato, Friderico Auſtriæ Duce, multis item Comitibus, Baronibus, nobilibus & exercitu non contemnendo.

*Frid. Auſt: Dux*

*Carolus Andegauenſis.*

Cumque videret Regnum, à Carolo Andegauenſi, violenta manu detineri, rem armis cum ipſo tranſigere ſtatuit, ſed in fœliciter pugnans, Carolus victor euaſit, cui prima cura fuit, vt Conradinus, & præcipui eius ſocij, inter occiſos ac viuentes quærerentur, crudelem ſe exhibens in captiuos, quorum complures ſuſpendi, alios gladiorum ictibus necari, alios perpetuis carceribus mancipari iuſſit: Ex eorum numero, qui prælium euaſerant, fuit quoq; Henricus à Caſtilia, ſenator, qui poſtea captus, & ad Papam adductus fuit, per Abbatem Monaſterij Reatȩ, in quod ſe receperat.

*Henricus à Caſtilia*

Comes etiam Girardus de Piſa, qui Romȩ ſalutem quȩſierat, per Papam captus fuit: & ambo ſimul traditi in manus Caroli, qui deinde Henricum in Narbonenſem prouinciam relegauit, vbi & vitam finijt. Conradinus autem, & Auſtriæ Dux, miſeri iuuenes, comitati per Caluanum Lanceam, & Galeottum eius filium, habituq; aſinariorũ veſtiti, cùm toto triduo hac atque illac per ſyluas oberraſſent, ignari quò procederent, tandem, mala agitante fortuna, attigerũt ſyluam Aſturæ, in ipſis limitibus ditionis Romeæ maritimis: vbi conſpicientes nauiculam, rogarunt piſcatorem, vt ipſos ad Senenſium aut Piſanorum fines duceret, eam ob operam largam eidem promittentes mercedem, qui & conditionem facilè acceptauit.

*Aſtura.*

*Coradin. & Frid. per annulum proditi.*

Cæterùm cùm neq; pro ipſis, neq; pro ſe panes quicquam haberet, & deeſſet pecunia, quam numerarent; tradiderunt ei annulum, vt eum in oppido oppignoraret, ac panes compararet. Itaq; piſcator oppidum Aſturam adijt, & illic de valore annuli inquirens, pecuniam ſuper pignore mutuo accepturus, & vt fieri aliquando ſolet,



Ayuntamiento de Madrid

cœpit garrire, duos iuuenes liberali facie, ſed malè veſtitos, ad ipſius veniſſe nauiculam, à quibus eum acceperit annulum: operamq́; ſuam promiſerit, vt eos longiùs ducat. Empto deinde pane, ad mare redijt, & propoſitum iter ingreditur. Ecce autem fama de annulo totum peruolans oppidum, ad aures Ioannis de Frangepanibus, nobilis Romani, Aſturæ Domini peruenit: qui illicò cogitauit, iſtorum iuuenum alterum eſſe fortaſſis Conradinum, quem Carolus tanta cura quæri iuberet. Itaque armari triremem, & nauiculæ piſcatoriæ ſubſequi imperauit: ſic miſeros principes nemine repugnante cepit, & Auſtram adduxit. Eam rem mox ad Carolum rumores attulerunt, qui vt ne perderet talem prædam, quàm celerrimè potuit, Aſturam terra mariq́; ſuis cum militibus cinctum venit. Quocunq; verò conſilio id fecerit, ſiuè vt honori Ioannis de Frangepanibus parceret, qui ſe inuitum cogi aſſimulabat, ſiuè quia flagrantiſſimè Conradinum ſuis habere in manibus cupiebat: certè oppidum obſedit, & voti compos factus, ſimulq́; cum Conradino omnes ipſius ſocios in ſuam poteſtatem redegit. Inde hos ſecum captiuos ſemper circumducens, Romā adijt, vrbisq́; negotia diſpoſuit, ſuo loco ſenatorem ibidem relinquens Iacobum Cantelanum. Et vbi peruenit Ginatianum, iuſſit decollari Caluanum, & Galeottum eius filium, nimirum in vindictam Mareſcalci ſui in prælio interempti. Eo facto, Neapolim venit, ibíque in carcerem miſit Conradinum & Ducem Auſtriæ: & per annum vinctos tenuit, donec quid ipſi faciundum eſſet conſtitueret. Tandem Neapolim conuocauit omnes Syndicos potiorum ciuitatum regni ſui: atq; in frequenti conſilio ſingulorum exquiſiuit ſentētias, quid nam ei de Conradino eſſet ſtatuendum: & tùm omnes, præſertim Neapolitani, Capuani & Salernitani cenſuerunt, morte afficiendum. Quanquam eſt qui ſcribat, ſententias tùm ita fuiſſe dictas, prout ipſe Carolus eas dici voluit. Heinricus Gundelfingerus Conſtantienſis, in ſuis Chronicis Auſtriæ, ſcribit Carolum etiam ſummi Pontificis conſilium expetijſſe, qui ipſi pauciſſimis verbis ita reſpondit: Vita Cunradini, mors Caroli: mors Conradini, vita Caroli. Ad Barones & nobiles Franciæ quod atttinet, nullo modo ij tali ſententiæ, de necando Conradino, adſentiri voluerunt: ac præſertim Comes Flandriæ, gener Caroli, nobilis & generoſi pectoris heros, accerrimè ac validiſſimè

*Ioānis de Frangepanibus impietas.*

*Conradinus cū ſocijs capitur.*

*Heinricus Gundelfingerus.*

*Pontificis reſpōſum.*



Ayuntamiento de Madrid

lidiſſimè repugnauit, inquiens: nulla prorſus ratione morti tradendos eſſe iuuenes tàm alti ſanguinis, imò dimittendos potiùs liberos, jungendosq; amicitia, adfinitate, & fœdere. Et conſimiliter iudicarunt multi alij nobiles viri, quorum animi à priuatis affectibus vacui erant: ſed deniq; mortis ſententia obtinuit. Anno ergò altero, poſtquam capti fuerunt, die XXVI. Octobris, medium forum Neapolitanum ſtragulis è ſerico villoſo coloris carmoſini prętenditur, in eo loco, vbi columna poſita eſt ante templum Carmelitarum, quam mater Conradini poſtea erigi curauit: & illuc fuêre producti in ſupradicta ſtragula extenſa Conradinus: Dux Auſtriæ: Comes Girardus de Piſa, qui Tuſcanos in prœlio duxerat: & quidam auratus eques Germanus, nomine Hurnaiſo, ipſe quoq; eodem prœlio captus: & Dominus Henricus à Caſtilia. Prętor hos fuerunt eôdem producti etiam quatuor alij, Richardus Reburſa, Ioannes de Grutta, Marinus Capeccius, & Rogerius Buſſus, in maximo hominum cœtu, non modo Francorum & Neapolitanorum, ſed omnum vicinorum oppidorum, qui ad ſpectaculum tàm crudele accurrerant: quod ipſum & rex Carolus ſpectauit, quanquam is conſiſteret in turri quadam longè ſatis inde diſſita, ſed tamen videns omne, quod agebatur. Cùm captiui in locum iam dictum perueniſſent, Magiſter Robertus Barienſis, primarius Caroli ſcriba, ſuggeſtum quoddam ad hoc ipſum extructum, conſcendit, & ſententiam contra nouem iſtos captiuos ex ſcripto recitauit, omnes morti adiudicans: excepto vno Henrico à Caſtilia, qui carceri perpetuo fuit addictus: nimirum vt ſeruaretur fides data Abbati, qui eum ceperat, & omninò ſibi promitti voluerat, de duobus illis ſuis captiuis non ſumptum iri mortis ſupplicium. Crimina præcipua, quorum cauſa fuerunt condemnati, erant in ſententia hæc compræhenſa: turbaſſe pacem Eccleſiæ, falsò vſurpaſſe nomen regis, voluiſſe occupare regnum, & ipſius Regis perſonæ mortem intentaſſe. Quidam Neapolitanus, eius temporis profeſſorum iuris vnus, ſcribit, poſt ſententiam pronunciatam, Conradinum ad eum, qui recitauerat dixiſſe lingua latina hunc ad modum: Nebulo proditor, nebulo flagitioſe, tu condemnaſti filium Regis? An verò neſcis, paris in parem nullum eſſe imperium? Deinde negauit, vnquàm ſe voluiſſe eccleſiam offendere: ſed acquirere voluiſſe duntaxat regnum ad ſe pertinẽs, quodq;

*Cõradini & Friderici ſuppliciũ.*

*Tiurrim crudelitatis ſpectatores.*

*Capita ſentẽtiæ*

*Cõradini ad latam ſententiam reſponſum.*

quodq́; per iniuriam alius retineret: ſperare autem ſe, quod ſui gentiles, & domus matris ſuæ, cum Alemannis ſuis, & Ducibus Bauariæ ſuis neceſſarijs, non relicturi eſſent ipſius mortem inultam. Hisq́; dictis verbis, detraxit chirothecam, è manu, ac verſus populum proiecit, inquiens: ſe hæredem ſuum relinquere Dominum Fridericum à Caſtilia, amitæ ſuæ filium. Papa Pius ſcribit, eam chirothecam exceptam fuiſſe per equitem quendam auratum, & deinde allatam ad Petrum Regem Aragoniæ. Hoc facto, Dux Auſtriæ primus fuit omnium, cui caput amputaretur: idq́; prorſus à corpore reſectum, bis exclamauit, Maria. Conradinus autẽ illud ſuſtollens, peramanter eſt oſculatus, & pectori ſuo adpreſſit, deplorans calamitatem ſocij ſui: ſeq́; ipſe accuſans, qui mortis eius occaſio fuiſſet, ſcilicet à matre extra patriam in tam atrocem fortunam abducto. Inde vbi in genua ſe demiſit, ac leuatis in cœlum manibus, veniam peccatorum ſuorum à Deo precatus, executor ei rei præpoſitus capite eum truncat: deinde Comitem Girardum, & equitem Germanum Hurnaiſo vocatum. Ipſi verò miniſtro, qui Conradinum decollauerat, quidam alius in hoc ipſum paratus, idem fecit, quod is alijs fecerat: nempe caput ei amputans, ne vnquàm iactare poſſet, ſanguinem adeò generoſum ſeſe effudiſſe. Quatuor alij Barones è regno, fuerunt in patibulo ſuſpenſi. Corpora capitibus truncata, humi remanſère iacentia, neq; auſus eſt quiſquam ea tollere, donec Carolus ſepeliri mandâſſet. Fuerunt itaq; ſepulti, & ſuper Conradino tale poſitum Epitaphium.

*Coradini teſtamentum.*

*Carr... ex capite plectitur.*

*Aſturis vngue leo pullum rapiens aquilinum,*
*Hic deplumauit, acephalumq́; dedit.*

Hunc calamitoſum habuit, miſerorum iuuenum vita, exitum, quem planctu omnes, qui viderunt, proſecuti ſunt: ſic ſimul etiã finem habuit nobiliſſima Sueuiæ Ducum familia. Diſplicuit hoc factum adeò ipſiuſmet Caroli amicis, vt Robertus Flandriæ Comes eius gener, indignatione motus, illum qui ſententiã legerat, gladio confoſſum extinxerit, vita eum indignum iudicans, qui infimo loco natus, mortis ſententiam, contra principes tàm alti ſanguinis, pronunciare auſus fuiſſet, & hæc de Conradino & Friderico dixiſſe ſufficiat.

*Sueuiæ Ducum finis.*

*Caroli crudelitas damnata.*

Norimbergæ

*Comitia Norimbergæ & Vvirceburgi.* Norimbergæ inter principes, de Imperio in priſtinam dignitatem a ſerendo, actum, & conuentus Herbipolim poſt tres menſes indicitur, Otocaro & Henrico, vti eò veniant, imperatur. Principes reliqui ad diem adfuère, de latrocinijs, rapinis, & iniurijs per Germaniam tollendis, deq; Ottocari & Henrici factione opprimenda, vtq; malæ fidei poſſeſſores, occupatis per iniuriam bonis, cedere cogantur, propoſitum. Occultis Ottocari machinationibus (quamuis ipſe aberat) effectum, ne conſilia expediri poſſent. In *Frid. Zollerenſ. Burgg. Norimb.* hoc conuentu Cęſar Fridericum Zollerenſem, ex ſorore nepotem Burggrauij Norimbergenſis titulo iam anteà vtentem, confirmauit, eamq; dignitatē ei hæreditariam fecit. Hunc Nauclerus Henricum vocat, quem ego cum alijs ſequi nolim, quod certiora inueniſſe mihi videar: nihil interim lectori præſcribo. Henricum ex vetuſtiore Burggrauiorum proſapia, lego in manuſcriptis nō Norimbergę, ſed Ratiſbonę Caſtellanum fuiſſe, verùm ante hęc tempora. Si quis certius quid inuenerit, id ſequatur. Sed ad rem. Alius *Cōitia Auguſtæ. 1275.* iterum conuentus Auguſtæ Vindelicorum edicitur, in proximam æſtatem, ad quem denunciata læſæ maieſtatis pœna, Ottocarus & Henricus vocati legatos cū mandatis miſère. In hoc conuētu auditi ante alios ſunt Auſtriæ & vicinarum ei prouinciarum legati. ij erāt Fridericus Archiepiſcopus Saliſburgenſis. Fridericus à Petouione Stirus, Bernard⁹ Vvolckendorfius, & Vdalric⁹ à Viechouen Auſtriaci. Querebantur pulcherrimas regiones, contra ius occu- *[Au]ſtriacorum q[uer]elæ de Otto[ca]ro.* patas, tyrannide opprimi ab Ottocaro, qui ſæua dominandi libidine, ſacra ſimul & profana turbaret, neque iniuſtam vim à ſubditorum bonis & corporibus liberis abſtineret, qui vxore Margaretha adhuc ſuperſtite pellicem aluiſſet, filios ex ea ſuſcepiſſet, vxorē dein veneno tolli curâſſet, procerum nōnullos ſuſtuliſſet, quoſdā adhuc captiuos detineret. Inter hęc Saliſburgenſis de recenti eius iniuria, qua miſſo in ipſius ditiones Milota præfecto, omnia ferro atque igni fœdauerat, verba faciens orat & obſecrat Cæſarem, reliquosq; principes, vti conatibus illius in tempore obuiam eant. Idem & alij pro ſe quiſq; faciunt. Poſt auditas horum querelas, in*Ottocari legatio ad comitia Auguſtana.* troducūtur Ottocari & Henrici legati. Ibi Bernardus Seccouienſis Epiſcopus, regis ſui nomine, dicere iuſſus, petito altè exordio, paruam ſibi in dicendo facultatem eſſe dixit, nec quantam magnitudo rerum, quas adferebat, poſtularet, ſe verò ſpem omnem in

principum,

Principum,apud quos diceret,prudẽtia collocatam habe e,quos rem meliùs,quàm verbis exprimere ipſe poſſet, intellect os minimè dubitaret,quę etſi prima fronte à communi hominum opinione abhorrere fortaſſe videbatur,veri tamen fidem, ſi patienter audita benè conſideretur, facilè ſit inuentura. Hac inſinuatione vſus, dialecticis quibuſdam rationibus, & ſophiſmatis (quorum eo tempore gnarus præ cæteris habebatur) Rudolphi electionem *Ottoc. electionẽ* im℗bare cœpit, vti quæ nec rectè,nec ordine, & (eius verbis vtor) *Rud. improbat.* ab execratis de execrato facta eſſet.Indignũ eò loco Rudolphum, quem iam à multis annis Pontifex eccleſiaſtica cenſura damnaſſet.His peroratis,cùm multa ad eccleſiaſtici ordinis principes latino ſermone proferret, Cæſar interfatus.Si cum Epiſcopis & ſacerdotibus, inquit, tibi res eſt, latinè dicito, in me meiq; ordinis dicturus ea lingua vtitor, qua pro ſe quiſq; reſpondere poſſimus. Cùm verò plura adderet, neq; à conuiciis abſtineret, nemo vlterius dicentem audire voluit, Palatinus etiam minas protulit, parumq; abfuit, vti in eo fides publica violaretur, niſi Cęſar interceſſiſſet: Moderatiùs ſe geſſit Henricus Præpoſitus Oetingenſis, qui Bauari nomine legatus aderat, excuſationes adferens viro Principe nõ omninò indignas. Ad Boëmum legatos mitti placuit. Miſſi ad eum Burggrauius Norimbergenſis, & Henricus Baſileenſis *Cæſ. principum legatio ad* Epiſcopus, Auſtriam, Stiriam, & reliquas regiones Imperij nomi- *Ottocarum.* ne repetunt, vtque intra iuris ſui fines ſe contineat, neque contumaciter ſe contra principes Cæſaremq; ab ipſis electum gerat, neue ſolus debita illi obſequia præſtare, inq; eius verba iurare recuſet. Ille ad hæc excandeſcens, nihil ſe Rudolpho debere famulo nuper ſuo, neque digno cui reges obſequantur; Auſtriam ſe & *tocari reſpõ* Stiriam dotalem, Carinthiam cum cæteris ſuo peculio emptam *ad legatos.* priùs, armis deniq;, & iure belli aſſerta tenere, neq; illas cuiquam ceſſurum pacem bello pręlaturum, ſi quietè ſuis vti frui permittatur, ſin minùs, ita ſe geſturum eſſe bellum, vti Rudolphus parendi melioribus ſe artes potiùs, quàm imperandi ſcire, neq; miſeris forte aliqua emergentibus ſemper felicẽ eſſe ferociam ſit faſſurus. Burggrauius contrà, neq; Auſtriã à fœmina ad alienos transferri, neq; cæteras ℗uincias, abſq; Imperij aſſenſu, vendi ius fuiſſe multis rationibus demonſtrabat, ſed præter contumacia verba, & acerba in Rudolphum conuicia nihil referebat. Legati itaq;, nondum

ſoluto

Ayuntamiento de Madrid

*Ottoc.&Henri. Bauarus hoſtes Imp. declarati.* ſoluto conuentu,ad Cæſarem reuerſi,nihil pacati ab Ottocaro reſponderi nunciant. Rogati ſententiam Principes,Ottocarum & Henricum contra rempublicam facere videri, hoſtes Imperij eſſe, bellumq; in eos decernunt: Primus ſententiam dixit Ludouicus,cui cum Henrico fratre magnę tunc erant inimicitiæ, Henricus enim,ſe inconſulto,affinitatem cum Rudolpho feciſſe fratrem, ægrè ferebat, omne conſanguinitatis ius in eo violatum,dicens. Cæſar itaq;,ad decretum ſibi bellum cum dignitate gerendum,vti vires ſatis magnas adferre poſſet,præter eos principes,quos affinitate,& filiarum connubijs adiunctos habebat,alios item cōciliare *Henri. Marchio Miſnenſis.* adnitebatur. Igitur Henrico,Marchioni Miſniæ,opulēto per eam ętatem ex vbertate venarum metallicarum Principi,Thuringiam, de qua diu decertauerat,concedit,& donationē Friderici Secundi Imperatoris, qua Alberto illius filio genero ſuo Altenburgi Comitatum dotis nomine conceſſerat,ratam habet.

Antequam verò Cæſar longius abiret,ad impedimenta quædam propè domeſtica prius ſubmouenda animum adiecit. *Eberhardus rixoſus.* Virtembergenſis enim Comes Eberhardus Senior,cognomine rixoſus, qui vt neminem timere videretur, ſe ſolius Dei amicum, & totius mundi hoſtem nominabat, & Marchiones Badenſes,interregni tempore,per Sueuiam, Alſatiam, Franconiam, & vicinam Rheni oram nonnulla, quorum Domini interciderant, quædam etiam Imperij loca occupauerant.Idem in Briſgouia Friburgenſes quoque & Neoburgenſes Comites fecerant. Alij etiam aliquot Comites,& nobiles,cùm diu ſummum magiſtratum non habuiſſent,electum iam,ſibiq; prælatū Rudolphum ægrè ferentes, hanc illi dignitatem inuidebant. Quò ergo meliùs,quæ quiſq; ſui iuris fecerat,retinere poſſent,fœdus inter ſeſe contraxerant. Cæſar itaq; à Ludouico Palatino genero ſuo adiutus,arma in ipſos mouet,neque magno cum negocio, vti,quę quiſq; habebant,redderent,pacemq; ſupplices peterent,& obſequia præſtarent,cogit.

*1277.* Interim annus ſeptuageſimus ſeptimus propè exierat, & Ru- *Rudolp. in Auſtriam ducit.* dolphus expeditionem in Auſtriam parans,Bauaricam Henrici ditionem armis inuadit,Patauium vſq; profectum (ciuitas eſt epiſcopalis ad Danubij Oeniq; confluentem, Paſſauiū vulgus vocat) impedire conatur Henricus,ita enim facturum Ottocaro receperat. Miſſi in auxilium Boëmi,primo congreſſu fuſi, pars capti, pars

in Boëmiæ

Ayuntamiento de Madrid

in Boëmię vicinos ſaltus fuga elapſi ſunt. Henricus verò in parem
ſe viribus cernẽs cum Ludouico fratre priùs in gratiam rec t, quo
& Machtilde eius vxore deprecantibus, pacem à Cæſare, ac veniã
impetrat. Data etiam in matrimonium Ottoni ipſius filio Ca-
tharina Rudolphi filia, ſex & quadraginta aureûm numûm millia
Cæſar ab eo mutua accepit, regione ſupra Anaſſum pignoris &
dotis nomine conceſſa. Erant eo tempore in Cæſaris comitatu
Ludouicus Palatinus, Henricus & Otto Bauariæ duces, Henricus
Cattimelibocus, Fridericus Burggrauius, Albertus Hachburgi-
cus, Hugo Vverdembergicus, Fridericus Leiningenſis, Otto & *Hugo Vverden-*
Henricus Spanheimenſis Comites, Epiſcopi item Moguntinus, *bergicus.*
Saliſburgenſis, Herbipolenſis, Ratiſponenſis, & Chiemẽſis. Cum
his Cæſar in Auſtriã profectus eſt. Interim Meinardus Tirolenſis
ad Stiros & Carinthios miſſus partim auctoritate, partim ſumma
qua vſus eſt dexteritate effecerat, vti quamuis Ottocarus paulò
ante quorũdam procerum filios obſides Pragam aſſeruandos mi-
ſerat, pleriq; tamen ab eo deficerent, Cæſari & Rom. Imperio fidẽ
opemq; promitterent, iamq; Boëmi ſua ex nonnullis oppidis &
arcibus præſidia deducere cogerentur. Auſtriaci, præter eos qui
præſidia Ottocari nimis firma habebant, Rudolphum aduenien- *Rud. Auſtriæ op-*
tem promptis animis accepere. Anaſſoburgum Sumerunus non *pida occupat.*
expectata obſidione tradit. Ibiſſa item, & Tulna ſtatim ſe dedunt.
Neoburgum antecurſores agminis nec opinato aduentu portis
apertis ingreſſi ſunt. Cæſar Viennam regionis caput, quæ firmo *Rud. Cæſ. Vi e-*
Boëmorum præſidio tenebatur, obſidione cingit. Ottocarus, qui *nam obſidet.*
alteram Danubij ripam cum exercitu inſederat, pontibus ſolutis
traijcere non poterat. Interim Cæſar miſſis ad Hungariæ regem
legatis in belli ſocietatem eum ſollicitat. Is iam antè Ottocaro in-
fenſus, quod Biberſburgum, Tirnauiam, Poſingam, Altenburgũ,
Cherlburgum, Muſenburgum, & alia quædam Hungarici regni
loca Poſonio vicina teneret, auxilia pollicetur. Cæſar Viennenſi-
bus, niſi deditionem faciant, agros ſe vaſtaturum, & vineas, vnde
maximus ciuibus prouentus, exciſurum minatur. Erat inter ciues
Rudigerus Baltramenus vrbis conſul Ottocaro prę cęteris ſtudẽs.
Eum populus circumſiſtens minis adigit, finem aliquando obſi-
dioni faciat, aliter ſe ſuis rebus conſulturos. Is communicato cum
Brunone Epiſcopo Olomucienſi pręfecto vrbis conſilio, aliquot *Induciæ.*



Ayuntamiento de Madrid

dierum inducias paciſcitur, intra quos niſi auxilia ab Ottocaro mittantur, deditio fieret. Exierat iam induciarum tempus, neque auxilium aliquod mittebatur, itaque Viennenſes commodorum & iurium conſeruationem pacti Cæſaris ſe fidei committunt. Viennæ exemplum ſequuntur & alię plerę́q; Auſtrię ciuitates, iamq́; ex vicinis vndique regionibus auxilia in Ottocarum contrahuntur. Cumq́ue res iam ad prælium ſpectare videretur, non deerant ex monaſticæ vitæ cultoribus, qui belli facinora & incōmoda deprecantes, vtriuſq; regis animos pijs exhortationibus ad pacis ſtudia inducere conabantur, quibus facilè adſenſus eſt Rudolphus. modò hoſtis æquas conditiones, quæ ex ſua & Imperij dignitate eſſent, admitteret. Itaq; Olomucienſi negocium datur, vti ad Ottocarum profectus de pace cum eo agat. Bruno ad illum veniens: Qui, inquit, Sereniſſime rex, tuis rebus regnoq́; Boëmico bene conſultum volunt, vti pacis conſilia amplexus bello ſuperſedeas ſuadent. Plura in hanc rem dicere parantem, Rex faceſſere iuſſum, toto triduo audire noluit. Tandem dicere iuſſus idem, quod antè multis rationibus perſuadere conatur, neq; enim, etſi Rudolphū bello ſuperari contingeret, defuturum Germanis Imperatorē, qui ablata ab Imperio poſſideri non ſit paſſurus. Aſſenſus Rex eſt, tētaret ipſe qui ſuaſerat. Bruno ad Cæſarem reuerſus poſt aliquot tractationes effecit, vti Burggrauius, Ludouicus Palatinus, & Epiſcopi de pace inter principes agerēt. Cùm diu diſceptata res eſſet, tandem Ottocarus Palatino tranſigendi poteſtate permiſſa in caſtra ad Rudolphum Cæſarem venit, & eodem illo ſuadente ſubmiſſiùs & vti clientem decet ſe gerit. Ibi pax in has conditiones fit: Ottocarus rex Auſtria, Stiria, Carinthia, alijsq́; locis vicinis priuata poteſtate occupatis cedat, cognitionē de illis Cæſari & principum ſenatui permittat, obſides reddat, electionem Rudolphi approbet, in eius verba iuratus Boëmiam & Morauiam ab eo recipiat, Hungaris ablata reddat; capti vtrinque ſuis reſtituantur. Actū etiam eſt de nuptijs Venceſlai cum Gutha cæſaris filia, & Rudolphi huius fratris cum Agnete Boëmi filia. Ottocarus verò & hoc ſibi dari petijt, vti coram principibus ſub tentorio facere ſibi liceret, quæ in vtriuſque exercitus conſpectu pudor vetabat. Paratur ergo tentorium in inſula Danubij Camberga, vbi Cæſar auguſtali ſubnixus ſolio ſedebat, Ottocarus genu poſito fidem conceptis

*Rudolpho dedit ſe Vienna.*

*Pacis cupidus Rudolphus.*

*P. inter Rud. C rem & Ot- tc rum.*

ceptis

Ayuntamiento de Madrid

ceptis verbis præſtans Boëmiæ & Morauiæ vexilla ſuſcipi. Excogitata verò res erat ad eludẽdam eius ſuperbiam commodiſſima: tentorium ita concinnatum erat, vt adducto quodam funiculo quatuor eius latera conciderent, quod cum eo in genua procumbente factum eſſet, res vtriuſque exercitus oculis ſubiecta videbatur, acclamãtibus & plaudentibus Germanis, Boëmis verò frementibus, & fraudem tacitè execrantibus. Acta ſunt hęc duodecimo Calendas Decembres D. Eliſabethę conſecrato. Ottocarus indignè hæc ferens diſſimulata vtcunque ira in Morauiam abijt. Cęſar dimiſſo exercitu Viennam regreſſus Stephanum à Meiſlau Auſtriæ, Hardnidum Veldonium Stiriæ, Carniæ Cunradum Auſenſtainium Mareſcalcos præficit, qui rebus præſſent, quo ad ſuo & principũ decreto aliud de prouincijs illis ſtatueretur. Ottocarus interim Morauiæ & Boëmiæ quædam loca ex itinere interuiſens Pragam tandem venit. Aduenientem multis & acerbis contumelijs excepit vxor Kunegundis mulier imperioſa, & ſuper fœminam ferox, indignum dicens regno, & tot virorum imperio, qui nulla regiæ dignitatis, nulla rerum antegeſtarum ratione habita, clienti ſe & ſeruo quondam ſuo ſubiecerit, pulcherrimas ditiſſimasq; prouincias, quibus vel aliquot prœlijs victus cedere nõ debuerat, ne tentata quidem pugna è manibus amiſerit, mori ſatius fuiſſe, quam hoſti fraudulento ad tam indignum modum ludificandum ſe præbere, quorſum igitur opus fuiſſe extra ordinem per Boëmiam delectus agere? Morauos, Sileſios, Saxones, Miſnenſes, aliasq; vicinas gentes ſuis excire ſedibus? vti ſcilicet egregij triumphi ſpectatores regem, qui paulò antè à mari Germanico ad Adriaticũ vſq; latè imperaſſet, intra Boëmiæ ſaltus eximio Rudolphi Comitis beneficio, quod ſupplex obtinuerit, incluſum ad ſuos renunciarent? ſe, ſi armorum vſus mulieri, quo vir vti noluiſſet, concederetur, per ſocordiam amiſſa facilè recuperaturam. Hęc & alia id genus probra mulier ſuperbiſſima audientibus etiã aulicis viro ingerebat, qui etſi palàm aliquando diceret; nunquam ſibi aliquid, cuius ipſa auctor extitiſſet, bene cecidiſſe, vict⁹ tamen aſſiduis eius incitationibus apertum iam bellum parabat, quo fraudem ſibi factam vlturum ſe dicebat, nec ſaniora admittere conſilia volebat eorum, qui fidem iuriſiurandi ſeruandam, neq; muliebri impotentiæ obſequendum eſſe arbitrabãtur. Erãt.

*Ottocari ſuperbia eluſa.*

*Kunegundis Ottocari vxor.*

*Ottocaro inſultat v...*

*Adulatores principum aulis obnoxij.*

verò in ula ipſius non pauci, qui quòd imperioſæ mulieris nutu maxim fere negocia tractari videret, omnia eius conſilia approbabant, & eadem aſſentatione apud regem quoque vſi, pronum ſua ſponte animum verbis inſtigabant, & quò acerbius quis in Cæſarem locutus eſſet, eo maiorem apud eum gratiæ locum eſſe vidētes fraudem rei adhibitam, quam non vlciſci indignum eſſet, aſſerebant. Eorum conſilijs & vxoris quotidianis iurgijs, ſuopte etiam ingenio, fatis ad exitum trahentibus, incitatus, Rudopho nuncium mittit, acta reuocat, Auſtriam, aliasq; prouincias fraude (ita enim interpretabatur) ereptas repetit, niſi reddantur, bellum indicit. Interim magna celeritate vſus, præſidia ad oportuna quędam Auſtriæ & Stirę loca pręmittere, nouos exercitus ex Boëmis, Morauis, alijsq; vicinis ſcribere, omnia ad bellum neceſſaria magno ſtudio parare, & ad ſummam diligentiam nihil reliqui facere. Iamq; iterum miſſis ad Henricū Bauarię Ducem literis, & nuncijs, auxiliares aliquot copias impetrauerat. Itaque, primo anni ſeptuageſimi octaui vere Auſtriæ fines apud Laam oppidum ingreſſus agros vaſtat, quoſdam etiam ex prouincię proceribus præmijs & pollicitationibus, vti vlteriora eius loca infeſtarent, adduxerat, inter quos præcipui erant Henricus & Leopoldus Kunringij. In armis etiam erant Henricus & Ibanus Günſenſes Comites, qui agrum Nouæ ciuitatis (Neapolim Auſtriæ paſſim vocant) depopulabantur. Horum conatibus Stephanus Meiſlauius Mariſcalcus Auſtriæ, Otto Berchtolſdorfius Cubicularius, & Berchtoldus Eberſdorfius eiuſdem prouinciæ Dapifer tantiſper ſe oppoſuere, donec Cęſar vires contraheret. Is tum Viennæ erat, & allato huius rei nuncio, adeò defectionem Ottocari ægrè ferebat, vti diceret, mori ſe potiùs velle, quam hanc iniuriam non perſequi, cumq; literas eius legiſſet; quoniam, inquit, iuriſiurandi religione ſpreta, & mihi, & Imperio Rom. fidem obſequiumq; renunciat, ſentiet Deum rupti fœderis & ſacramenti vindicem iuſtæ cauſæ propugnatoribus contra vim & perfidiam ſuam opem laturum. Miſſis itaq; nuncijs Albertum & Rudolphum filios, alioſq; cognatos & affines ex Sueuia ad ſe vocat, in Auſtria, Stiria, Carinthia, & vicinis locis delect⁹ haberi, & auxiliares copias ad ſe mitti iubet. Saliſburgenſis Archiepiſcopus ad primum nuncium cum trecentis equitibus aduenit, Baſileenſis pręſul, Burggrauius Norimbergenſis, &

*OttocarusCæſari pacem renunciat.*

*1278.*

*Kunringii.*

*æſar ægrè fer ttoc. defectio nem.*

*Bellum contra Ottocarum.*



Ayuntamiento de Madrid

Henricus Hachbergicus Marchio octingentos longo itineris diſpendio per Carnos adducebāt, quibus Hennenbergici, Firſtenbergici, & reliqui cognati quidam ſexcentos adiunxerant. His acceſſere Albertus Goricienſis cum centum quinquaginta equitibus, Meinardus Tirolenſis cum trecentis, totidem ducebant Fridericus & Albertus Ortemburgici. Vdalricus Hainburgicus Carnus cum ducentis, Henricus Pfannenbergenſis Stirus cum centum aderant. Mille præterea Stiris communi prouinciæ nomine conductis præerant Fridericus à Pætouione, Otto Liechtenſtainius, & Colo à Seldenhouen. Hij omnes ad initium menſis Septembris cōuenere. Interim Hugo Comes à Taufers Tirolenſis in Hungariam miſſus auxilia impetrat. Chumanorum viginti millia venere cum Ladiſlao regis Stephani filio. Erant Chumani gens nondū Chriſtianis ritibus addicta, bello acerrima. Hi pridie Idus Septembris Marum fluuium trajecere Rudolphus vti Ladiſlaum arctiori quodam vinculo ſibi cōiungeret, in filium eum adoptauit. Deinde cum iis quas dixi copiis, quibus Auſtriacorum auxilia ſe cōiunxerant, Cæſar propiùs hoſtem mouet, caſtra propè Laam oppidum ponit. Erat inter vtraque caſtra arundinetum, & locus paludoſus eſſe putabatur, eum Hungari ſiccum & ſolidum explorârunt ad Ottocari caſtra, primasq; vigilum ſtationes progeſſi, vnde pro more gentis capita aliquot ſecum attulere. Antequàm prælium cōmitteretur, Cæſar vti ſuos in pugnam animaret, quam plurimos militari dignitate inſigniuit, inter quos centum Tigurini fuere, quos omnes ſtrenuè pugnantes aduerſis vulneribus obiiſſe proditum eſt, eorumq; inſignia gentilitia Tiguri in Minorum templo ad rei memoriam depicta viſuntur. In more Rudolphum habuiſſe dicunt, vti pugnam commiſſurus, ſi integrum hoc illi relinqueretur, diem Veneris expectaret. Is vbi tum adueniſſet, ædem S. cruci vouit, ſi victoria potiri Deus cōcederet, quàm Tulnæ poſteà voti reus poſuit. Totum deinde exercitum, ex conſilio Hugonis à Taufers, in quatuor ordines diſtribuit. Primo præfectus eſt Matthæus Treüzius, in altero Stephanus Comes Schildbergicus curare iuſſus, hi ex Sueuis ferè cōſtabant, tertium ex Stiris, Carinthiis, Carnis, & Salisburgenſibus conſtituit, inter quos & ipſe locum ſibi legit, quartus ordo Auſtriacos habuit. Hungari quoque in ordines diſtributi Ladiſlaum in edito quodam colle,

*Henr. Hochbergicus.*

*Rudolp. Cæſaris copiæ.*

*Albertus Goricienſis.*

*Hugo à Taufers*

*Laa oppidum.*

*Matthæus Treütz.*



Ayuntamiento de Madrid

*Ordo aciej.*

vnde p[illegible]elium ipſe adhuc adoleſcens inſpectare ex tuto poſſet, colloc[illegible]unt. Ab altera parte Ottocarus ſuos in ſex ordines dirigit: Primus ex Boëmis, ex Morauis alter cõſtabat, tertius Miſnenſium, & Thuringorum erat, Poloni in duas ſe Phalangas diuiſerant, Saxones & Bauaros rex ipſe ſibi delegerat.

*Henr. Schörlin.*

In exercitu Cæſaris Imperij aquilam ferebat Henricus Hachbergicus Marchio, Auſtriacum ſignum Cunrado ab Haſelau Auſtriaco commiſſum erat, Chriſti ſeruatoris imaginem cruci affixam patri pręferebat Albertus Habsburgicus. Erat inter Saliſburgenſis miniſtros Henricus Schörlinus, qui equum habebat efferum calcitronem, quo calcaribus inſtigato in hoſtem primus excurrit. Cæſar, vti omnes ſequerent, iubet, tempus adeſſe clamans, quo virum ſe quiſque oſtenderet. Ab altera parte Ottocarus ſuos paucis exhortatur, vti & audaciæ & timoris exemplum abs ſe caperent, prælium inter primos inuaſit. Ad primum congreſſum Rudolphus Rhinius Baſileenſis eques tam alta voce, vti ab vtriſq; [illegible]udiretur, vulgatam cantilenam canere exorſus eſt, qua Deiparæ virginis auxilium inuocatur. Acerrimus ab initio conflictus Auſtriacis & Stiris fuit, cum ea exercitus parte, in qua rex ipſe aderat, octingentos quinquaginta grauis armaturæ equites circa ſe habens, cumq; diu anceps ſtetiſſet pugna, Pfannenbergicus accepto graui vulnere à ſuis extra aciem ablatus eſt, & Stiri hoc caſu moti remiſſiùs rem gerere videbãtur, quo animaduerſo diſcrimine Cęſarem nonnulli ferunt in genua prolapſum Dei opem imploraſſe, & inſtauratos eſſe Stirorum animos, quorum in eo prælio virtus enituit, Inuenio in manuſcriptis Herbotum Fullenſtainium natione Polonum ingentis ſtaturæ & robris nec minoris audaciæ & temeritatis hominem, magnis ab Ottocaro promiſſis Cæſarem, vti inſigni aliqua clade afficeret, toto exercitu perquiſitum petiiſſe, quem cùm Cæſar inſerto pũctim per commiſſuram galeæ gladio occideret, equum ab altero aliquo ſuffoſſum, ipſum verò iam peditem acriter ſe defendiſſe, cumq; nimis multi accurrerent, exclamaſſe: illæſum ſe atq; integrum eſſe, itaque in hoſtem pergerent, neu proſperę pugnę curſum ſiſterent. Cæſar deinde à Berchtoldo Capella in alium leuatur equum, & eodem comitante, prælium redintegrans vehementi impetu hoſtium aciem perrumpit. Iamq; Boëmi trepidare nonnihil cœperant, cùm & alius error ab altera

*Prælium inter Rud. C[illegible]ſarem [illegible] [illegible]ocarum.*

*[illegible]rbotus Full[illegible]-[illegible]ain.*



Ayuntamiento de Madrid

altera parte iniectus metum auxit. Conſtituerat ſuis Henricus Marchio, vti clamante ſe hoſtes fugere, omnes identidem excla-marent: fugiunt, fugiunt. Ea vox audita, cum quiſq; alibi à ſuis fu-gam iniri crederet, non nihil turbabatur, nemo tamen antea ex-ceſſit prælio, quàm regi fortiter pugnanti nuncius adferret, Milo-tam pręfectum cum Morauis adhuc integris, qui in ſubſidiis erat, fugam capeſſere. Sunt qui Milotam ob fratris filiam ab Ottocaro vitiatam, ipſumq; fratrem de hac iniuria cum eo conqueſtum in turri quadam incendio ſublatum id feciſſe dicant. Boëmorum hi-ſtoriæ à Rudolpho donis corruptum affirmant. Milota abeunte, & cæteri ordines turbati fugam circumſpiciunt. Interim Stiri duo fratres Merenbergeri (Lazius è duobus alterũ Hadamarum Cun-ringium fuiſſe dicit) quorum fratrem rex in crucem egerat, toto agmine perquiſitum adorti fortiter pugnantem equo deijciunt, octodecim vulneribus effectum interficiunt, magno clamore cę-ſum abs ſe regem vociferantur. Cæſar, qui viuum in poteſtatem venire malebat, cùm primùm allatum eſſet in periculo verſari re-gem, Emerbergium & Brechtoldorfium, vti eum adducerẽt, mi-ſerant. id ſerum fuit. Rege amiſſo fugam omnes cepere. Cæſar ab effuſione ſanguinis temperari imperans Hungaros, quò minùs quos aſſequi poterant occiderent, inhibere non potuit. Corpus regis à calonibus (vti ferunt) propè nudatum Cæſar Boëmis ad ſepulturam reddi iuſſit. Hunc habuit finem vitæ Ottocarus rex nuper potentiſſimus, & armorum gloria per gentes inclytus, qui cùm imperium in tot viros haberet, ſi æquè in fœminã ius maie-ſtatemq; viri retinuiſſet, & viuere diutiùs & pacatius è vita abire potuerat. Incidit hoc prœlium in ſeptimum Calend. Octobris quem diem Boëmis pro nefaſto habitum, cum & Ioannes eorum rex eodem die prœlio Britannico occiſus poſteà ſit, obſeruatum eſt. Quatuordecim hominum millia ex regijs cæſa fuiſſe prodi-tum. Cæſar triduum eodem in loco (vti moris tum victori erat) commoratus, orta inter Hungaros & Germanos diſcordia, Mi-ſtelbachum abijt. Ibi Ladiſlaum cum gratiarum actione dimi-ſit, Auſtriacos, Stiros quoque & eos qui cum Saliſburgenſi ad-venerant egregiè collaudatos domum ire iubet, ipſe cum reli-quis propiùs in hoſtium fines mouet, vti videret, quidnam amiſ-ſo rege acturi ſint, ſimul & belli ſumptus, qui ad quadringenta

*Stratagema.*

*Ottocarus occiditur.*

 aureûm

Ayuntamiento de Madrid

aureûm nummûm millia æſtimabantur, exacturus. In itinere adfertur nuntius Ottonem Longum Brandemburgum, Ottocari ex ſorore nepotem cum copiis aduenire. Cæſar itaque retro ad Auſtriacos Stiros & Carnos mittit, qui ſtatim iter ad eum conuertêre, adfuit & Saliſburgenſis cum reliquis, inter quos & Bernardus Seccouienſis victricia ſecutus arma. Interim Bruno Olomucenſis præſul ad Cæſaris exercitum adequitans vanum rumorem, & pacatum eſſe Marchionis aduentum nunciat, & cum Saliſburgenſi ad colloquium euocato de pace agit, ſatis ſuperq; funerum Boëmis eſſe, neque bellum ad internecionem cum gente Chriſtiana gerẽdum, jacere auctorem belli, Venceſlaum puerum regem parente orbatum pacem petere, & conditiones in caſtris ad Viennam pactas accepturum. Ottonem ad eius tutelam, ſi Cæſari ita videretur, aduenisse. Eliguntur à Cæſare Burggrauius Norimbergenſis, & Meinardus Tirolenſis, à Boëmis Bruno epiſcopus, & ipſe Brandemburgicus, inter quos tanquam arbiter honorarius conſtituitur Saliſburgenſis. Itaque pax conficitur, & conuentu Iglauiæ indicto confirmatur in præſentia Principum, Epiſcoporum, & Comitum, qui prętio interfuerant. Pacta pridem inter Venceſlaum tunc octauum agentem annum, & Gutam Cæſaris filiam; Rudolphum item & Agnetem matrimonia cum certa ſucceſſionis ſpe (ſi Venceſlaus prole maſcula non ſuſcepta decederet) confirmantur. Venceſlai tutela & regni adminiſtratio Ottoni, quoad rex adoleſceret, committitur. Is Epiſcopum Brandemburgicum poſteà rebus impoſuit, & puerum regem in ſuam ditionẽ ſecum abduxit, vndiq; reclamantibus Boëmis. Nuptias Rudolphus poſteà Iglauiæ, celebrauit. Pace facta, rebusq; in Boëmia conſtitutis, Cæſar victor Viennam ingreditur, magnaq; cum lætitia, fauſtisq; & feſtis gratulationibus excipitur, & reipublicæ conſtituendæ, rebusq; ſuperioris belli tempore callapſis in meliorem ſtatum adducendis annum integrum illic commoratur. Profectus inde in Stiriam Ottonem Liechtenſtainium prouinciæ præfecit, inde in Carinthia, Carniola, & vicinis regionibus omnia ordinat, magiſtratus conſtituit, & quæ cætera vſui fore ſperat componit. Viennam reuerſus bellum in Henricum Bauariæ ducem parat, qui affinitatis & pactorum parùm memor Ottocarum milite & commeatu iuuerat. Cùm primùm Henricus Cæſarem cum exercitu in ſe veni-

*Otto Brandenburgicus.*

*Pax cum Venceſlao Ottocari filio.*

*Rudolphi nuptiæ Iglauiæ.*

*Rudol. in Bauariam ducit.*

Ayuntamiento de Madrid

ſe venire audiuit, omni belli conſilio depoſito ad preces cõfugit. Exorant Cæſarem Otto & Catharina illius filia, cui ſuam quoque interceſſionem Ludouicus Palatinus, & Machtildis eius vxor adiunxere. Subiratus erat Palatino Cæſar, quòd cum copijs ſuis ad bellum profecturus, in itinere ſubſiſtens, euentum pugnæ expectare voluiſſe videbatur. Poſt breuem diſceptationem pax Henrico data. Is oppida quædam in regione ſupra Anaſſum pignori data, Vvelſium, Styram, Lincium & alia abſq; pecunia reddens ſyngrapham ſuper ea factam dirupit, & auxilia in Boëmos ſi tumultuarentur, vti fama erat, pollicetur. Cęſar Ottoni genero ſuo Neoburgum, Scherdingam, Freiſtadium, & alia quædam vicina loca dotis nomine attribuit. Viẽnam inde cùm redijſſet, vxor Anna graui morbo implicita ſexto calend. Martij vitam mortalem æterna commutauit, anno humanę ſalutis octogeſimo primo ſupra mille ducentos. Corpus eius Baſileam deportatum ſepulturæ traditur, pompę funebri adfuiſſe ſcribitur Epiſcopos tres, Abbates ſexaginta vnũ, & trecentos ſacrificos. Inter hæc apud Boëmo Kunegundis regina vidua Brandenburgici antiſtitis gubernationem pertęſa Opauiam primùm, ad Nicolaum Ottocari ex pellice filium loci dominum profugit, mox verò Znoymam ſe contulit, vbi cum Zauiſio quodam Roſenſi perq̃ familiariter agens peperit tandem, & vix puerperio egreſſa inconſultis omnibus nuptias cum eo contraxit. Rudolphus poſtq̃; in Auſtria & vicinis ei locis quatuor ferè annos tranſegiſſet, diſceſſum parans in frequẽti procerum conuentu Albertum filium Auſtrię & Stiriæ pręfectum, & Imperij vicarium creat rebus pręfuturum, donec ex ſuo & principum cõſilio aliud ſtatuatur. Vt autem filio firmã in eas prouincias ſucceſſionẽ pararet, iam anteà cum Meinardo Tirolenſi principe de matrimonio Alberti cum Eliſabetha eius filia egerat, eiq; Carinthiæ ducatus & Taruiſianę Marchę beneficium promiſerat. Ita rebus in Auſtria ordinatis cum Ludouico genero Norimbergam, atq; inde Francofurtum ad principum comitia profect⁹ eſt. Multa ibi de tranquillo Germaniæ ſtatu acta, & auxiliares copię ad diruenda prędonum latibula decretę. Soluto conuentu Cæſar, conſcripto raptim milite, Reichenſtainam, Schœneggiũ, aliasq; nonnullas arces latrocinantium expugnat, ipſos ſupplicio afficit. Cõſtantiam profectus concordiam inter ciues & proceres quoſdam

*Anna Rud. Cæſ. vxor moritur.*

*1281.*

*Kunegundis regina nubit Zauiſio.*

*Albertus Rudolphi filius præficitur Auſtriæ.*

*Comitia Francofurti.*

*Rud. latronum arces deſtruit.*

vicinos

Ayuntamiento de Madrid

vicinos firmat. Idem Tiguri, Schafhuſij, Baſileæ, & alijs quibuſdã locis fa it. Briſgouiam pòſt hæc ingreſſus Eggonem Friburgenſem, qui abſente eo multa turbauerat, in obſequium redigit. Argentoratum inde profectus ſecundo Rheno alias quoque oræ Rhenanæ ciuitates adit. Oppenhemij dum rebus conſtituendis, & legationibus expediendis aliquot dierũ moras impendit, Hartmannus eius filius eximiæ indolis adoleſcens ad ipſum profecturus, dum in inferiori Turgouia propè Rhenaugiam Rhenum traijcit, naue merſa cum tredecim ingenuis adoleſcentibus perijt. Decimum octauam vitæ annum vix ingreſſus erat, pater Alſatiæ præficere deſtinauerat, eratq; ei deſponſa Angliæ regis filia, corpus materno tumulo illatum. Anni ſequentis initio comitia Auguſtæ Vindelicorum habentur, ad quæ frequentes conuenerunt principes, & reliqui Imperij ordines. Ibi ex communi principum & ciuitatum conſenſu, orãtibus hoc vt ſieret prouinciarum legatis, Alberto Cæſaris filio Auſtria, Stiria, Carniola, & Vindorum Marcha Imperij beneficio conceſſę, Meinardo itẽ Carinthia, Taruiſium & vicina loca, vterq; fidem & obſequiũ Cæſari Imperioq; iureiurando promittit. Rudolphus etiam alter Cæſaris filius Sueuiæ dux, Alſatię Landgrauius, & Ergouię Comes declaratur. Hinc controuerſia Saliſburgenſis cum Bauariæ ducibus ſuper Müldorfio oppido dirempta, & inter Rudolphum Habſburgicum Epiſcopum Coſtantienſem Tigurinosq; & Vrienſes facta concordia. Eginonis etiam Furſtenbergici Comitis cum quibuſdam Sueuiæ ciuitatibus diſſidium ſublatum eſt. Peractis comitijs Cæſar bellũ mouit in Eberhardum Vvirtembergenſem prædictum. Is rebellionem cæptans ſemel atque iterum monitus ſaniora ſequi conſilia recuſabat. Cæſar itaque cũ exercitu in ipſius ditiones ingreſſus agros vaſtat, cumq; elicere eum ad pugnam non poſſet, Stutgardiam oppidum, vbi erat, obſidet. Moguntius verò Eberhardũ videns nec obſidionem diutiùs, nec imminentem belli molem ſuſtinere poſſe, ad Imperatorem in caſtra profectus pro illo intercedit, ſatis magnas ſeditionis pœnas dediſſe dicens, qui victum ſe fateatur, multoq; laudabilius eſſe, parcere illi, quam in non repugnantem ſæuire. quod verò pertinaciùs ſe gerere videatur, neque etiamnum veniam ſupplex petat, tribuẽdum hoc eſſe fortitudini animiq; magnitudini, veniamq; magis quam odium aut vindictã mereri.

*Hartmãnus Rudolphi filius ſubmergitur.*
*1282.*

*Comitia Auguſtæ.*

*Alberto. Auſtria.*
*Meinardo Carinthia cedit.*

*Rudolph' Cæſar Vvirtẽbergenſi bellum mouet.*

Ayuntamiento de Madrid

*Rud. Cæſar pacẽ cum Eberhardo Vvirtemb. facit*

mereri. His Mogũtini rationibus Cæſar Eberhardo pacat s bello erepta reſtituit fidei ſacramentũ dicere iuſſo, nec arma im oſterũ ſumere. Pacẽ etiã inter ipſum & Eſlingenſes conciliat. Non longo tẽpore pòſt, diſſidiũ Eberhardo cũ q̃buſdã Sueuiæ ciuitatibꝰ fuit, quibus opem ferebant Albertus ab Achelen, & Albertus comes à Teck. Eberardus igit᷑ ditiones eorũ inuadit, agros vaſtat, villas & prædia diripit, agreſtes homines aut cædit, aut captiuos abducit. Rudolphꝰ itaq;, quod ciuitates illę ad Imperij ditionẽ pertinerẽt, iterũ in eũ mouet, ſed procerũ quorundã interuentu fit pax, & ablata reſtituuntur. Rudolphꝰ verò ſuperioris Sueuię loca quędã, vti iniuriæ minùs oportuna eſſent, Eſlingam, Reutlingã, & Heilbrunam mœnibꝰ cingi, & ex pagis oppida fieri iubet. Circa hęc tẽpora Guilielmus Sangallenſis Abbas ex Montfortiis Comitibus anteà ob iuſtas multorũ de ipſo querelas, & à ſummo Pontifice ſacris prohibitus, & à Cæſare proſcriptus arma in ipſum ceperat, quem alibi occupatum ſuis conatibus ſegnius obuiam iturum ſperabat.

*Eſlinga Reutlinga & Hailbrunnum ex pagis ciuitates fiunt.*

Mittitur ad eum compeſcendum Albertus Auſtriæ princeps, quo oppidum Vvilã obſidente eò deducta res eſt, vti Abbas ad Cæſarem ſe iturũ, eiusq́; arbitrio ſtaturum promitteret. Rudolphꝰ poſteà prędones ex tota Germania propulſare aggreſſus, vti in Senatu Principum Francoforti prius, deinde Erfordię decretum fuerat, anni huius fine & alterius initio octoginta ipſorũ arces in poteſtatem redigit, pro merito quemq́;, nobili familia natos gladio, tenuioris fortunę homines laqueo ſtrãgulari iubet, eaq́; ſecuritas per Germaniam inde ſecuta eſt, vti mercatores magis tutas jam merces ſuas in publico eſſe faterentur, quam anteà in cauponũ hoſpitijs fuerát. Cùm Herboltſtainam arcem Comitũ ab Helfenſtain, (quam prædones occupauerant) obſideret, venit ad eum Guilielmus Abbas. Ibi adnitẽtibus Burggrauio Norimbergenſi, Ludouico Oetingenſi, & Henrico Clingenbergico res componi cœpta, vti Abbas prę̨fecto Cæſaris arcem Ibergam traderet, quod cùm in Toggenburgicorum fraudẽ fore putaret, negocio imperfecto diſceſſit. Cęſar demolitus prœdonũ latibula, ad inferiora Rheni loca, vt ablata quædã portoria, & alia Iura Imperio reſtituat, iter capeſſit. Erat eo tempore nefarius quidã impoſtor, qui cùm vulgaris quædam opinio eſſet Fridericũ ſecundum amiſſum, nõ mortuum eſſe, & aliquando reuerſurum; eum cui facie & membrorum iunctura ſimilis erat, ſe eſſe adſeuerando, multorum hominũ animos

*Vvilam Albertus obſidet.*

*1 2 8 3.*

*Rud. itinere r Germaniam. ta præſtat.*

*arx.*

*Fridericus impoſtor.*

ita

Ayuntamiento de Madrid

*Fridericus impoſtor.* ita den entauerat, vti ad ipſum paſſim concurrerent ante alios veterani uidam milites, & equites, qui ſub Friderico militauerant, quos mira quadam affabilitate accipiens, & quædam à Friderico Cęſare olim vel dicta vel facta, quę ad paucorum ſcientiam venerant, ordine edifferens breui effecit, vti is eſſe, quem ſe adſimulauerat, crederet. Multa etiã (ab hominibúſne, an ab atrogenio acceperit incertum) elargiebatur. Iamq; multi mortales, ſiue quòd ita crederent, ſiue etiamſi ſubeſſet fraus, nouandis rebus ſtuderẽt, quotidie ad eum confluebãt. Rudolphus igitur in eos profectus, qui aliena ſui iuris fecerant (à qua culpa nec ipſe Colonienſis Antiſtes immunis eſſe habebatur) cùm hæc rumore incerto adlata audiuiſſet, ridere primùm inſanos maleferiati hominis conatus, mox à Colonienſi, & alijs admonitus, conuentus iam ab illo haberi, rem minimè negligendam putans ad hominem opprimendum ire cœpit. Noueſij Pſeudofridericus ille, atque alijs in locis conuentus egerat, & Rudolphum facto decreto ad ſe venire, ſuarumq; ditionum ius ab ſe legitimo Imperatore accipere impudẽtiſſimus nebulo iuſſerat. Cęſare in Vbios ad ipſum profecto, alio itinere Vvetzflariam apud Cattos Melibocos euaſerat, quam cùm obſidere pararet Cęſar, oppidani aut fraudem odorati, aut ſuis rebus diffiſi captum ipſum ad Cæſarem adducunt. Fraudis & maleficarum artium ex propria cõfeſſione conuictus crematur. Hunc vulgò Holtſtuch & Tilekolup vocabãt. Reuerſo in Sueuiam Rudolpho Henricus Baſileenſis Epiſcopus, qui Geroltzeggio ſucceſſerat, vulgò Gürtelknopff dictus (erat enim Franciſcanus) conqueritur, Purentrutum arcem ante annos duodecim occupatam pręter ius & ęquum à Reginaldo Burgundo Montisbelgardi Comite retineri. Rudolphus itaque, qui huic Epiſcopo impensè fauebat, arcem eam obſidione cingit, Comitem ad eius deditionẽ & reſtitutionem compellit. Rudolphus inde Vvaldeccias arces quinque, ex quibus multa vicinis fiebant damna, deſtruit. Eodem anno in Bauaria obierat Catharina Cæſaris filia Ottoni Bauaro nupta abſque liberis. Albertus igitur Auſtriacus, cùm ea, quę Ottoni dotis nomine tradita erant, non redderentur, nihilq; pacati ab Henrico reſponderetur, collecto milite, & adiuncto ſibi Saliſburgenſi præſule in Bauariam mouit. Henricus contrà ſe armat, Cellam vſq; obuiam procedit, caſtra haud procul hoſte figit. Interim

*Vvetzflaria obſeſſa.*

*Pſeudofrideric⁹ co buritur.*

*[P]urentrutũ arx*

*Albertus cum Ottone Bauariæ duce bellũ gerit.*

Ayuntamiento de Madrid

terim Otto Auſtriæ fines alio exercitu inuadit, Scherding: m pręſidio & commeatu munit, Neoburgum obſidet. Vvicard is verò Patauienſis, & Otto ex Comitibus à Rotenegg Ratiſponenſis Epiſcopi, ſuum officiũ faciunt, paci ſtudent, inducias impetrant, rem integram ad Ludouicum Palatinum reijciunt. Fit tandem pax, & (vti habet Saliſburgenſe chronicon) Henricus centum argenti marcas in belli ſumptus numerat.

*Pax inter Albertũ & Ottonẽ Bauarum.*

Reuerſo in Auſtriam Alberto, moleſtiam exhibebãt Hungari nonnulli, qui eius regionis fines latrocinijs, & incurſionibus magis, quàm iuſto bello infeſtabant, Ottocari temporibus rapto viuere adſueti. Inter eos Ibanus Gunſenſis Comes principem facilè locum habebat. Albertus, miſſis ad Abbatem Admontium literis, limites contra eorum incurſus munire, præſidia oportunis locis diſponi iubet. Ille cum domeſticis ſuis & clientibus, belli æquè, ac ipſe erat, ignaris, egreſſus, Comitem prope Raccolſburgum præda onuſtum, non expectato limitaneorũ auxilio, temerè inſequutus, in prædiſpoſitas ad hoc inſidias Hungarorũ præcipitat. Raccolſburgenſes, dum illi ſuppetias veniũt, multos ſuorum amiſère; parum igitur abfuit, quin Abbati ob rem malè geſtam manus inferrent. Rudolphus interim ſub anni LXXXIV. initium cum Agnete 1284.
Ottonis Burgundię Comitis filia iuuencula admodum, & pręcellente forma matrimonium paciſcitur Romolſbergij, & ſequenti æſtate, in magna principum frequentia, nuptias celebrat Baſileæ. Nullos ex ea liberos ſuſtuliſſe legitur. Ideò à morte mariti in patriam redijt: Hanc cùm Fridericus Comes Leningius, antiſtes Spirenſis, aliquando honoris & officij cauſa è curru leuaret, raptus venuſtate mulieris, oſculo eam petit, quod indignè ferens, Regi conqueritur, qui ſtatim per nobilem quendam, præſuli indicare iuſſit: vt quæſito ad deoſculandum alio pacificali, hoc ſibi ſoli comparatum relinqueret. Leningius, Regis iram pertimeſcens, vltrò in exilium cõmigrauit, nec prius ad Epiſcopatum, quam mortuo Rege, redijt.

*Ibanus Comes Gunſenſis.*

*Rud. Cæſaris ſecundæ nuptiæ.*

Hoc anno Cæſar vicarium in Italiam legat Rudolphum Heneccium, Saliſburgenſis Epiſcopi (vti vocant) coadiutorẽ, Cancellarium ſuum. Is magna cum dexteritate rem agens, facilè ciuitatibus perſuadet, vti pacem amplexi ea lubentes facerent, quæ coacti facere deberent, & Cęſaris tranquilla omnia offerentis cle-

*Rudolp. Ho'eneccius Impe. Vicarius per Italiam.*



Ayuntamiento de Madrid

*Ciuitates Italiæ libertatẽ mercantur.*

menti m potiùs, quàm inuictam bello virtutem experirentur,rebellio is grauiſſimas daturi pœnas. His Rudolphi verbis fidem habentes pleræq; ciuitates,pecuniam pro libertate,Florentini ſex aûreum numûm millia, Lucenſes bis totidem,aliæ pro ſuis quæq; facultatibus offerunt,& Cęſari dicto ſe audientes fore promittũt. Cancellarius voti ſui compos,pecunia onuſt⁹ domum in Germaniam redit. Pontifex verò pleriſq; ciuitatibus, quas ferendis oneribus eſſe ſciret, pecuniam & ipſe imperat. Rudolpho Cæſari,quò minus ipſe in Italiam profect⁹ ſit, in cauſa fuiſſe credo, quod Germaniæ ſtatum videret ſua præſentia indigere, & maiores Italiæ motus Gibellinos inter & Guelphos eſſe, quàm qui exiguo tempore componi potuiſſent. Rogatus aliquando, cur in Italiam non iret,hunc protuliſſe apologũ dicitur: Rex animantium Leo,omnes olim feras ad ſtatam diem Regiæ ſuæ adeſſe iuſſit, obſequẽtes ſingulæ ex pręſcripto conueniunt. Vulpecula abeuntium veſtigia in puluere contemplata, omnes regiam ingreſſas,nullam autem rediiſſe videns, ait: hæc mè veſtigia terrent, ego hic ingredi nolo, ne quoq; ex earum ſim numero, quæ amplius non egrediuntur. Innuens prudentiſſimus Cæſar, ſibi ab aliorum periculo exemplũ ſumendũ,plurimos enim Imperatores maximis ſępè ſumptibus Italiam ingreſſos,paucos autem ſuo & patriæ commodo fæliciter reuerſos eſſe,quod ante illius tempora in nonnullis, & paulò pòſt in Henrico Septimo,non obſcurè comprobatum eſt. Eodem anno ex mortalium conſortio abijt Fridericus,Saliſburgenſis pręſul,in cuius locum ſuffectus eſt Rudolphus Hoheneccius,Cęſaris Rudolphi Cancellarius. Sequenti anno Romæ,Martino Quarto è viuis ſublato,ſucceſſit Honorius item Quartus. Is Pinziuallam Fliſcum Genuenſem,Imperij vicarium per Italiam abs ſe conſtitutum ad Cæſarem, vti ab ipſo confirmaretur, miſit. Rudolphus verò,etſi Pontificem hoc iuris vſurpare non ſatis æquo animo pateretur, ne tamen noui alicuius motus anſam præberet, Fliſcum confirmat quidem,ſed nullis Germanorum copijs auctum in Italiam,vnde venerat,redire iubet. Is vbi imperioſè ageret,ab Etrurię ciuitatibus, quas primas acceſſerat, propè ludibrio habitus, cùm exactam pecuniam non ſoluerẽt, neq; in exilium proſcripti quoquam abirent,in Germaniam redit,copias,quibus cogere nolẽtes poſſit,fruſtra poſtulat. Hoc anno Columbarienſes tumultuantes, à Rudol-

*Rud. cur in Italiam non iuerit.*

*Honori⁹ Quartus.*

*Pinziualla Fliſcus.*

Ayuntamiento de Madrid

*Columbarië ſes ob rebellionem multati.*

à Rudolpho obſeſſi,ad obſequium redeut,quatuor millibus marcarum argenti multati. Sub anni exitum Rudolphus Cæſar,Henricum Baſileenſem antiſtitem Romam legat. Is in mandatis habere dicebatur, vti Pontifici nunciaret; Rudolphum Exarchatu cedere. Id quidem feciſſe Rudolphum conſtat,tempori ſeruientem, neq; publicam tranquillitatem in diſcrimen adducere volentem, cùm ſatis vbique turbarum & diſſenſionum,toto Imperij ſui tempore, in Germania inuenerit. Ipſe verò Auguſtam,ad comitia in nouum annum indicta,proficiſcitur. Henrico Romana legatio opima attulit ſpolia. Contendebant inter ſe de Moguntino Archiepiſcopatu Petrus Richius Moguntinus,ac Baſileenſis Prępoſitus,& Gerardus Eppenſtainius Archipreſbyter Treuirenſis,diuerſis canonicorum ſtudiis ambo electi, jamq; ea lis triennium Romæ diſceptabatur. Iam inter duos contendentes tertio gaudium. Henricus à ſummo Pontifice electus & confirmatus, Petrum anteà in Baſileenſi Epiſcopatu ſuum competitorem præteritum eſſe memor,ne ſecundò repulſam ferret,vti in ſuum locum ſufficeretur,pro eo intercedens obtinuit. De Henrico hoc annotatum inuenio,non tantum eum ex monacho in Archiepiſcopum, ſed ex piſtoris filio in Septemuirum Imperij Electorem euaſiſſe.

*[illegible] telknopf ex monacho Archiepiſcopus.*

*1 2 8 6.*

In comitijs Auguſtanis Rudolphus Henrico Bauaro,& Rudolpho Saliſburgico,de Müldorfio inter ſe contendentibus,pacis leges dixit, & ſex viros dedit, qui in rem præſentem irent, & examinatis vtriuſque rationibus, litem dijudicarent. Fœdus eodem tempore inter Ludouicum Palatinum, Albertum Auſtriacum, & Meinardum Carinthium factum. Sunt qui eo conuentu & Boëmorum legatos adfuiſſe memorant, qui miſerabili regni ſtatu, & Reginæ & Zauiſij molitionibus expoſitis, à Cæſare precibus impetrauerint, vti Venceſlao decimum ſextum annum jam agenti, cum Gutha ipſius filia nuptias celebrare, & regni gubernacula aſſumere liceret. Auentinus,in hoc conuentu,Bauariæ duces Auſtriam, Stiriam, & Carinthiam,ſuis ereptas maioribus,repetiiſſe narrat, & tùm demùm ex Senatuſconſulto principũ eaſdem prouincias Alberto & Meinardo eſſe cõceſſas. Id cum omnes, qui eorum temporum res ſcripſêre,anno LXXXII. factum eſſe dicant,fortaſſis ob Bauariæ Principum interpellationem, quod anteà conceſſum fuerat,tunc denuò confirmatum eſt,id quod in medio re-

*[illegible] quãtumu[illegible] [illegible] gubernacula permittũtur.*

 linqui-

Ayuntamiento de Madrid

*Venceſlai regis nuptiæ.*

linquimus. Hoc ferè tempore Venceſlaus, Boëmiæ rex, ſuas Pragæ nuptias luxu pluſquam regio celebrauit. Aderant præter alios Principes & Epiſcopos quam plurimos, Cæſaris ambo filij, Albertus & Rudolphus, centum hominum millia epulo quotidiano accepta fuiſſe refert Boëmicarum rerum ſcriptor Ioan. Dubrauius,

*Gutha Rupolph. Cæſ. filia.*

Fertur Gutha tam commodis fuiſſe moribus, vti viro paternæ cædis & veterum offenſarum memoriam omnem facilè ex animo aboleuerit. Commendatur & Venceſlai inſignis in Deum pietas, ob quam à multis inter ſanctos numeratus eſt. His, ante annum exactum, maſculam prolem largitus eſt Deus, quo nuncio exhilaratus Cæſar, Egram profectus, ſacræ luſtrationi pręſens adfuit. Infanti paternum nomen Venceſlao datum. Rudolphus tum genero Egram oppidum, & arces aliquot vicinas in dotem filiæ conceſſit. eiq; & regibus Boëmiæ Electoratus dignitatem cum pocillandi officio confirmauit.

*Rex Boëmiæ Elector Imperij pincerna.*

*1 2 8 7.*

Diximus antè nonnihil de Guilielmo Montfortio Abbate Sangallenſi, is cum nihil de pertinacia ſua remitteret, Cæſar in Turgouiam (pagum Tauriacum vocat Beatus Rhenanus) proficiſcitur anno octogeſimo ſeptimo, & profligato illo, Abbatē Campidonenſem, ex Gundelfingenſibus ortum, Sangallenſibus præficit, Fridericus illius frater Curienſis Epiſcopus arma in Comites Vverdembergenſes, qui Cæſari in fratrem militauerant, ſumit, eorumq; agros circa Vverdembergam, & Veldkirchiam fœdè populatur.

*Fridericus Curienſis Epiſcop⁹.*

Comites, Schellenbergicis in belli ſocietatem vocatis, Epiſcopū propè Valdutium aſſequuntur, acriùs, quàm pro numero pugnantium, committitur prælium, victoria penes Comites fuit, Epiſcopus cum Griſſenbergico capti in turri arcis Vverdembergæ includuntur, Eberhardus Aſpermontius ex vulnere in pugna accepto obijt.

*Eberhardus Aſperomont.*

Epiſcopus captiuitatis moleſtiā non ferens, ex mappis & lineis integumentis contorto fune, ſe ex turri demittens, rupto eo perijt, Griſſenbergicus in tertium vſque annum captiuus aſſeruatus eſt. Guilielmus nemini ſatis fidēs, nec vſquam tutum ſe putās, Curiam primùm, deinde in arcem Aſpermontium fugit, vbi vſque ad Cæſaris obitum delituit, meliùs ſibi conſulens, quàm frater fecerat, nam pòſt Cæſaris deceſſum à Sangallenſibus in priſtinum locum receptus eſt. Æſtate eius anni Rudolphus Bernam bis tentaſſe legitur, ſed ciuibus acriter ſe defendentibus, & pro aris ac focis (quod dici ſolet) pugnantibus, re in-

*Rudol. Bernam tentat.*

fecta

Ayuntamiento de Madrid

fecta abijſſe. Eodem ferè tempore legatus Pontificius in Germa-
niam venit Ioannes Epiſcopus Tuſculanus. Is à Cæſare petit, vti
cum exercitu in Italiam veniat, loca quædam, quæ à Gallis & Hi- *Pontificis poſtu-*
ſpanis tenebantur, & Germanico & Pontificio Imperio vindicet. *lata ab Eccleſia-*
Ab Epiſcopis idem, Abbatibus, alijsq; Eccleſiaſticæ dignitatis & *ſticis.*
monaſtici ordinis viris, quadrantem omnium redditutum in bel-
lum Turcicum, & neceſſarios Eccleſię vſus poſcit. Indicitur eccle-
ſiaſticis conuentus Herbipolim, vbi Cæſar ipſe erat. Opponunt
ſe legati petitioni omnes, verba faciente Probo, ex D. Franciſci fa-
milia, Tullenſi Epiſcopo, maximo ſuo incõmodo: Pontifex enim
ea re offenſus, ipſum Epiſcopatu exutum, rurſus in cucullam &
monaſterium ſuum, vndè venerat, retruſit. Tuſculanus vix eua- *Probus Tullen-*
dit, iuſſu Cæſaris ab equitum magiſtro in hoſpitium deducitur, *ſis Epiſcopus.*
reliqui, quà cuiq; proximum iter erat, domum abeunt. Atque hæc
ferè eo anno acta ſunt. Sequenti, bellum Rudolphi Cęſaris aucto-
ritate quinquenniò antè ſopitum, inter Petrum Baſileenſem Epi-
ſcopum, & Reginaldum Burgundum reſuſcitatur, vruntur pagi,
fiuntq; leues aliquot velitationes; Epiſcopus collęctis vndiq; co- *1 2 8 8.*
pijs cum Eggone Friburgenſi in hoſtem mouet, occurrit illi Bur- *Bellũ inter Ba-*
gundus cum exercitu non tam numeroſo, quam expedito, & bel- *ſileenſes & Re-*
lis adſueto: Imminente prœlio Eggo cum ſuis diſcedit, Baſileen- *ginaldum Bur-*
ſes ſtrenuè pugnantes, numero potiùs quam virtute victi, fugam *gundum.*
ineunt, quarta ferè militum parte aut cæſa, aut ab hoſte capta. Pe-
trus, quod res ſuas aduerſo prœlio attritas videret, neque captiui
abſque magna pecunia redimi poſſent, ad Rudolphum ſupplex
accurrit, auxiliũ implorat. Cæſar benè ſperare iubet, rem ſibi curæ
fore, & quamprimùm fieri poſſit, cum exrcitu ſe adfuturum pol-
licetur. Erant Rudolpho, præter Epiſcopi querelas, & aliæ huiu' *Origo belli Bur-*
expeditionis cauſæ, quòd Reginaldus eiusq; frater Otto Burgun *gundici.*
diæ comes, Gallorũ Regno, quàm Germanico Imperio addictio-
res, ſuarum ditionum iura illius potiùs, quam huius beneficio ac-
cepta ferre viderentur. Itaque in hoc bellum ſe parat. Interim nec
in Auſtria res Alberto quietæ fuère. Rudolphus Saliſburgenſis eo
anno Epiſcoporum aliquot vicinorum cœtu conuocato decre-
tum fecerat, ne quis Eccleſiaſticus profano aliquo munere fun- *Epiſcopus Saliſ-*
geretur. Notabantur hoc decreto, Seccouienſis Epiſcopus, & Ad- *burgenſis belli*
montij cœnobij Abbas Stiriæ pręfectus. Hanc rem Albertus ęgrè *cauſam præbe.*



Ayuntamiento de Madrid

admo[illegible]m tulit, Rudolphum, tot ac tantis à parente Cæſare acceptis [illegible]eneficijs, aliquid in ſuam ſuorumq; fraudem moliri. Cœpit igitur, inſtigante potiſſimùm Admontio, nonnulla Epiſcopi

*Bellum Alberti cũ Salisburgico.*

prædia, quę multa is & opima in ipſius ditionibus habebat, ſui iuris facere. Præſul contra, milite raptim collecto, Engiſburgum, & caſtella aliquot vicina ſolo æquat, totamq; circa vallem populabundus percurrit. Ad huius rei nũcium Albertus, vti hoſti propior occurreret, in Stiriam profectus, vires contrahit. Rudolphus maiori iam apparatu rem eſſe gerendam videns, Ottonem Vviſeneccium, & Rudolphum Vanſdorfium cum ſuis vtrunque clientibus ad ſe vocat. Albertus cùm rectà in hoſtem ire ſtatuiſſet, à ſu[illegible] admonitus, Vanſdorfiũ, & alia oppida præſidijs denudata capi ſine magno negocio poſſe, eam rem præuertendam ratus, Merẽbergerum fidum imprimis virum, Iudenburgum feſtinatò ire, & cum eius oppidi hominibus Vanſdorfium obſidere imperat;

*Albertus Friſacum [illegible]*

ipſe Friſacum celebrem ijs locis ciuitatem, nec opinato aduentu [illegible]x itinere captam, quatuor locis incendit, inde Vanſdorfium properat. Qui in arce erant, nuncium de mittendo præſidio ad Rudolphum miſerant, interim ſtrenuè ſe defendebant; reuerſus ab Epiſcopo nuncius, vti ſi arcem defendere non poſſent, ſaluti ſuæ conſulerent, retulit. Itaque arx deditione in poteſtatem Alberti

*1289.*
*Rud. Cæſaris expe[illegible]io in Burgu[illegible]iam.*

venit, iſq; Viennam redit, inſtabat enim quadrageſimalis jejunij tempus, & hoſti jam talionem eſſe redditam putabat; Æſtate prima Cæſar, rebus alijs conſtitutis, expeditioni Burgundicæ neceſſaria comparat, & collectis vndiq; copijs in Montiſbelgardi ditionem mouet. Fuiſſe in eius exercitu præter ingentem peditum numerum, ſex equitum millia, inter quos duo millia trecenti tecta [illegible]rmatura erant, proditum eſt memoriæ. Circa Idus Iulij Mon[illegible]mbelgardum primo aduentu, totamq; circa regionem in pote[illegible]atem redigit. Prope Moretum tamen non extra periculum fuit,

*Monsbel[illegible] è [illegible]aul[illegible] [illegible]re [illegible]apitur*

paulò enim audacius, vt ſolebat, in hoſtem progreſſus, ab equo haſta perfoſſo, deijcitur, durum aliquandiu pręliũ pedes ſuſtinuit, vt autem hoſtium multitudine ſe obrutum vidit, egregium incredibilis ſui roboris & magnanimitatis ſpecimẽ dedit, armatus enim in lacum vicinum intrepidus proſiluit, & arrepto palo, tandiù ſeſe retinuit, donec ab Hermanno Vvaldeccio adiutus, Friburgum Nuithonum deducitur. Inde in Burgundiam ducẽs, caſtra ad Ve-

ſontionem

Ayuntamiento de Madrid

ſontionem metatur, agros vaſtat, vineas arboreſq; corrum it. Accurrit Rupertus, Burgundiæ dux, cum Theobaldo Ferren-ano, & caſtra prope Dubim amnem ponit. Cęſar verò montem vicinum, vnde in caſtra & ſubjectam vallem proſpectus latè patebat, occupauerat. In caſtra ad eum veniſſe dicuntur, Philippi Pulchri Gallorum regis legati, qui, niſi abiret, regem cum exercitu venturũ minarentur. Quibus Rudolphus; veniat, inquit, rex, nos hic aduentum eius præſtolabimur, atq; ita excipiemus, vti nõ ſaltitandi, aut reſtis ducendę cauſa nos hic deſidere videat, neque tam facilè eſſe, arma in manu habentibus leges dicere. Admonitus deinde commeatum paucorum dierum ſupereſſe, & ſi diutius illic maneat, famem militi timendã, non minus animosè, quam facetè reſpondit, victores ſe hoſtium cõmeatu potituros, victus vtiq; hoſtes cibum præbituros. Sunt qui, vrgente victus difficultate, Cæſarem, vti ſuis exemplo eſſet, eruta ex vicino agro rapa, cõmediſſe ferãt. Cùm verò milites iam apertè tumultuari videret, poſtridiè manè ſe eos caſtris educturum, & ſignum pugnę editurum dixit. Antequam verò dies pugnæ dictus illuceret, Heluetij mille quingenti, de nocte Ferretani caſtra aggreſſi, multos trucidãt, & cum præda reuertuntur. Ea res magnam omnibus trepidationem incuſſit, jamq; à Gallorum rege non expectanda eſſe auxilia nunciatum erat. Nõnullis viſum fuit muniri locũ, quà ex monte Heluetij irruebant, & Cęſarianis in caſtra deſcenſus patebat. Ibi miles quidã: ſi rectè, inquit, Rudolphi animum priori ſub eo militia perſpectum habeo, vel quadrupedes imitatus priùs ad nos irrepſerit, quam ex loco abire immunes permiſſurus eſt. Itaq; ex cõmuni conſilio de pace internuncius, ad Cęſarem mittitur, Comes Chalonius. Rudolphus nullas ſe pacis vel conditiones accepturum, vel leges dicturum, niſi redditis abſq; pretio Baſileenſibus captiuis, adfirmat. Eſt qui aſſerat ` tribus quod vellẽt eligẽdi poteſtate facta, vti vel exercitu dimiſſo abirent, vel prælio decernerent, vel imperata facerent; tertium amplexos ſanctè iuraſſe, breui ſe Baſileę Cęſari ſatisfacturos. Idq; paulo pòſt factum eſt, ſuaſq; ditiones quiſque reſignatas, nouo iterum Cęſaris beneficio, accepêre. Reginald⁹ verò multę nomine octies mille argẽti marchas exoluit. Atq; hoc eſt, quòd Burgundiam à Rudolpho ad Imperij obediẽtiam reductam, ſcriptores quidam tradunt, etſi annorum ratio non eadem apud omnes.

*Cæſar veſontionem obſidet.*

*Cęſar erutis rapis famẽ ſedat.*

*Burgundi pa[c]... [R]udolpho ſupplices petunt.*

*Burgũdia ad obedientiã Imperij redit.*



Ayuntamiento de Madrid

*Bernenſiũ clades.*

*Ludo. Hombergenſis.*

*Arbitri inter Albertum Auſtriacum & Saliſburgenſem.*

*Rudolphus Cæſaris filius moritur.*

Hoc anno Albertum Auſtriacũ lego cum valido equitatu in Bernenſium agrum veniſſe,quoſdam in inſidiis collocaſſe,ipſum cum paucis adequitantem ciues elicuiſſe, ad inſidiarum locum profectos magna clade affeciſſe. Ex Alberti copijs Ludouicum Hombergenſem Comitem,cum equite Hetlingio,& alijs aliquot cęſos. Cùm in Auſtriam redijſſet Albertus, de pace inter ipſum & Saliſburgenſem agi cœptum. Vvelſij primùm acta res eſt, vbi cum nihil coueniret, iterum Lincij dies conuentui dicitur. Aderant Bauariæ duo principes, Arnoldus Pabenbergenſis, Enicho Friſingẽſis, & Henricus Ratiſponenſis Epiſcopi, Vdalricus Emburgicus, & Fridericus Ortenburgicus Comites, Cumq; hi omnes arbitri de cõtrouerſis diſceptarent,inter reliquas conditiones hanc quoque ferre decreuerant,vti Albertus Epiſcopo in rebus Eccleſiaſticis nihil præſcriberet,nec vllas eius actiones impediret. Eam rem odoratus Admontius,ad Albertum trepidus accurrit, & ne hanc conditionẽ admittat multis argumentis perſuadet. Albertus igitur,re infecta,Viennam abit. Sunt qui Rudolphum ex inſtinctu Eliſabethæ vxoris Alberti (quæ omnibus modis pacem vrgebat) Viennam poſteà veniſſe dicant, vbi cum Albertus ex Admontij conſilio plura ſibi permitti poſtularet,quàm illi commodum videbatur,nihil effici potuiſſe. Rudolphus domum profectus,paulò pòſt diem obijt,& Cunrado ſucceſſori bellũ reliquit. Eodem ferè tempore Rudolphus,alter Cęſaris filius,in Boëmiam cum Agnete vxore profectus,Pragæ ex hac vita emigrauit. vxor grauida Ioannẽ poſthumũ peperit, quẽ Albertus patruus in ſui perniciẽ educauit.

*Zauiſſius Venceſlaum regem coniurat. 1290.*

*Zauiſſius decollatur.*

Zauiſſius interim,de quo anteà diximus,cùm à Venceſlao rege matris precibus exorato, nõ in gratiam tantùm receptus,ſed in ſummũ dignitatis locum euectus eſſet,poſt illius obitum, ducta vxore,Ladiſlai Hungarię regis ſorore,ex monialium contubernio rapta,coniurationem cum quibuſdam contra regem fecerat,quę anno eius ſeculi nonageſimo detecta eſt. Statuerat nefarius homo,rege ſublato,viam ſibi ad inuadendum regnum ſcelere parare. Venceſlaus,Zauiſſio in carcerem cõiecto,dotales reginæ arces, quas ille tenebat,recipere volens,cum earum pręfectos nemini ſe ipſas niſi pręſente & iubente Zauiſſio tradere iuratos eſſe audiiſſet, circumduci eum ſub cuſtodia ad ſingulas iuſſit. Ad Lubocam arcem vbi vẽtum, cùm tergiuerſaretur Zauiſſius, vnà cum Czencone ſuo



Ayuntamiento de Madrid

ne ſuo quodam affini capite plexus eſt. Intereà magni animorum motus inter Auſtriæ, Stiriæ, & vicinarum regionum proceres exoriebantur, haud dubiè, niſi obuiam iretur, in apertum erupturi bellum. Rudolphus Cæſar, quo primùm tempore filium in eas prouincias miſit, ſpectatæ fidei & probitatis viros illi quoſdã adiunxerat, Eberhardum, Henricum, & Vdalricum fratres à Vvaldſee, Hermannũ Landembergicum, & alios nonnullos; inter quos Eberhardum & Landembergicum præcipuos conſiliorum moderatores eſſe iuſſerat. Hos Auſtriaci aliquot apud Principem primo in loco haberi indignabantur, quòd viderent ſuis per eoſdem conatibus obſiſti, quo minùs ipſius iuuentute ad ſuas libidines abuti, & ſicut priore rerum ſtatu plerię; aſſueuerant, impunè quicquid libitum eſſet facere poſſent. Cùm igitur principem apertè culpare necdum auderent, præcipuos eius conſiliarios, quos dixi, calumniari, & in odium apud quoſuis adducere conabantur. Aduenas eos patriæ deſertores, quibus quòd in Sueuia, quo honeſtè viuerent, non fuiſſet, in Auſtriam rerum copia affluentem veniſſe, vti aliorum fructus interciperent. Exteros paſſim ditiſſimis matrimoniorum conditionibus honeſtari, ſe contemni, & in ferendis de communi re ſuffragiis præteriri. Eorum valere voces, qui in ea prouincia pedem in ſuo vti ponant non haberent. Hæc & alia multa in eos jacientes, palàm etiam à Principe petebãt, vti Sueuos à rerum gerendarum conſilijs remoueret; eſſe inter Auſtriacos, qui munia ipſis commiſſa meliùs exequi ſcirent, quibusq; rerum domeſticarum ſtatus magis eſſet cognitus. Hæc eorum petitio auribus non ſatis ſecundis à principe audiebatur. In Stiria multorum etiam animi ad hunc modum affecti erant, quò cùm Albertus ſe contuliſſet, proceres ad eum admiſſi orant, vti Stiros in veteri rerum ſtatu viuere, commodisq; omnibus & priuilegijs frui permittat. Hactenus ea de re interpellare ipſum noluiſſe maiori rerum mole occupatum. Paratos ſe ipſi & dicto audientes fore, hoc ſi fecerit; ſin minùs, vereri, ne poſthac Stiros ad pręſtanda obſequia minùs animatos experiatur. Hac eorum petitione ad conſilium relata, Eberhardus pręter meritũ illis ſuſpectus auctor fuit, leniter tractãdos eſſe Stiros, & in officio retinendos, quorum fida in pręlio contra Ottocarum opera comparuerat. Albertus verò ex Admontij conſilio Stirijs reſpondet, eo ſe loco ipſos eſſe habiturum,

*Viri quos Cæſar Alberto filio adiunxit.*

*Auſtriacorum de exteris querela.*

*Stirorum poſtulata.*

*Alberti ad Stiros reſponſum.*

Ayuntamiento de Madrid

rum,q o ſub Ottocaro fuiſſent, quoq́; eos parens Cæſar accepiſſet. Ac hanc Principis vocem Fridericum Stubenbergicum intuliſſe ferunt, etiam atq; etiam rem tanti momenti eſſe perpendendam, & Ottocarum, niſi Imperio abuſus fuiſſet, etiamnū ea prouincia potiri potuiſſe. Ita tum ſolutum eſt cōſilium. Interim Rudolphus Cæſar, menſe Nouembri, Norimbergam proficiſcitur. Obierat eo anno Henricus Bauariæ Dux. Itaque dum Otto filius eius, ditionum ſuarum iura à ſocero accipit, & Principes equeſtri ludo ſeſe oblectant, Ludouicus Palatini filius, cum Craftone Comite ab Hohenloë concurrens, haſta guttur tactus decimo pòſt die moritur.

*Lud. Palatinus ludo haſtili cæſus.*

*1291.*

Anno ſupra milleducentos nonageſimo primo, Rudolphus Cęſar in Thuringiā proficiſcitur, vti eam vicinasq́; regiones pacatas redderet, & principes conuocat Erfordiam. Interim in Auſtria conſpiratur in Albertum. Seditioſorū principes in Trebeniæ oppidulo, è regione Tulnę, cōueniunt, Lütoldus Kunringius pincerna Auſtriæ hæreditarius, Cunradus Sumerauius, Nicolaus Liechtenſtainius, & quidam à Falckenſtain Auſtriaci, ex Stiris Fridericus, & Vvolfingus Stubenbergici, ex Carnis Guilielmus Scharffenbergicus, Otto Vveiſeneccius, & Vdalricus Hainburgicus. Coniurationis caput erat, vti, ejecto cum Sueuis Alberto, rex Boëmiæ rebus imponeretur, quem adeundi negocium in ſe recepit Kunringius, & opibus & clientelis potens, qui jam aliquantam Auſtriæ partem animo inuaſerat. Solus verò timebatur Rudolphus Cæſar, non potentia tantùm & auctoritate, ſed prudentia, multoq́; rerum vſu pollens. Idq́; eos maximè mouit, vti plures adhibendos, & maiora comparanda eſſe præſidia putârint. Itaque præter Boëmum ſtatuunt Hungariæ regem, Ottonem Bauarum, & Saliſburgenſem antiſtitem (qui fœdus cum eo fecerat, vetereſque in Albertum inimicitias fouebat) ſibi adiungere. His igitur pro operis nondum præſtitis, præda nec illa adhuc capta, promittitur: Epiſcopo Auſtria ſuperior, Boëmo inferior, Bauaro Stiria, Vindorum Marcha Hungaro, qui tamen auxilia non miſit, quòd fœdus cum Alberto haberet, quamuis Günſenſes Comites arma contra ipſum ferre non prohibuerit. Eodem tempore Stiri, coacto Gręciæ cœtu, Vdalricum Pfannenbergicum, Fridericum Stubenbergicum, & Hardnidum Vvildanium ad Cunradum Epiſcopum

*Auſtriæ & Stiriæ procerū conſpiratio contra Albertum.*

*Præda nondum parta diſtribuitur.*

*Stirorum ad Albertum legati.*

pum legant. Libonitij conferuntur cum ipſo conſilia. Cu radus, ea de re acceptis eorum ſyngraphis, ad Ottonem Bauariæ ucem ire feſtinat, fidem illi ſuam aſtringit, vtq; expeditioni ſe paret hortatur. Otto eius rei literas & ipſe à Stiris ſignatas poſtulat, quibus promittant, omnes illi arces, & oppida venienti aperta fore. Id citra omnem moram factum. Interim Auſtriaci tectam adhuc conſpirationem rati, ex ſuis quoſdam ad principem mittunt. ij erant Kunringius, Hadamarus Sumereccius, & Cunradus Sumerauius. Intromiſſi, communi prouincię nominę petunt vetera iura & priuilegia ſeruari, quod ſi nõ impetretur, tum ſe alioſq; proceres alia conſilia ſecuturos, & quod ſui officij ſit patriæ rebus conſulturos. Albertus ad hæc reſpondet; facturũ ſe in illorum gratiã, quicquid cõmodè fieri poſſet, nolle tamen minis eorum aliquid de ſuo iure concedere, itaque exponerent, qua in re ſibi commodari, & quæ tandem iura ſeruari velint, ſi æqua poſtularent, haud grauatè ea obtineri poſſe; ſin minùs, re ad conſilium relata, quicquid decretum fuerit pro reſponſo datum iri. Legati ad ſuos reuerſi, paulò pòſt capita deſcripta ſecum adferunt. Inter ea hæc erant præcipua: Ne Princeps vllam pecuniam ad Sueuos mittat, exteros neq; in conſilio habeat, neque munijs publicis præficiat. Sciebat Albertus Sueuos ſibi magnæ inuidiæ eſſe, nolebat tamen turbulentis eorum vocibus aurem præbere, ne & alia impoſterùm ſimili cum peruicacia poſtulandi licentiæ frœna laxaret exemplo non bono. Itaque vti animos eorum exploraret, ſolos Sueuorum Hermannum Landenbergicum, Eberhardum Vvaldſeium, & Henricum eius fratrem, relinqui ſibi poſtulat nullo modo amittendos, quòd honeſtis Auſtriacorum affinitatibus impliciti eſſent. Illi vel centum alios pro iſtis conceſſuros reſpondent. Ad hæc commotus Princeps numquam ſe minis ipſorum eſſe daturum dicit, vti vel abjectiſſimum lixam aut equiſonem dimittat, penes ſe ius ſtatuendi eſſe. Hoc illi reſponſum ad ſuos retulère.

*Cauſa rebellionis Aſtriacorum & Stirorũ contra Albertum.*

*Auſtriaci Sueuis inuiſi.*

Intereà temporis & Viennæ gliſcebat ſeditio, nam & ipſi ſuos homines ad priores procerum cœtus miſerãt, & internuncij quotidie ad eos commeabant, ne Principi conciliari ſe paterentur, in tempore à proceribus auxilia adfore. His promiſſis incitatum vulgus, ferociùs jam in Principis aulicos agere, palàm in ipſum, in Sueuos conuicia, probra jacere, audiebantur paſſim ſeditioſæ voces

*V[illegible] ſeditio.*

voces neque ſutores deerant, qui ligneis ſolearum formis palatij foſſas .e expleturos & reliquæ terræ æquaturos jactitarent. Monebatur Albertus à ſuis, vti ad compeſcendos populi animos aliquid cõcederet & ad tempus conniueret. Ille conſtans animi nullis ſe minis moueri dicebat, ſcire, ſi vel tantillum ipſis largiretur, multò deinde ad tumultuãdum audentiores fore, & in annos ſingulos aut hoc, aut illud petendo ſeditionem moturos. Miſſis tandem ad ipſos nuncijs, quid ſibi velint hac inſolentia, quærit? illi ſublato clamore nunciari jubent: ſe, niſi ſuis legibus viuere, & priuilegijs frui permittantur, rebus ſuis conſulturos, nec ipſi obſecuturos. Albertus itaque, antequam promiſſa aduenirent auxilia, maturandum ratus cum vxore, liberis, & aulico famulatu, relicta vrbe, in Cęcium montem (vulgo Calenberg) ſe confert, eumq́; firmo præſidio munit. Omnes deinde vrbis aditus tam artè inſideri curat, vti nihil commeatus in eam inferri poſſet, neque Viennenſibus longiùs ab vrbe diſcedere tutum eſſet. Literas interim ad Cæſarem, reliquosq́; cognatos, & affines de præſenti rerum ſtatu mittit. Iamq́; tardè admodum progredientibus coniurationis rebus, cùm promiſſa à proceribus auxilia non mitterentur, in vrbe populoſa fame laborari cœptum, & operæ paſſim ac mechanici diuitum domos circumſiſtebant, neceſſaria vitæ præberi poſcentes, quod niſi fieret, vinctos ſe ipſos ad Principem deducturos minabantur. Magiſtratus, & qui lautioris fortunæ erant, inter quos ea tempeſtate eminebat Praitfelderus, conſolantur plebem, auxilia propediem adfutura, expectarent paucos tantùm dies. Sed ingraueſcente indies inedia, cùm ventrem, qui aures nõ habet, verbis placare difficilè admodum eſſet, ad arma concurritur, jamq́; res ad conflictum ſpectabat. Interuentu Eccleſiaſticorum quorundam ſopiuntur turbę, & magiſtratus promittit ſe, niſi intra ſex dies, aut promiſſa adeſſent auxilia, aut ãnona laxaret, cum principe tranſacturũ. Ciues deinde conſiderantes, quanta in diſcrimine res verſaretur, cùm neque proceres aliquid aut conſilij aut opis adferrent, ſed occultam adhuc coniurationẽ rati, nihil apertè agerent; Abbatem Scotorum extrema neceſſitate adacti, exorant, Principem adeat, pacemq́; & veniam admiſſorũ efflagitet, quam, etſi grauiter peccaſſent, Eliſabethę tamen pientiſſimę dominę interceſſione impetrari poſſe non diffiderent. Abbas eorũ precibus & præ-

*Magnanimitas Alberti.*

*Albertus Calẽbergã occupat.*

*[Pr]aitfelderus.*

*Viennẽſes fiunt Alberto ſupplices.*

Ayuntamiento de Madrid

& præſenti vrbis periculo motus,ad Albertum venit , & Eliſabetham Principem ſibi deprecatricẽ adiungens,proniorem ad ignoſcendum Alberti animum facit. Secuti eum Viennenſes,capita & pedes nudi, ac in genua prolapſi vecordiæ ſuæ meritas deprecantur pœnas, veniam flebili voce orant, obſequia fida impoſterum, & gratitudinem animorum clementiſſimo Principi ac domino ſuo pollicentur. Albertus & vxoris, Abbatiſq;,ac ciuium precibus, & ſupplicum miſerabili aſpectu motus, veniam ea conditione largitur, vti omnia priuilegia quæ habebant, ipſi tradant. Id cùm factum eſſet, conuocatis aulæ primatibus, legi omnia iubet, quæq́; vel ſibi vel poſteris fraudi putabat fore, diſcerpit. Dum hęc Viennę fiunt, interim Ibanus Gunſenſis Auſtriæ fines, quæ Hungariam coniungunt, ferro & igne vaſtat, pecora abigit, prædas agit, & ad mœnia Nouę ciuitatis vſque excurrit. Eius impetum excepit interim Berchtoldus Dapifer ab Emerberg, donec à Meinardo Carinthiæ Duce auxiliares aduenirent copiæ, quas ex Tirolenſi agro & Carnis conſcriptas, adduxit Hugo Comes à Taufers, qui Berchtoldo ſe cõiunxit. Hæc eo anno vſque ad æſtatis initiũ acta ſunt. Interim Rudolphus Cæſar, compoſitis Thuringiæ & vicinarum regionum rebus, ſenem ſe eſſe videns, de Alberto filio ſucceſſore declarando, cum principibus agre cœpit, quam rem vti perficeret, ſoluto Erfordiæ conuentu, Francofurtum ire parans, in itinere febri implicatur. Ergo Spiram deportari ſe iubet, ad prædeceſſores ſuos Rom. Cęſares illic ſepultos ire ſe dicens. Antequam eò venit, in oppido Germersheim ex hac vita demigrauit, Anno milleſimo ducentiſimo nonageſimo primo ad XIIX. Cal. Aug. cum vixiſſet annos LXXIII. menſes duos, dies XV. imperaſſet, annos XVIII. Fuit Rudolphus multis magniſq; virtutibꝰ inſignis Princeps, ſiue animi ſiue corporis dotes inſpicias. In rebus enim agendis tanta dexteritate, tantaq́; prudentia ac ſolertia vſus eſt, vt nemini ſecundus ſit habitus, in religione & cultu diuino propagando quanto fuerit zelo & feruore: vel ampliſſima monaſteria ab ipſo partim de nouo fundata, partim verò reſtaurata, & magnis prouentibus dotata, teſtimonio eſſe poſſunt. Quibus & hoc non contemnendæ pietatis exemplum addere, viſum eſt: Quod aliquando Sacerdoti, Sacroſanctam Euchariſtiam homini ęgroto deferentem, obuiam facto equum cui inſidebat, donauit, indignum ratus hunc pedes

*Viennenſes Alberto principi ſupplices.*

*Ibanus Gunſenſis Auſtriæ fines inuadit.*

*Hugo à Taufers.*

*Rud. Cæſar moritur.*

*1291.*

*Rudo[lphi] corporis [...] dotes.*

 ire, &

ire,& ſum equo vehi. In hoſte aggrediundo, aut alio periculo ſubei do, quàm fortem,ac circumſpectum,& planè imperterritum ſe ſemper præbuerit, vel tot victoriæ, ab hoſtibus ſuis con-

*Victoriæ Rudolphi.*

ſecutæ indicio ſunt. Conſtat enim ex quatuordecim eum conflictibus victoriam reportaſſe, ita vt reipublicæ non vtilis tantùm, ſed propè neceſſarius fuerit. Singula perſequi non eſt noſtri inſtituti, qui hiſtoriam non panegyricum ſcribimus..

Nunc verò relictis Habſburgicis illis Comitibus, qui ex Rudolpho huius noſtri patruo orti in Sueuiæ finibus manſère, ſolam Rudolphi Cæſaris ſobolem Albertum patri ſuperſtitem, illiusq́; poſteritatem recenſebimus, qui Auſtriæ vti imperium ita titulum

*Auſtriæ nomen ab Ooſt.*

vſurpauère. Auſtriæ nomen non ab Auſtro latina voce, ſed à Germanica Ooſt dicitur. Cùm enim Franci Romanorũ arma ex Gal-

*Orientalis limes.*

lijs ſubmouiſſent, orientalem regni limitem ita indigetârunt, quę paſſim à ſcriptoribus Auſtria, & Auſtraſia nuncupatur. Poſtquam

*Carol. Magnus.*

verò Francorum rex Carolus, cui à rebus geſtis Magno cognomẽ fuit, promoto latiùs Imperio, Hunnos ex ea Pannoniæ parte, quæ hodie Auſtria eſt, profligaſſet, orientalem ibi limitem conſtituit. Fuerat anteà quoque Boiarici imperij limes in ea Auſtriæ parte, quæ hodie ſuperior, & ad Aniſum dicitur. Vtraque regio Germa-

*Oſterreich.*

nis Oſterreich (quod orientale regnum ſonat) Latino flexu Auſtria vocatur. Ea limitaneos præfectos priús, quos Marchiones vocant, pòſt multis Imperatorum priuilegijs auctior Duces

*Auſtria Rom. Imperij cor & clypeus.*

& Archiduces habuit regio florentiſſima, pientiſſimorum Cæſarum & principum fœcunda parens, quę meritò Rom. Imperij jam olim cor & clypeus eſt apellata. Sed ad inſtitum redeo.

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ,

## LIBER SECVNDVS.

### ARGVMENTVM.

*HOC libro indicatur quomodo Albertus Gunſenſibus debellatis, Auſtriacorũ motus compeſcuerit: & Styriæ atq; Carinthiæ tumultus compoſuerit. Quodq; in Imperatorem electus fuiſſet, ſi Moguntini aſtus nõ obſtitiſſet. Renunciato igitur contra omnium opinionem Adolpho Naſſouio Rom. Rege: Albertus animum ad pacis ſtudia adijciens, veneno, graui vitæ diſcrimine, petitur. Interim principes ab Adolpho alieniores redditi, de diſturbando ipſo à rerum faſtigio & Alberto contrà imponendo, conſilia agunt, eam occaſionem haud negligendam ratus Albertus: Francofortum pergit, huic cum exercitu obuiã venit Adolphus, fit atrox pugna, qua Adolphus occiditur, & Albertus in ipſius locum ſubrogatur. Tandem & Eccleſiaſtici Electores in Albertum cõſpirant, ſed ijs deuictis; in Boëmiã ducit. Porrò de Hungariæ regis obitu, eiusq; regni periculis & ſucceſſione: Similiter de rebus in Boëmia ſub Henrico Tyrolenſi & Rudolpho Auſtriaco geſtis, nonnulla enarrantur. Sequitur deindè, quomodo Albertus à nepote ſuo Ioanne, eiusq; complicibus interfectus, & qualis ab ipſis, Leopoldo vindice, ſumpta ſit pæna. Alberto ſublato, Henricus Lücemburgicus fit Cæſar, quo defuncto, duo Imperatores Fridericus Auſtriacus & Ludouicus Bauarus, magno Germaniæ malo, ſimul eliguntur, tandem res prælio, in quo Bauarus victor euaſit, dirempta eſt.*

AESTATE EA, qua mortuus erat Rudolphus Cęſar, Albertus eius filius, exercitum in Comites Gunſenſes Hungaros, Auſtriæ accolas, eduxit. Cùm enim ſubditorũ in ſe coniurationem, de qua ſuperiore libro diximus, omniaq; rebellium conſilia explorata haberet, ſapienter ad ea diſſimulans, antequàm coniuratorum vires in vnum conuenirent, hos ſibi debellandos eſſe cenſuit. Commodè verò (Deo ita volente, & conſilia moderante) euenit, vti & eo tempore nec tumultuantibus Viennenſibus, nec Comitibus bello implicitis, opẽ ferre potuerint Auſtriaci, & erumpente mox ipſorum conſpiratione, Stiri ab auxilijs Bauariæ Ducis & Saliſburgenſis antiſtitis imparati, tardiùs ſe mouerint. Ita factum eſt, vti Albertus omnibus ſimul iunctis, impar fortaſſe futurus, ſingulis facilè ſuperior euaſerit. Hac igitur expeditione ſuſcepta, cum in Gunſenſium ditionem perueniſſet, Meterſ-

1291.



Ayuntamiento de Madrid

*Numerus Alberti militum.*

dorff m obſidione cingit. Erant in ipſius caſtris ad quindecim pugn orum millia. Has ſibi copias in hoc bellum ſufficere arbitrabatur, vti qui jam cauerat, ne Comitibus vlla abs ſuo rege auxilia mitterentur. Miſſi enim ad eum legati, vti fœderis memor; Gunſenſes ab armis & iniurijs abſtinere juberet, reſponſum tulerant; nec poſſe ipſum cuiquam pacem ab ijs præſtare, nec eorum

*Michaël & Simon Ibani*

conatus adiuturum, licere, vti qui iniurias accepiſſent, eas bello perſequantur. Arcem tenebant Michaël & Simon Ibani agnati, cum aliquanto præſidio, quibus opem laturus, ipſe cùm adueniſſet, ab Auſtriacis in fugam actus eſt. Illi igitur ſalutem pacti, arcẽ Alberto dediderunt. Deiectis aliquot turribus, præſidio arci im-

*Sanmargretum Eggendorffium.*

poſito, ad Sanmargretum, atque eo dedito, Eggendorffium itur. Ibi turrim quandam præaltam, & miſſilibus in caſtra eiaculandis percommodam, hoſtes habebant, quam vti igni minùs obnoxiã redderent (erat enim lignea) corio circumueſtiuerant. Iniectus in eã ignis, vi ſua, & coria & tabulata penetrauit. Turri amiſſa, vxores puerosq; & ſacrificulum emittunt, defenſionem parant. Cùm auxilia nulla aduenirẽt, rebus ſuis diffiſi, deditionem faciunt, vitę neciſq; poteſtatem victori permittunt. In proxima oppida, quod quiſq; iniuria affeçerat miſſi, dignam factis pœnam exoluêre, turris & propugnacula ſolo æquata. Cobolſdorffium deindè deditum, Berchtoldo Emerbergico committitur. Rechnitium item &

*Rechnitium & [S]initiũ arces.*

Sleinitium arces, deditionem fecêre, quorum hoc Henrico, illud Vdalrico Stubẽbergicis ceſſit. Altemburgo tandem ꝓpe Poſoniũ expugnato, & caſtellis aliquot circà deiectis, Albertus Gunſium oppidum, ditionis caput, omnib⁹ copijs admotis, oppugnat. Ibanus, vti hoſti commeatum adimeret, agros latè vaſtat. In pabula-

*Crudelitatis in victos exemplum.*

tores quoſdam incidens, quingentos occîdit, quos viuos capere potuit, ijs crura manusq; amputat, inuſitatæ crudelitatis exemplo pluſquam barbaro, Carni pleriq; erant locorũ ignari. Vndecimo obſidionis die, Albert⁹ oppidum corona oppugnat, ſcalis admotis, muros ſuperat, milites, & imbellis turba omnis, in arcem ſe recepêre. Auſtriaci pręter vacua rerum ſcrinia nihil inuenientes, incendio in ædes ſæuiunt. In arce ſuperanda maior difficultas erat. Paratur aries ferro præmunitus, cuius inſultum Hungari cratibus ligneis conduplicatis eludebant, qui funibus appenſi demittebãtur, donec Auſtriaci murum ſubeũtes, falcibus ad cõtos diligatis,

funes

Ayuntamiento de Madrid

funes incidêre. Exemplum illud oppugnandi in hunc modum & defendendi tunc vſitatum ætas noſtra riſerit. Ibanus hanc ſuorum neceſſitatem videns, ab armis imparatus, ad fraudem ſe conuertit. Pecunia quoſdam corrumpit, qui Principi ſuadêt, ſi diutiùs in hoſtico maneret, periculum ab Hungaris inſtare, dubium fuiſſe regis reſponſum, vel ipſum aliquid moturum, vel proceres id facere permiſſurum, vetera Hungarorum in Germanos odia, veteres offenſas nondum obliuioni traditas, cõſultò ex ijs locis abeundum eſſe. Idem & Hugo Comes à Taufers ſuadebat, qui paulo pòſt (vero an ſimulato morbo correptus incertum) lectica ſe Viennam deportari iuſſit. Albertus his ſuorum conſilijs nihil motus, tubicinem ad hoſtes mittit, qui omnibus arce excedere volentibus vitam & incolumitatem, manentibus vltima ſupplicia propoſita eſſe nunciat. Hac ſpe, vitæ & veniæ facta, turmatim omnes diſcedunt: fœminæ erant centum quinquaginta. Arx Emerbergico tradita eſt, & Albertus ad iuſta patri facienda Viennam redit. Eò cùm & Hugo veniſſet, neque ab Alberto, neque ab alijs in priſtino honore habitus, à Principe etiam abire (quòd opera eius nõ egeret) iuſſus, domum ad Atheſinos redijt, vbi paulò pòſt mortuus eſt.

*Hungari ab armis ad fraudem confugiunt.*

*Gunſiũ oppidũ cum arce expugnatum.*

Bello Hungarico (an Gunſenſi rectiùs) defunctus Princeps, ad Auſtriacorum procerum motus compeſcendos conuertit, jamq; Albertus Comes ab Hohenloë, Cunradus Liechtẽbergicus Epiſcopus Argentinenſis, & alij nõnulli cũ copijs aduenerant. Territi & ſua jam conſilia in vulgus emanaſſe videntes Auſtriaci, nuncios ad Boëmiæ regem mittunt, qui remiſſiùs agendo, vti rei euentum expectaret, ad Theyam ſubſtiterat primùm, mox mutato conſilio Pragam redierat. Viennenſes etiam ſollicitati, à quibus deſerti antea fuerant, auxilia denegantes tutiora ſibi in Principe, quam in ipſis præſidia eſſe reſponderunt. Mittuntur & nuncij ad Gunſenſes, & Stiros, ſed illi paulò antè debellati, nihil præſtare poterant, neque hi, nondum miſſis à Bauaro & Saliſburgenſi auxilijs, domo abire conſultum putabant. Albertus itaque, ſuperato Danubio, Kunringij ditiones inuadit. Is Pragam ad Venceſlaum fugit. Vix Pragam venerat, cùm nuncij adferuntur, jam arces aliquot captas & quæ reliquæ erant eandẽ expectare fortunam. Decem dies Pragæ commoratus, nec ad regem admiſſus, in Auſtriam reuertitur.

*Auſtriacorum motus bellũ Alberto cauſa.*

*Kunringij reb⁹ exuuntur.*

 Interim

Ayuntamiento de Madrid

*Kunringiorum arces expugnantur.*

Interim Alberto res belli ſecundę fuerunt, qui nullo ferè reſiſtente, intra paucos admodum dies plures quam quadraginta arces de Kunringijs, eorumq́; ſocijs perduellibus, aut vi expugnat, aut deditas in fidem accipit. Præcipuas earum enumerat Lazius: Thürnſtainam, Axenſtainam, Mollemburgum, Pechſtalium, Streitvviſenam, Vveiteneccium, Mayſauiam, Rheinvvaldam, Grünbergum, Ottenſlagum, & Velſbergam. Lutholdus nihil ſpei in coniuratorum opibus reliquũ (nam Sumerauij & Falckenſtainij, amiſſis & ipſi arcibus, ex Auſtria profugerant) ſeq́; omnibus propè fortunis exutũ nec bello tolerando eſſe videns, cum gentilibus ac omni clientela Alberto ſe dedit. Eius exemplum ſequuti & reliqui, omnes raro clementię exemplo, in fidem Principis & gratiam recepti.

*Lutholdus Kunringius Alberto ſe dedit.*

Rebus in Auſtria ad hunc modum ſe habentibus, Stiri, qui in autumnum vſque promiſſa expectauerant auxilia, mouere ſe inceperant. Primus eorũ Hardnidus Vvildonius ex arce, quam à morte Seccouienſis Epiſcopi inuaſerat, in vicinos agros excurrens prædas agebat, neque à Vvolfingo Hannouio (is Alberti nomine Gręciæ ciuitatis arcem tenebat) admonitus ab incepto deſiſtebat. Per eoſdem dies Fridericus Stubenbergicus, miſſo ex ſuis ad Principẽ, nunciare iuſſit; quandoquidem ipſe vetera Stiriæ iura rata habere nollet, fidem ſe ipſi & obſequium renunciare, Ottoni Bauaro imposterùm dicto audientem fore. Saliſburgicus item pręter veteres offenſas noua ſalis coctura ab Eliſabetha Principe in Petzendalio inuenta (quam ſuis vectigalibus detrimenti plurimum adlaturam putabat) exaſperato in Albertum animo, & Otto Bauariæ Princeps, qui & ipſe, negata ſibi ad inuadendum Hungariæ regnum auxilia, cauſam bello prætexebat, Burcardum Ellerbachium miſere, qui vtriuſq; nomine bellum ei indiceret. Hinc totis ſe viribus bello vel media hyeme gerendo accingunt. Otto, ſuperatis alpibus, in Stiriam ducit, Cunradus, Oeni vallem priùs depopulatus verſo itinere illum ſequitur, iunctis vtrinq; viribus, Ratemannum oppidum expugnant. Cluſam etiam, ab Admontio Abbate pręſidio benè munitam vi in poteſtatem redigũt, templum occupant, vbi reperta commeatuum, vini pręcipuè & caſei copia, milites reficiunt, quinq; ibi & triginta dies cõmorantur, Admontium monaſteriũ diripiunt, Abbas in arcem Gallenſtainam euaſerat. Leubeno deinde capto, ad Muram amnem per altiſſimam niuem profecti, Pontes ciuitatem in eius ripa ſitam obſident. Ciuitas ea ab Herman-

*V[illegible]g Hannouius.*

*Bellum Stiriacum.*

*[R]atemannum oppidum [ex]pugnatur.*

*Pontes ad Muram.*

Ayuntamiento de Madrid

*Herman. Landembergicus.*

Hermãno Landembergico tenebatur. Is miſſo ad Albertum fido ex ſuis homine, præſenti auxilio opus eſſe ſignificat. Albertus itaq; cum exercitu itineri ſe cõmittit. Cùm Neapolim Auſtrię veniſſet, à locorum gnaris docetur, montes ꝓfundiſſima niue plenos, atq; adeò imperuios eſſe. itaq; contractos ex agris ſexcentos viros exercitum præcedere, ac, niue palis & ſcopis diſiecta, viam facere iubet, moxq́;, prȩter omniũ expectationem, hoſti improuiſus adeſt. Aduentu eius territus Otto ex ijs locis abijt. Albertus igitur caſtra inuadit atq; diripit, deinde ciuitatem ingreſſus, ciuium collaudato in ſe ſtudio, vti in fide permanerent, hortatus eſt.

*Infidelitatis exemplum in famulo.*

*Fridericus Stubenbergicus capitur.*

Eodem ferè tempore Stubenbergicus, cum ſuis nõnullis equitibus, Cappenbergam iter habebat. Eam rem edoctus per exploratores Hermannus Landembergicus, Ponte egreſſus propè Sanbenedictum per ſyluam equitantem aggreditur. Acriter ſe defendit Stubenbergicus, dumq́; æſtuante conflictu miſcentur inter ſe, Landembergicus hoſtium aciem perrumpere tentãs, crus ſauciatus ex pugna diſcedit, & Stubenbergici equus haſta transfoſſus cadit. Ille pedes gladio diu rem ſtrenuè gerens, dumq́; acriùs inſtant Landembergiani, identidem circumſpiciens, Volcatium quendam Pühlerum miniſtrum ſuum inclamat: Volcati, inquiens, fidei exemplum in herum neceſſitate circumuentum ȩde, & equi tui copiam mihi pauliſper præſta, memorem in omnem vitam dominum habiturus. Ille ad hæc ſatis illiberaliter vitam ſibi ſuam cuiq́; charam, neq; ſe minùs quàm ipſum de fuga ſollicitum eſſe reſpondit. Fugere igitur ſuos videns, abiecto tandem gladio, hoſtibus ſe dedit Stubenbergicus. Capti cum eo qui fugæ infamiam ſubire noluerant Nicolaus Statauerus, Otto Mörskircherus, & alij nonnulli. Hoc nuncio Pontes ad Albertum adlato, erãt qui morte in captos animaduertendum dicerent, Stubenbergico priuatim infenſi. Eorum odijs ſuam Princeps clementiam potiorem habuit. Iudenburgi poſteà, perductis illuc captiuis, Stubenbergicus Guttemberga, Kötſio, & Cappenberga arcibus vitam redemit quidem, ſed in cuſtodia retentus fuit. Atq; hæc ea hyeme in Stiria geſta ſunt.

*Comitia Francofurti.*

Interim nuncijs & literis ſuorum Albertus certior fit, Principes Imperij Electores iam Francofurti comitia de eligendo Rom. Cæſare habere, ijsq́; ne ipſe aliorum in ſe ſtudijs deſit, propiùs ea



Ayuntamiento de Madrid

loca ac edēdum, eamq; rem alijs omnibus præuertendum videri. Qui cum literis aduenerant, medijs belli turbis implicitum teſtimonio eſſe poterant. Ipſe tamen, præmiſſis illis, res ſuas compoſiturum, & quam primum iter ingreſſurum ſignificat. Itaque poſt captum Stubenbergicum, ſedatis vtcunq; tumultibus, ad S. Viti fanum profectus cum Stiris, quotquot aderant, colloquium inſtituit. Ibi omnes, iureiurando interpoſito, fidem ſe eius hæredibus, ſi (quod abſit) humanitùs quidpiam ei accideret, ſeruaturos promittunt, ille ſuis eos legibus viuere permiſſurum ſanctè iurat, idq; ſyngrapha cōſignatum ipſis relinquit. Diſceſſurus Henrico Bruſchenckio, qui Haimburgi morabatur, mandat, vti Friderici Stubenbergici benè aſſeruādi curā ipſe habeat, reliquos qui cum illo capti erant, Hermāno Landembergico committit. Mox per alpes Noricas, Oenipontum venit circa feſtum reſurrectionis dominicæ, quo tempore ea ciuitas, orto de nocte, fraude ne an caſu neſcitur, incendio, propè tota deflagrauit. Albertus ibi conſilia cum Meinardo ſocero confert, & ſi quid abſente ſe mouerint Otto & Saliſburgenſis, vti videat, ne vlteriùs illi in Stiriam progrediantur, monet. In Bauariam inde profectus, Monachij ſororem Machtildim inuiſit, Palatino nuptam, atque Auguſtam veniens, tanquam Cæſar jam omnium votis deſtinatus (ita enim maximę hominum parti perſuaſum erat) ſummis cum honorib⁹ exceptus eſt, inde ad Rheni oram perrexit. Abſente vti diximus Alberto, Carinthij aliquot proceres, Meinardo rebelles, rebus nouis ſtudere incipiunt, Ottonem ac Cunradū ad ſe vocant, interim Ludouico Carinthio, quem pater S. Viti oppido præfecerat, inſidias ſtruunt. Erat quidā Fridericus ab Heinberg, quem Meinardus aliquando immeritò, vt ipſe putabat, correxerat. Hunc Vdalricus Haimburgicus (qui Griffenam, Babenbergenſis præſulis arcem, Friderico Vveiſſeneccio eius præfecto per eos dies ademerat) & Rudolphus Vanſdorfius licet jam Principi conciliatum aggreſſi, tempus adeſſe exigendæ vindictæ (modò vir eſſe vellet) docent, vtq; operam illis ſuam promittat, multis pollicitis inducunt, ſuisq; eum conſilijs inſtruunt. Ille ad Ludouicum reuerſus breui, vti in primo apud iuuenem principem loco haberetur, effecit, & ab illis, quos ſuperiùs dixi, adiutus, quoſdam oppidanos donis ac promiſſis ſibi adiunxit. Hæc conſilia juuabat quoque quidam Cōmendator (vti vocant) militum

*Stirij Alberto conciliati.*
*1292.*
*Henricus Bruſchenck.*
*Oenipontum incendio perit.*
*Frid. Heinbergicus.*
*Commendator Pulſtij proditorū cōſilia iuuat.*

Ayuntamiento de Madrid

militum D. Ioanni cõſecratorum, qui domum Pulſtij oppido vicinã habebat, cuiq; Ludouicus maximè fidebat. Rebus hoc modo præparatis, nocte quadam proditionis conſcij, militibus aliquot Bauariæ Ducis ad ſe vocatis, oppidi mœnia ſcalis admotis, ſuperant, & à ſuis qui intus erãt adiuti, porta vi effracta, ſocios intromittũt. Ludouicus ad primum tumultum excitatus, armis arreptis, in forum (vnde clamor capti oppidi index auribus accidebat) procurrit, ſed facilè à pluribus ipſe cum paucis acerrimè pugnans, capitur, & Toggenbrunum in cuſtodiam mittitur. Hæc ex manuſcriptis ita collegimus. Auentinus oppidum vi expugnatũ & ex Meinardi filijs, Albertum cęſum, Ottonem captum, ac Saliſburgico miſſum eſſe, memorat. Carinthiæ Chronicon Ludouicũ habet, & rem eo ordine, quo nos, refert. Meinardus hoc tàm acerbo nuncio perculſus, Ottonem filium in Carinthiam mittit, eiq;, vti in proditores ſeuerè animaduertat, imperat. Otto Freiburgum ꝓfectus, de proditione inquirit, Fridericus Haimburgic⁹, & Hermannus Friburgicus fuga vitæ conſulunt. Cuno Friburgicus, Carolſbergicus quidam, & Cõmendator Pulſtij cum vno atq; altero ex oppidanis conuicti, ad equos cõdemnantur. Supplicij hoc genus in proditores vſurpari ſolet, fœdum viſu, manus pedesq; ſingulis equis illigãtur, qui in diuerſum acti, corpus in quatuor partes dilacerãt. Carolſbergici fortunæ Cunrado Aufenſtainio conceduntur, reliquorum alijs. Præfectus Cunradi Epiſcopi timens, ne ſi Otto & reliquas arces caperet, ea res in heri ſui fraudem fieret, Rabenſtainium, Friſaco oppido vicinum, Silberbergum, & Pullendorffium arces, incendio euaſtat, Otto ęgrè id ferẽs, in vindictam ſe parat. Sed Eliſabetha Alberti vxor anxiè ſolicita, ne ſi ille atrociùs aliquid conſuleret, id omne in alterius fratris caput redundaret, omni ſtudio adlaborat, vti pacis aliqua ratio iniretur.

*S. Viti oppidum proditione capitur.*

*Ludouicus Carinthius captus.*

*Supplicij genus fœdum.*

*Cunradus Aufenſtainius.*

Dum hæc in Stiriæ & Carinthiæ finibus geruntur, interim Electores Francofurti de eligendo Cæſare conſulebant, & quamuis pleriq; ad Albertum Auſtriacum inclinare animis viderentur, inimicorum tamen eius machinationibus, alienores ab eo reddebantur. Egerat paulò antè cum Boëmorum rege Albertus ab Hohenloë, vti ſuum Auſtriaco ſuffragium daret. Id ille non modò facere negauerat, ſed ad reliquos Electores ſcripſerat, liberum ipſis per ſe fore, vti quem vellent eligant, modò ne Albertus is ſit, cui

*Comitia Francofort[illegible]*

Comes

Come, indignabundus reſpondit, etiamſi ſummo id ſtudio impedire adniteris, tamen vel te etiam inuito Albertus rex erit. Sunt qui Adolphum Naſſouiæ Comitem, ab eo nominatum volunt, etſi ignotum, ſcripſiſſe & Ottonem Bauarum, & Saliſburgicum ferunt; Albertum ſe, ſi eligatur, non agnituros Cæſarem, crimina etiam addita, auarum eſſe, ac leuem, ſæuum ſuis, vicinis grauem. Nemo autem Alberto iniquior erat quam Mogũtinus, qui Adolphum Naſſouium cognatum ſuum fouens, aſtu quodam, aliorũ ſuffragia ad ſuum nutum circumagebat, cuique ſeorſum aliquem ipſi inimicum obiiciens, quem à reliquis, niſi Adolphus eligatur, nominatum iri diceret. Colonienſis iam cum eo ſentiebat, Treuirenſem Alberto ęquiorem, ſola Geldri Principis mentione deterrebat. Brandemburgenſes duo Albertus cum telo, & Otto cognomine longus, inter ſe de electoratus dignitate contendebant, quorum Otto potiùs, quam agnato cederet, ſuum Moguntino ſuffragium dedit. Saxoni Brunſuicēſis, Palatino rex Boëmiæ obiiciebatur. Cùm vterq; vel quemuis alium quam hunc ſe malle diceret, Adolpho nominato, interceſſit nemo. Adolpho Aquiſgranum ad coronam accipiendam profecto, Albertus, qui Vvinshemij comitiorum exitum expectauerat, domum ire parabat, ſed à quibuſdam perſuaſus, reditum eius morabatur, & ſuarum ab eo prouinciarum iura de more ſuſcepit. Indè domum pergens, ex itinere Ratſtadium aggreſſus, vbi per anguſtas calles commeatum ægrè ſubuehi vidit, poſt duos menſes, relicta obſidione, Viennam contendit. Dicebatur verò & Otto cum exercitu aduentare. Domum reuerſum, vxor aſſiduis precibus fatigat, pacem faciat cum externis hoſtibus, & domi omnia ex diſſidijs prioribus collapſa, in tranquillum reſtituat. Tandem Vvelſij conuentus indicitur, eò Albertus ipſe venit. Cùm verò Bauarus & Cunradus nullas pacis conditiones, niſi ſub quibus & Vdalricus Haimburgicus, & Stubenbergici fratres, comprænhenderentur, addmitterent; nihil tranſigi potuit, & ad arma reditum eſt. Otto ex ſuorum conſilio quẽdam Glaneccerum Falckenmarchæ oppido præfecit, cui cum Haimburgico vicino quotidianæ velitationes erant. Is aliquando prope Griffenam arcem inconſideratiùs obequitans, haſta per tergum adacta, ex equo dilapſus, & exigua in ſpe animam trahens, rogantibus qui accurrerant, non ab hoſte: ſed à domeſtico vulneratum

*Moguntini Electoris aſtutia.*

*Adolphus Naſſouius in Rom. regem electus.*

*N. Glaneccer.*

ratum

Ayuntamiento de Madrid

ratum dixit,cumq́; eò auidiùs auctorem cædis noſſe cupe[…]nt, ibi Glaneccerus:abſit,inquit, vti jam jam ex hac vita migraturus cuiquam nocere velim,ingnoſco illi culpam propter Deũ,vti & meis peccatis ignoſcat Deus. Hoc dicto animam Deo commendatam emiſit. Exemplum illud, quia rarum in homine militari, hic adſcribere viſum fuit.Morte Glanecceri audita,Meinardus cùm ipſe in Prouinciam ire vellet, ab Henrico filio vti domi maneret,rogatus,ipſum mittit, qui ſtatim profectus cum fratre Ottone ſe coniungit.InterimComes Haimburgicus viribus ſe imparem videns, miſſo in Vvindorum Marcham Eberhardo Sanpetriano,Vvilhelmum quendam Scharffenbergium, veterem Mainhardi clientẽ, multisq́; ei beneficiis deuinctum, pecunia corrumpit. Cumq́; in itinere iam eſſent,Principes ea de re admonitiConradum Auffenſtainium,cum quinquaginta equitibus, ad explorandum eorum iter mittunt. Is aſſumpto ſecum Henrico Mariſcalco profectus, in quodam nemore obuiam habet hoſtem, fit conflictus, in quo capitur Vveiſſeneccerus: occiduntur Sanpetrianus & Scharffenbergicus. Henricus princeps,quid à ſuis ageretur,ſcire deſiderans, oppido egreditur,mox in quoſdam incindens, qui timore correpti,ante conflictum fugerant, quid actum ſit rogat. Illi certum ſe neſcire reſpondent, vereri tamen ne reliqui perierint; Henricus paululum progreſſus,ſuos cum captiuis obuios habet, hi eum de reliquorum fuga & trepidatione accuratè edocent. Haimburgicus Vveiſſenecceri tanquam optimi amici mortem,graui dolore lugebat. Albertus debellare cum Stiris volens,Landenbergicum Mariſcalcum, & Dapiferum Emerbergicum,in Carinthiæ fines mittit. Hi ditionem Haimburgici propè Diezium montem fœdè vaſtant. Inde ad vlteriora eius prædia progreſſi,obuiam habent Fridericum Ortẽburgicum. Is Mariſcalcum exorat, tantiſper populationes & damna abſtineat, donec ipſe Principem conueniret.Id cum facilè impetraſſet, ad Albertum ꝓfectus,pacem & veniam Haimburgico ſupplex orat. Ille precibus &auctoritate viri motus,vxoris ſe arbitrio rem committere reſpondet. Quæ effecit, vti certa pecuniæ ſumma,ſingulis annis numerata,Neapoli habitaret. Eò profectus,vxorem breui amiſit, cuius funus magnificè curari Eliſabetha iuſſit. Vxoris obitu tantùm non exanimatus ille principem orat, vti reliquum vitæ tempus in patria agere permit-

*Pietatis in militeexemplum.*

*Vuilhel.Scharffembergicus pecunia corruptus arma cõtra proprium ſuũ Dominum ſumit.*

*[F]rid.Ortemburgicus.*

permit[?]at. Id ex doloris commiſeratione cōceſſum,ſic bona cum venia diſceſſit. Stubenbergicus cum primùm Ortemburgici preces apud Principem pro Haimburgico valuiſſe audiuiſſet, nuncios ad illum mittit,& per omnia ſacra obteſtatur, auunculus pro nepote ſupplex hoc ſaltem exoret, vti,data cautione,ex cuſtodia liberatus,Ottonem Bauarū,& Saliſburgenſem cōuenire,fœduſq; ipſis & ſocietatem renunciare queat, de reliquo non deſperare ſe veniam à clementiſſimo Principe impetrari poſſe. Id illi à Principe conceſſum,vt qui diceret hunc Stubenbergico honorem abs ſe non inuideri.Poſt hæc in Stiria res Alberto quietiores fuere.

*Pax cum Stiris.*

Interea Palatinus ad pacem inter Albertum & Regem Boëmiæ cæteroſq; Principes conciliandam animum adiecit,hac præcipuè de cauſa. Cùm Adolphus jam in Cæſarem electus ſecundo Rheno deſcenderet,accidit,vti qui Fürſtenbergi eſſent,(ea Palatini ad Rhenum arx eſt) Cæſarem adeſſe ignari,portoriū ſolito clamore à prætereuntibus exigerent, ac in præteruehentes ſagittas conijcerent. Eam rem Moguntinus Ludouici iuſſu, vti Cæſarem, cuius electionem improbauerat, è medio tolleret, factam eſſe, & armis vindicandam contendebat. Iamq; Cæſar ab illo & reliquis ad Rehnum Electoribus adiutus,pleraq; Palatini loca bello inuaſerat.Is verò miſſis primùm deprecatoribus,Burggrauio Norimbergenſi,&Oetingenſi,Comite ad Cæſarem ipſe profectus innocentiam ſuam iureiurando probat, ſeq;, vti pacem inter Principes conficiat, omnem diligentiam adhibiturum promittit. Vt igitur pollicitis ſatisfaceret, ſequente anno,ipſo adnitente, conuentus quorūdam principum vicinorum Lincij ad Danubium habetur. Adfuere præter ipſum Albertus Auſtriacus, Otto Bauariæ, Meinardus Carinthiæ Duces, Cunradus Saliſburgi, Henricus Ratiſbonæ,& Bernardus Patauij præſules. Regem Boëmiæ adfuiſſe Auentinus adfirmat, reliqui de eo nihil habent. Ibi Ludouicus,vti principes cognatos,& affines in concordiam redigeret, ſingulos adire,orare,obteſtari,nihil non attentare. Fruſtra verò omnia eſſe videns, cum abiturus videretur, ab Eliſabetha Alberti vxore, per omnia cōſanguinitatis iura rogatus, ne, antequam pacem confeciſſet,abiret,nouam iterum actionem inſtituit,&acerrimis verbis in eorum peruicaciam inuectus,tandem eò rem deduxit,vti ipſius &Ratiſponenſis arbitrio cæteri ſuas quiſque cōtrouerſias diſceptandas

*Adolphi in Ludouicū Palatinū indignatio.*

*1293. Conuentus Lincij.*

*Pax inter Albertum Auſtriacū & vicinos Principes.*

Ayuntamiento de Madrid

tandas committerent, ſeq; eorum decretis ſtaturos, fidem [illegible] arent. Ita pax fit, & captiui ſuis reſtituuntur, inter quos erat & Ludouicus Meinardi filius. Interim Cæſar Adolphus Columbariam obſidione cinxit. Cùm enim pleriq; in eius verba iurarẽt, Columbarienſes, Alberto ſtudentes, id facere nolebant, eorum oppidum proditione captum, & Adolphus noctu, aperta per conſcios porta, intromiſſus, ciues in fidem recepit. Captus inter alios Anſelmus Rapoltſtainius, cui ne plecteretur capite, frater Henricus, qui Cęſari militabat, ſaluti fuit. Adolphus verò, quòd multorum ſtudia auerſa, ſeq; à nonnullis etiam cõtemni videbat, cum Alberto Auſtriaco, qui cæteros potentia facilè anteibat, pacem habere ſtudens, Ludouico Palatino negocium huius rei perficiendæ committit. Is verò re nõdum perfecta in morbum incidit, quo poſteà ad Cal. Febr. extinctus eſt Heidelbergæ. Auſtriacum interim, rebus domi quietis, excepit bellum Hungaricum, quod in eius fines mouit Andreas rex, qui eo tempore Hungariam acceperat. De eo pauca quædam hoc loco altius repetenda.

*Adolphus Cæſ. Columbariam capit.*

*Lud. Palatinus moritur.*

*Andreas Rex Hungariæ*

Andreas Secundus Belæ Tertij filius, Quarti pater, cùm ex regione Palæſtina, magnis rebus geſtis, Veneta claſſe redijſſet, ad Eſtenſem Principem veterem hoſpitẽ diuertit, vbi Beatricem, eius filiam, ob formæ & morum elegantiam, ſecundis nuptijs vxorem duxit. Ea, mortuo rege, grauidam ſe ex illo manifeſtis indicijs probans, ad patrem redijt, & exactis menſibus filium peperit, cui Stephano nomen datum. Is jam ex ephœbis egreſſus, præmatura dominãdi libidine regno per vim arrepto, eiectus, ad Iacobum Aragonium regem, ſororis maritum fugit, vnde Venetias profectus, ex Tomaſina Maurocena filium ſuſtulit, Andream Tertium cognomento Venetum, quo de nunc agimus. Cumq; Ladiſlaus Rex, ob vitæ incontinentiam, & adulteria Hungaris inuiſus, & à Pontifice Rom. ſacris prohibitus eſſet, Andreas in ſpẽ regni venit. Cùm in itinere eſſet, ab Arnoldo quodam Sileſio, Trigauienſi Comite, captus, ad Albertum ducitur, & Viennæ ad aliquot dies in libera cuſtodia habitus, cùm iureiurando pacem ſe culturum, & Agnetem Alberti filiam ducturum adfirmaſſet, in regnum mittitur, & biennio poſt, Ladiſlao à Cumanis interfecto, in Regem eligitur. Iamq; à Gunſenſibus & alijs nonnullis incitatus, diſſimulata eorum memoria, in quę & ipſe, & cum eo proceres aliquot Hungari

*[T]omaſina Maurocena.*

*Ladiſla[us] Hung. rex cæſus.*

iurauerant, affinitati renunciat, bellũ mouet, oppida quædã & arces Auſtriæ regno vicinas occupat, agroſq́; Neapolim vſq; populabũdus peruagatur. Albertus igitur, comparato exercitu, in eum mouet. Cumq́; Andreas maiores & ipſe vires ſibi parat, ſeditionẽ domi exortam intelligens, vti eam extingueret, pacem cum Alberto facit, munimenta quædam Boteburgum, Cherlburgum, & alia demolitur. Matrimonij pacta renouata, & anno demum nonageſimoſexto celebratæ ſunt nuptiæ.

*Albertus pacem cum Hungaro facit.*

Circa hęc tempora cum Viennæ in palatio ſuo pranderet Albertus, venenatum ei ferculũ fraude neſcio cuius apponitur, quo deguſtato maximo dolore corripitur. Occluduntur ſtatim oſtia & obſeruantur, ne exire quiſpiam poſſet. Aderant pręter alios non multos, Fridericus & Albertus Buchaimij fratres miniſterio menſæ deſtinati, qui ſubitò Principis periculo conſternati, ſimul vti omnem abs ſe ſuſpicionem amolirentur, ambabus manibus in patinas inuolant, cibos in ora ingerunt. Albertus, hoc ne facere permittantur, nutu & quanto poteſt clamore prohibet, perſpectã ſibi iuuenum fidem, & innocentiam teſtatur. Interim tota vrbe, Albertum ſubita morbi vi ſublatum eſſe, rumor ſpargit, quem pro ſuo quiſque in Principem ſtudio alij aliter accipiebant. Medici verò ad violenta propè remedia tam pręſenti vitę periculo confugientes: omnem veneni vim, ſtatu corporis inuerſo, per os, & nares oculoſq́;, & aures expulere, neque aliquid incommodi ſenſit impoſterùm princeps, quàm quòd alterius oculi vſu caruerit, & facie ſubpallida fuerit. Vxor iiſdem diebus Gręcię Stirię filiolam pepererat, cui Catharinæ nomen fuit. Ea, audito viri periculo, nondum exacto puerperij tempore, Viennam profecta eſt. Sunt qui Saliſburgenſem, nunciata Alberti morte, nouas in Auſtria ſalinas demolitum eſſe adfirmant, alij verò poſt factam Lincij pacem Alberti amicitiam obnixè ſemper coluiſſe referunt. Venenum à quo aut cuius iuſſu datum, etſi variæ erant ſuſpitiones, in incerto fuit.

*Albertus veneno petitus.*

*Frideric⁹ & Albertus Buchaimij fratres.*

*Albertus fit monoculus.*

His ipſis temporibus Adolphus Cæſar ingens, apud pleroſq́; Germaniæ principes, odium incurrit, his precipuè de cauſis. Bellũ in Flandria Eduardus Angliæ rex, cum Philippo Pulchro Gallorum rege, gerebat, qui Guidonem Comitem eius prouinciæ, ob affinitatem cum Anglis initam, dolo ad colloquia pertractum, ceperat,

*Principum ab Adolpho Cæſare alienatio.*

Ayuntamiento de Madrid

perat, captum in Galliam miſerat. In eius belli ſocietatem Anglus centum aureûm nummûm milibus numeratis, Cæſarem adſciuerat. Eam pecuniam Cæſar, cùm in Principes partiri debuiſſet, in proprios vſus conuerit, & Thuringiam emit, bellumq́; , quod in Gallum ſe moturum receperat, in eam regionem tranſtulit. Albertus enim Thuringiæ princeps, poſt ſuſceptos ex Margaretha, Friderici Secundi Imperatoris filia, Fridericum & Dietmannum, filios, cùm in pellicem quandam adeò exarſiſſet, vti legitimæ vxoris vitę inſidias ſtrueret, & ex ea natos hęreditate priuaret, omnem Adolpho ditionem pretio addixerat. Ea res ſua indignitate Principes mouerat, & militum præfecti quidam, qui Flandris meruerant, domum reuerſi, animos eorum incendunt, probro Germanis apud exteros dari teſtati, quod Cæſarem eiuſmodi haberent. Non deſunt ſcriptores, qui Iacobum Caſtellionem per id tempus à Pulchro ſubmiſſum ferunt, qui, pecunię magna vi oblata, Adolpho, vti in eo bello quieſceret, perſuaſerit. Alij Albertum abs rege donis cultum memorant, vti bello Cæſarem aggrederetur, eiq́; domi negocium faceſſeret. Id ſanè conſtat, dixiſſe aliquando Albertum; non dandũ ſibi ignomiæ, ſi Gallorum regi mereat, cùm Cæſar Anglo ſe ſtipendiarium feciſſet. Adolphus verò, vti inuidiã omnem, quantùm poteſt, abs ſe amoliretur, regnum Arelatenſe, & alia per Gallos Imperio ablata, miſſo caduceatore, repetit, nolenti reddere, bellum indicit, quod tamen poſteà non geſſit. Dabatur illi vitio, quòd cùm ad tuendam Imperij dignitatem, opes non ſatis magnas domo adferre poſſet, pecunia ab Anglo accepta, mercenarium ſe illi feciſſet, fidem poſteà, tanto regi datam, fregiſſet, vtroq́; facto Cæſareum nomen contumelioſum reddidiſſet; Flandris, quos vel abſque pecunia defendere debuerat, relictis, bellum domeſticum in Thuringia aleret. Accedebant & aliæ criminationes, de inuſitatis vectigalium exactionibus, impunitis quorundam flagitijs, & Eccleſiaſticorum oppreſſione. Obijciebantur & virginũ ſtupra, & alia nõnulla, incertum an vera omnia; jamq́; de Imperio illi adimendo, frequens erat ſermo, neque deerant ex Principibus, qui Auſtriacum, vti ſibi eam dignitatem armis aſſereret, inſtigabant. Imprimis verò Alberto ſtudebãt Cunradus Liechtenbergicus, Argentoratenſis pręſul, & vicini quidam Comites Ochſenſtainij, Friburgici, Bipontini, & alij. Quod cùm Adolphus ſciret, Theobaldum Ferretanum, & Hermannum Geroltzeg-

*Albertus Thuringiæ Prĩceps.*

*Iac. Caſtellio.*

*Crimina Adolpho obiecta.*

*Albertus ad capeſſendum Imperium inſtigatur.*



Ayuntamiento de Madrid

roltzeggium Alſatiæ pręficit, qui ipſius hoſtibus magna adferentes incommoda, conceptũ prius odium ita in illum accenderunt, vti in bellum haud dubiè exarſurũ videretur. Interim Pragæ conuentus Principum quorundam fuit, vbi Venceſlaum ſolito ritu à Moguntino inauguratum nonnulli memorant. Aderant, præter Auſtriacum, Saxoniæ & Brandenburgi Principes, Epiſcopi item nonnulli, quos inter Moguntino auctore, concilium eſt habitum, de Adolpho ab imperatoria dignitate deturbando, & Alberto rebus imponẽdo. Moguntinũ pecunia ab Alberto corruptum fuiſſe ſcribit Auentinus. Itaq; Cæſar bellum in illum mouet, cui filium Rupertum præficit, ipſe cum parte copiarum in Alſatiam pergit. Haigerlochium, & cæteros Alberti propinquos, magnis damnis afficit. Sciebat enim Albertũ, inter alios potentiſſimũ, ſuis maximè rebus officere, facta ſua acerrimè repræhendere, & ad Imperiũ magno ambitu adſpirare. Itaque illum maximè oderat, & ditione omni, imprimis verò Auſtria, ſi qua daretur occaſio, excludere in animo habere dicebatur, ſed à principibus deſertus, cùm præter Ottonẽ, & Rudolphum Palatinum, generum ſuũ, Bauarię duces, cui fidere tutò poſſet, haberet neminem, contra Alberti potentiã nihil valuit. Albert⁹ verò multis ſuorũ literis rei benè gerendę occaſionẽ dari admonitus, res ſuas domi cõſtituit, Hermanno Landẽbergico, vti cum aliquãta Sueuorũ manu, & prouinciæ preſidio, fines ab Hungaris tutetur, negocium dat, & itineri ſe parat. Iamq; Electores Oppenhemiũ conuenerant, ex quibus nonnulli per literas Alberto ſignificant, vti Mogunciam ſe conferat. Igitur haud diutiùs morandum ratus, exercitũ contrahit. Adueniunt Boëmi, Saxonis, & Brandemburgici auxilia, Carni item & Hungari non pauci, cum quibus iter ingreſſo ſe iungit Henricus, Atheſinorum pręfectus, à fratribus Meinardi filijs, cum exercitu miſſus, Meinardus ſuperiore anõ diem obierat. Ex Sueuia Rudolph⁹ Habſburgicus, Conſtantienſis Epiſcopus, cęteriq; eius cognati aderant. Eundum Alberto erat per Bauaricam Ottonis & Rudolphi ditionem, quorum ille tranſitum ægrè conceſſit, hic verò matris Machtildis precibus dedit, ne auunculo repugnaret. Auguſtani autẽ, qui obuios ſe ipſi venturos promiſerant, mutata ſententia, legatos ad eũ mittunt, & ne perfidiæ in Cæſarem incurrrant notam, tranſitum per agrũ ſuũ deprecantur. Albertus igitur Machtilde ſorore Rudolphi matre, quæ obuia illi officij cauſa venerat, & Ludouico altero filio

*1296. Conuẽtus principũ Pragæ contra Adolphum.*

*Adolphus nihil poteſt cõtra potentiã Alberti.*

*Albertus ad occupandum imperiũ pergit.*

Ayuntamiento de Madrid

tero filio apud ſe retentis, per fines nepotis iter facit, Cæſar Lyci campos inſederat, ſed Albertus, ab itinere paululùm deflectẽs, nemine prohibente, in ſuas ditiones peruenit. Ad Friburgum Briſgouię, Argentoratẽſis Epiſcopus, cum octingentis equitibus prę-ſto fuit, quibus ciues quater mille pedites adiunxerant. Adolphus eum ſequutus, vltimum carpere agmen, & inpugnam illicere conatur, fiunt leues quędam velitationes, ſed in pręlij diſcrimen non deſcenditur, quod cùm videret Cæſar, in Alberti ditionem, Rheno cõterminam, ferro & igni ſæuit; In Alſatia quoq; per prędfectos Rubeacum, Argentoratenſis Epiſcopi oppidũ, obſideri iubet. Tenebatur id præſidio ſatis valido, & multis quotidiè eruptionibus oppugnantium vires attenuabantur, agri vicini deuaſtabantur, nec cuiquam per eam regionem tutò commeare licebat. Interim Otto Bauarus cum ſuis ad Cæſarem (qui jam in caſtra ad Rubeacum venerat) proficiſcitur. Ei Albertus Haigerlochius, per ſuam ditionẽ ituro, inſidias ſtruit, quibus exploratis, Otto facinus præoccupat, Haigerlochium interficit, & per equos celeres fuga elabitur: Per hos dies in Auſtria malè à Landembergico pugnatum cum Hungaris, quorum morem in bello ignorãs, prouincialium admonitiones ſpreuerat. Dum enim Sueui, ſtatarię pugnę aſſueti, gladijs rem gerunt, Hungari nunc refugientes, nunc equis, quos habet ea gens velociſſimos, in hoſtem redeuntes, eminus ſagittas ſpargunt, Sueui nouo, & ipſis inuſitato pugnæ genere, depræhenſi, multos ex ſuis amiſerunt.

*Alberti exercitus ab Epiſcopo & ciuibus Argẽtinen. auct.*

*Rubeacum obſeſſum ab Adolpho.*

*Albertus Haigerlochius occiditur.*

Ad Rubeacum verò Cæſar, cùm Albertũ iter illà facere nunciatum eſſet, ſoluta obſidione in eum pergit. Conueniunt prope Kenzingam duo exercitus, quos Elza amnis dirimebat. Adolphus pugnæ auidus, copiam ſui faciebat, Albertus ſe ad tutanda ſua veniſſe aiebat, & Argentoratum ingrediebatur. Eò cum auxilijs aduenẽre Ochſenſtainij, Bipontini, Liningenſes, Hohenloïci, Vvirtembergenſis, & alij quidam, & Albertus declinato à Cæſare itinere, per agrum Argentoratenſem cum omnibus copijs Moguntiam venit. Adolphus verò Spiram Nemetum ingreſſus eſt. Iamq; Electores Moguntiæ de ſummis Imperij rebus cõſultabant. Palatinus Cæſaris gener, cum Dietero fratre eiuſdẽ Treuirorũ præſule non aderant, à Boëmo legati venerant. Itaq; Saxoniæ principem cæteri tribunali imponunt, Adolphũ de multis magniſq; criminibus accuſant, à rerum faſtigio deponunt, &, ne Imperiũ rectore

*Obſidione liberatur Rubeacũ.*

*Adolpho abrogatum imperiũ.*

 careret

Ayuntamiento de Madrid

*Albert⁹ in Rom. Regem eligitur. 1298.*

careret, Albertum regem creant. Factum hoc eſt IX. Calend. Iulij, anno humanæ ſalutis ſupra mille ducentos nonageſimo octauo. Adolphus de his rebus certior factus, cum Albertum ad electionem Francofurtum iturũ rumor eſſet, Oppenhemij caſtra locat, vti ipſius conatus impediret, & Moguncia egreſſum, ad prœlium laceſſeret. Erant in ipſius caſtris, Otto & Rudolphus, Bauariæ duces, Iſenburgicus, & Spanheimenſis, Comites, Francofurti, Oppenhemij, Nemetum, Vangionum, & aliarum aliquot ciuitatum

*Alzemiũ captũ & exuſtum.*

auxiliares copię. Albertus verò non Francofurtum, vti putabatur, ſed Alzemium Palatini oppidulum duxit, quo capto & exuſto, in agro Vangionum caſtris locum cępit, cumq; & Adolphum eò veniſſe, & Treuirenſis Electoris, ac aliorum auxilia indies expectare audiret, ante illorum aduentum prælio decernere ſtatuit, ad quod vti hoſtem, jam anteà pugnæ auidum, magis inflammaret, ad primum ipſius aduentum fugam ſimulauit. Adolphus igitur, ſpreto ſuorum conſilio, qui ſocios expectandos eſſe dicebant, equites,

*Pr[illegible]ũ inter Adolphum & Albertũ Auſtriacũ.*

quorum numero fidebat, bipartitur, alteram turmã Bauarię ducibus tradit, alteram ducit ipſe. Prœlium primi inuadunt Bauari, & in primam Alberti aciem, in qua Auſtriaci & Henricus Tirolenſis cum ſuis erant, impetum faciunt. Reſiſtunt illi: ſummis vtrinque viribus pugnatur, donec Adolphus Belgarum, & Rhenẽſium copias in hoſtem ire iubet, & cum equitum ſuorum ala hoſtium aciem perrumpere tentat; vbi dùm ſtrenuè rem agit, equo deiectus, caput allidit, mox in equum à ſuis ſublat⁹, galeam abijcit, & in Albertum ipſum inuectus, ſublato clamore: hîc, inquit, Romanum relinques imperium. Ad quę Albertus, cum id in Dei manu & vo-

*Silueſtres Contes.*

*Adolphus occiditur cũ 60. Comitib⁹ & multa nobil[illegible]te.*

luntate ſitum eſſe reſpondiſſet, in facie illum prope oculum leui vulnere perſtrinxit, indè Comites, quos vocant Silueſtres, circumuentum occidunt. Albertus prœlium ſiſtit, ciuium ſanguini parci iubet. Cecidêre eo prœlio nobiles quamplurimi, inter quos ſexaginta Comites fuiſſe quidam affirmant. Ochſenſtainius, & Iſenburgicus, nimio ęſtu pręfocati, in armis integri abſq; vulnere reperti. Captus eſt Rupertus, Adolphi filius, & Mogũtino traditus, à quo poſteà aliquot oppidis ſe redemit. Otto tribus acceptis vulneribus, & Rudolph⁹ Palatinus ad Vangionum vrbem fuga peruenêre, qui cum fortuna fidem mutantes, Bauaros aliquot ſpoli-

*Quãdo hoc prœliũ cõmiſſum ſit.*

ant. Principes igitur Heidelbergam, atq; indè in Bauariam abeũt. Incidit hoc prœlium in ſextum Non. Iulij, pugnantum eſt ſex integris

tegris

Ayuntamiento de Madrid

tegris horis, inter Roſendalium monaſteriũ, & pagum Gillenheimum. Ferunt Moguntinum, viſo Adolphi corpore, dixiſſe: Validiſſimum cor eo die cecidiſſe, neque à lachrymis abſtinuiſſe, cuius fidem ſuſpectam habens Albertus, ne abs ſe diſcederet, antequam cætera negocia perfeciſſet, poſtulauit. *Locus prælij.*

Albertus hoc bello defunctus, ciuitates plerasq; ad Rhenum, quę Adolpho adhæſerant, in poteſtatem redigit, & quò tutiore in loco res eſſet, præfectis prouinciarũ officio motis, nouos ſufficit, Ioannem Liechtembergicũ, Alſatiæ: regioni tranſrhenanæ, Ochſenſtainiũ, eius qui bello ceciderat, filium: Sueuię aliquot ciuitatibus Vvirtẽbergenſem. Rudolphus Palatinus matris ſtudio, intercedentibus alijs principib⁹, cum auunculo in gratiã redijt qui omnium rerum obliuione decreta, Principes Francofortũ conuocat, ijsq; electionẽ viuo adhuc Adolpho Cęſare factam renunciat, plenaq; illis poteſtate permiſſa, Imperio ſe abdicat. Illi verò omnibus eum ſuffragijs Cæſarẽ denuò deſignãt, legitimè electum promulgant, quinto Id. Auguſti. Aquiſgranũ deindè profecti, coronationem ſolenni ritu perficiũt nono Cal. Septẽbris, vbi tanta fuit hominũ multitudo, vti Albertus Saxoniæ dux opprimeret. Reuerſus à coronatione Albertus, Vitoduri (alij Argentoratum habent) nobilibus aliquot in verba jurantibus, ditionum ſuarum iura confirmat. Inde Norimbergã proficiſcitur, quò principibus, & reliquis Imperij ordinibus conuentũ edixerat ad Id. Nouẽbres, Adfuerũt in eo conuentu Cimbrorũ, Boëmiæ & Apulię reges, multiq; Germaniæ Principes, qui oẽs conceptis verbis Cæſari ſe, ad redimendas Imperij ciuitates auxilio adfuturos iurãt. Actum etiam eſt de Rheni vectigalib⁹, quæ Cæſar ſui iuris eſſe cõtendebat. Eliſabetha Cæſaris vxor, augurante Vvigeboldo Colonienſi Electore, coronatur, & Rudolphus eius filius Auſtrię Archidux creatur. Legatio deinde Romana ad Põtificẽ Max. decernitur, miſſi ſunt Tullenſis Epiſcopus, & Cunrad⁹ Oetingenſis Comes, qui Albertum cõcordibus Electorum ſuffragiis, Cæſarẽ creatum eſſe exponentes, electionem ab eo ratam haberi petierunt. Pontifex verò id ſe facturũ negabat, parricidã eſſe Albertũ, nihilq; iuris, ꝑter vim ad Imperiũ attuliſſe, dicens: Sunt, qui gladio ſuccinctum ſuperbè ſe & Põtificẽ & Imperatorem jactaſſe affirmant. Sequenti anno Albertus, ſoluto cõuentu, cum tribus ſacri ordinis electoribus, Tullum Leucorum, ad Philippum Pulchrum Gallorum regem, profectus eſt, vbi

*Albertus ſecundò Rom. Rex renunciatur.*

*Albertus Saxoniæ Dux oppreſſus.*

*Comitia Norĩb.*

*Rudolphus fit Archidux Auſtriæ.*

*Superbia Pontificis.*

*1299.*



Ayuntamiento de Madrid

de vtriuſq; imperij rebus colloquio habito, matrimonium, inter Rudolphum Auſtriacum,& Blancam regis filiam, pactum eſt.

*1300.* *Annus Iubilæus à Bonifacio octauo inſtitutus.*

Anno ſequenti, qui erat à Chriſto nato milleſimus trecenteſimus, Bonifacius Octauus, Pont. Max. annum Iubilæum (quem vocant) primus inſtituit, plena omnium peccatorũ venia ijs propoſita, qui Romam ſupplicatũ irent, itaq; multi mortales eò tùm profecti ſunt. Eodẽ anno Moguntinus, fluxę fidei homo, cum collegis Treuirenſi,& Agrippinate conſpirat in Cæſarem Albertum, & Rudolphus Palatinus ab ijſdẽ multis verbis induct⁹, contra matris conſilium fœdus cum illis facit.

*In Albertum conſpiratio.*

Moguntinum, refert Auentinus, paulò antè pecuniam ſibi debitam à Cęſare exegiſſe,& ea non ſoluta, prolato cornu venatorio, multos ſe in eo Cæſares habere dixiſſe.

*Summa coniurationis.*

Capita coniurationis hęc erant: q̃ Albertus à Rom. Põtifice ſacris ꝓhibitus, ſæuus, auarus, optimi Cæſaris parricida, faſtigio rerum indignus eſſet, non placere ſibi eum imperare; itaq; bello petendum, imperio exauctorandum, & de idoneo Cæſare in eius locum eligendo comitia eſſe habenda. Albertus, vbi hæc audiſſet, omnibus quidem iratus fuit, ſed Rudolpho nepoti, ſemel in gratiam recepto, maximè infenſus, omnia ſe illi, quæ beneficio Imperij poſſidebat, erepturum minatur, ſtatimque Auguſtanis & reliquis Imperij ciuitatibus, vti bello eum adoriantur, imperat.

*Albertus Cæſar coniuratos bello aggreditur.*

Geldriæ item & Iuliaci principibus, vti Colonienſem,& Treuirenſem armis inuadant, per literas & nuncios iniungit. Ipſe Mogũtinum, belli caput, ſibi deſumit, multiſq; arcibus, oppidis,& vicis multat. Impares Alberti viribus Epiſcopi, malo coacti, arma deponunt, veniam petunt, ad obſequium redeunt. Omnis jam belli moles in Rudolphum incumbebat, cui, quòd diſſidium cum reliquis Bauariæ principibus eſſet, nemo auxiliabatur. Mater, cum minore filio fratri, addictior videbatur,& Otto ac Stephanus nihil de agnaci rebus ſolliciti, Landishutæ per eos dies equeſtris ludi ſpectacula edebant.

*Neomarcha capt. Laugingiacum Vverdea.*

Itaque Cæſar Neomarcham oppidum, obſidione cingit,& ſine magno negocio capit. Laugingiacum & Vverdea, Sueuiæ ciuitates, deditionem faciunt. Præſidium Boïorum, quod in arce Vverdeæ erat, acriter repugnabat, donec, ſuffoſſa mœnium parte, Cæſari ſe permittere cogitur. Palatinus cum ingenti exercitu, ſecundo Danubij amne, aduectus, Neomarcham recuperare nititur, ſed à Cæſarianis repulſus, in Hirſbergenſis Comitis agros, ex quibus poſtmodum Epiſcopatus Aichſtadienſis auctus eſt, irruit, per

*Comitatus Hirsbergenſis.*

ruit,per totũ octiduum omnia ferro & igni obuia euaſtat.Comes ab Oetingenſi ſocero auxilia accerſit, eq; vicinis locis omnes,qui cum Cęſare ſentiebant,contrahit,& ſatis magno exercitu hoſtem in fugam conuertit,& ex eorum agro,qui Rudolpho aut parebát, aut militabant,prædas agit. Ante annum exactũ Rudolphus Cæſaris filius,celebratis Lutetię Parrhiſiorũ nuptijs cum Blanca vxore, Viennam venit.Sequenti anno Auguſtani,& reliquarum ciuitatũ auxiliarij Suabeccium,eo tempore quorundam ex rapto viuentium ſedem,expugnant.Rudolphus verò propè jam bello exhauſtus, cum ab omnibus deſertum ſe videret, pacem & veniam ſupplex petit, & exorante pro eo matre impetrat, numerata ſatis magna pecunia.Mox vti æs alienum exolueret,pecuarium cẽſum, quem vulgò Kloſteüram, id eſt vngularum exactionem vocant, rem ante hac inuſitatam indicit.

*1301. Rud. Palatinus Alberto conciliatur.*

Hoc ipſo tempore Budæ moritur Andreas rex, & Hungariæ proceres,magna diſſenſione,de nouo rege creando, inter ſe certabant.Erant qui Carolum Robertum,Caroli Apuliæ regis filiũ, ex ſorore Alberti Clementia natũ,qui Andrea adhuc viuente,Pontificis Romani auctoritate fretus,in Húgariã venerat,regem agnoſcebant. Quidam verò legem à Põtifice præſcribi (qua ſibi ius eligendi regis adimi interpretabantur) ęgrè ferentes,ad Venceſlaum Bohemiæ regem reſpiciebant. Eius tum res maximè florebant, nam & Poloni, pulſo Vladiſlao, Loctico ab inſigni ſtaturæ breuitate(quaſi cubitalem dicas)ita apellato,regnum ad eum detulerant. Ille miſſis Buda legatis,qui regem eum ab Hungaris eſſe electum dicerẽt, gratias agit, duorum ſe regnorum adminiſtratione diſtentum,nihil vltrà ambire, filium illis, ſi velint, ſibi cognominem regem daturum. Is igitur in Hungariam deductus,regno inauguratur,annum agens decimum tertium. Pontifex ea re offẽſus, omnibus illis, qui Carolo Roberto obſequium recuſabant, ſacrorum communione interdicit. Albertus item Cæſar Carolo prælatum eſſe Venceſlaum ægrè ferebat, à cuius patre ob fortunæ felicitatem & regnorum acceſſionem elatiore, parui ſe fieri putabat.Legatos itaq; ad eum mittens decumas argenti,quod ea tempeſtate apud Cuthnenſes eruebatur, exigit, quòd Boëmiæ regem pari iure cum cæteris Imperij principibus teneri diceret. Rex verò legatis reſpondet, præter honorem nihil Cæſari deberi à Boëmiæ rege, quo ſi contentus eſſe nollet,paria à maioribus regni iura, &

*Andr. Hung. rex moritur.*

*Carolus Robertus.*

*Venceſlaus Iunior fit rex Húgariæ*

Ayuntamiento de Madrid

ra & immunitates pro viri:i tueri in animo ſe habere. adjecit etiam dicteria quædam, in Alberti ærarium, non ſatis inſtructum. Cæſar igitur exercitum in Sueuia ipſe conſcribit, cum quo in Boëmiæ fines ingreſſus, Rudolphum filium cum Auſtriacis, & ijs qui ex Caroli factione aderant Hungaris, per Morauiam ad ſe venire mandat, quem, poſitis ad Budeuitium caſtris, expectat. Rudolphus interim Morauiæ agrum depopulatur, & Germani aliquot, Cuthnam vſque prędatum excurrentes, à Boëmis montanis foſſoribus magna clade afficiuntur, ſcoria enim & alijs purgamentis in aquas conjectis, quotquot ex ijs biberunt, magnis inteſtinorum tormẽtis enecti ſunt. Cęſar verò, aſſiduis imbribus, & magna cœli intemperie, coactus è Boëmia diſcedere, ad Rheni orã ſe contulit. Sunt, qui conſultò vtrinque ab armis ceſſatum eſſe volunt, cùm nec regem Cæſar quieſcentem vltrà laceſſeret, nec ipſe retrocedentem hoſtem inſequeretur. Andrea mortuo, vti diximus, Hungari quidam tumultuantes, Agnetem eius vxorem viduam, Alberti filiam, vnà cum infante eiuſdem nominis, in cuſtodiam abdiderant, in qua non ſatis pro dignitate habita, frequentes ad patrem literas cum querelis mittit. Itaque ineunte ſequentis anni vere, Hermannus Landembergicus cum magno exercitu in Hungariæ fines miſſus, Poſonium (vulgò Preſburgũ) & D. Martini montem eodem tempore obſidione cingit. Hũgari igit, vti defungerentur hoc bello, vtramq; reginam cuſtodia liberatam, ad Cęſarem mittũt. Ambę poſtea in monaſterio Kunigsfeldenſi ętatẽ, procul aula & hominũ ſtrepitu, egerunt. Inter hæc Bonifacius pontifex Alberti electioni nõ ſubſcribens, multa in eũ quotidiè machinabatur, & Carolũ Valeſium, Pulchri regis fratrem, ad ſe vocatum, reb⁹ imponere volebat, quod cùm ob Cardinales quoſdam aduerſantes non auderet, Eccleſiæ & patrimonij Diui Petri pręfecturam ei cõtulit, neq; ante ortum inter ipſum & regem Galliæ diſſidiũ cum Alberto in gratiam redijt. Id ita cõtigiſſe inuenio. Habebat in animo Bonifacius, Balduinum Imperatorem Conſtantinopolitanũ, paulò antè expulſum in priſtinã dignitatẽ reſtituere. Ad eam rem, miſſo in Galliam legato, auxilia à rege petebat. Rex Flandrici belli impenſas excuſabat, cui legatus, ſi negare auxilia pergeret, eccleſię cenſurã minabatur. Iratus rex, capi legatum mãdat, & ab eo tempore, quicquid per totum Gallię regnũ pontificij iuris habebatur, pro ſuo vſurpare cœpit, & ne quid ex ijs Romã aliquà perferatur, edicto

*Albertus Cæſ. bellum in Boëmiam mouet.*

*1302. Hermã. Landẽbergicus Poſonium obſidet.*

*Balduinus Imp. Conſtãtinopol.*

*Rex Galliæ pontifici ſuccenſet.*

Ayuntamiento de Madrid

edicto cauet, Epiſcopos pontifici obnoxios officio mouet, alios in eorum locũ ſubſtituit. Pontifex iterum Cardinalẽ ad ipſum legat, vtq; regni iura abs ſe ſuſcipiat, ſuoq; beneficio accepta ferat, iubet. Rex ſuis legatum finibus ſtatim abire imperat, ſeq; ſuſpendio daturum, quicunque ea de re legati mitterentur, affirmat. Bonifacius igitur Pulchrum diris deuouet, hæreticum proſcribit, regno abdicat, Albertum non tantùm Cęſarem declarat, ſed & Galliarum regem eſſe jubet. Is verò, quod videret, non ſua, ſed vindictæ à Gallo ſumendæ cauſa, hæc ab eo fieri, & de eius animi conſtantia dubitaret, neque pro Galliarum rege ſe gerere, nec arma in ipſum ſumere voluit. Pontifex poſteà Anagniæ, à Galli præfecto, Gulielmo Nogareto, (quem Scara Columenſis, & Gibellini occultè adiuuabāt) circumuentus capitur, & quamuis peiora timeret, Romam deducitur, vbi non multis diebus poſt, animi ægritudine è viuis deceſſit, anno eius ſeculi tertio menſe Octobri. *Diſſidium inter Bonifacium pōtificem & Gallorum regem.* *1303.* *Pontifex captus Romā ducitur.*

Sequenti anno, cùm frequentes ex Hungaria nuncij attuliſſent, Carolum Robertum à quorundam optimatum factione adiutum, iterũ imminere regno, & in maximo diſcrimine verſari Vẽceſlaum; pater, ne & regnum filius, & cum regno vitam amitteret veritus, ingẽti comparato exercitu, Budam ducens, filium regem vnà cum regni corona, quæ Hungaris ſacra habetur, ad ſe euocatum in Boëmiam abduxit. Venceſlao (quem Hungari Ladiſlaum dicebant) extrà regni fines profecto, Caroli Roberti res jam ſuperior eſſe videbatur, & per eos dies legatus Pontificius aduenerat, Nicolaus Oſtienſis epiſcopus. Is, cùm, omnibus Carolum Robertum, non vti legitimum regem agnoſcentibus, ſacrorum vſu interdiceret, eorum factionem, qui electionis ius hoc modo ſibi per vim eripi dicebant, ita cõmouit, vti nuncios ſtatim ad Ottonem Bauariæ ducem, è filia Belæ Quarti natum, mitterent, eumq; ſi ſacram regni coronam à Venceſlao in ſuam poteſtatem transferre poſſet, regem eligerent. Otto igitur, ne ſibi deeſſet, in Boëmiam profectus, apud Venceſlaum patrem graui morbo decumbentem, prece & precio effecit, vti corona ſibi, & quicquid iuris in regno Hungariæ filius Venceſlaus habebat, traderetur, & ſequenti anno in Regnum profectus, cùm coronam oſtendiſſet, ab Hungaris coronatus eſt. Dum hæc in Hungaria fiunt, interim in Bauaria Rudolphus Palatinus, aduerſo de Machtildis matris cum *1304.* *Carolus Robertus.* *Nicolaus Oſtienſis Epiſcopus P[on]tificus legat⁹.* *Otto Bauar⁹ fit Hungariæ Rex.*

Cunrado

Ayuntamiento de Madrid

*Cunradus Otlingerus.*

Cunrado Otlingero, Mulhuſij præfecto, conſilijs quibuſdam rumore, in ſuſpicionem adductus, vtrumq; & Ludouicum fratrem adoleſcentem in arce Schiltberga capit; Cunrado Monachium in vincula abducto, arces & oppida quæ mater à morte mariti tutorio titulo poſſederat, occupat, fratris tutelam in ſe recipit. Machtildis vt erat aſtuta, neceſſitatem in rationem conuertit, dolorem atq; angorem animi diſſimulat, mille duntaxat libras aſſium Monacenſium, & paululum vini frumentiq;, quibus victitet, ſupplex petit. Annuit poſtulatis Rudolphus, atq; vt hæc Cæſareo diplomate cõfirmentur, Machtildis ad fratrẽ ꝓficiſcitur. Et vbi Höchſtadium peruenit, atq; à filij poteſtate ſe liberam eſſe videt, pactis ſtare detrectat, nec ſe teneri fædere vllo, quod vi, contra ius gentium, aduerſus vinculum maternæ pietatis extortum ſit, cauſatur, ſe fraude circumuentam, armisq; coactam vociferatur. Rudolphus vbi ſibi matrem impoſuiſſe ſenſit, iram omnem in Conradũ, cuius ſuaſu iſthæc fieri dicebat, vertit, eumq; capite plecti iubet. Machtildis ſuas de filio querelas ad fratrem Cæſarem defert. Rudolphus, miſſis & ipſe ad auunculum legatis, factum purgat, Cunradum digno factis ſupplicio affectum dicit, quòd diſcordiarum inter ſe & matrem auctor fuiſſet, & conſuetudinem maiorem, quam quæ honeſtati aulæ conueniret habuiſſet: Albertus Nordlingam ad ſe vocatos audit, res omnes componit, & quòd Palatini ditio magno ære alieno, & mergentibus ſortem vſuris ferè oppreſſa eſſet, matrem cum vtroq; filio in aula ſua viuere jubet. Machtildis paulò pòſt ęgritudine animi (vti putabant) diem obijt, hæc ex Auentino. Eodem ferè tempore & Venceſlaus, Boëmiæ rex, è viuis diſceſſit, relicto hærede filio Venceſlao.

*Otlingerus capite plectitur.*

*Machtildis moritur.*

Diximus paulò ſuperiùs nonnihil de Thuringiæ rebus. Eæ ab Adolphi Cęſaris obitu nihilò quietiores erant. Cùm enim Alberti Marchionis filij, hæreditarias ditiones iniquo contractu à patre alienatas retinere, quæq; amiſſa erant, recipere conarentur, contrà Philippus Naſſouius, ab agnato Cæſare illic cum exercitu relictus, rerum ſuarum ſatageret, ſubditi pars cum hoc, pars cum illis ſentirent, factum eſt, vti omnia varijs motibus miſcerentur. Tandem cùm Iſenacenſes bello à Marchionibus repetiti, querelas ad Albertum Cæſarem detuliſſent, is Fuldam Marchiones, patremq; eorum cum Iſenacenſibus ad ſe venire iuſſit. Venit eò pater, quem ob malè

Ayuntamiento de Madrid

malè adminiſtratam rem, Cæſar multis verbis obiurgauit. Filijs verò, quòd non veniſſent, grauiter ſuccenſuit, contumaciter id ab illis fieri, ſeq; prima occaſione in Thuringiam venturum interminatus eſt. Inter hæc Venceſlaus, Boëmiæ Rex, à patre laudatiſſimo degenerãs, priùs in Hungaria vino & voluptatibus delibutus, in ſocordiam delabitur. *Venceſlaus Rex Boëmiæ degener.* Atratas veſtes luctus inſignia ante tempus deponit, combibonibus multa paſſim lagitur, contra procerum omnium voluntatem, Violam, Ducis Teſſinenſis filiam ducit, *Viola Teſſinenſis.* ſola eius forma captus, nec Poloniæ regnum vt illud in fidem reciperet, aut ſecũdum patrias leges coronam acciperet, adit. Qua eius negligẽtia animaduerſa, Vladiſlaus Locticus anteà pulſus, in regnum redijt, cuius conatui vti obuiam iret, vix tandem à primatibus inductus, rex Olomucium peruenit, Morauiæ oppidum, relicto ad regni gubernacula Henrico Carinthiæ Duce, cui Annam ſororem matrimonio coniunxerat. Ibi à milite quodam percuſſus, perijt, biennio poſt patris obitum. *Venceſlaus cæditur.* *1306.* Cunradus quidam Thuringus cum gladio cruentato deprẹhẽſus, antequam aut facinus, aut facinoris cauſam edere poſſet, ab aulicis diſcerptus eſt. Cæſar, allato eius rei nuncio, iter in Boëmiam parans, & à Naſſouio, & à Marchionibus literas accipit, quibus ille ſignificat, Imperio ſeſe loca quẹdam in Thuringia aſſeruiſſe, quẹ niſi prẹſens feratur auxilium, ne amittantur, vereri, compeſcendos eſſe Marchionum conatus. Illi vim ſibi fieri queruntur, auitam hæreditatem eripi, Cæſarem iuſtæ cauſæ vindicem implorant. Reſpondet Cæſar, Boëmicum iter prẹuertendum eſſe, pòſt adfuturum ſe, & in re prẹſenti iudicaturum, paciſq; conditiones laturum. Naſſouiũ verò oppida, quæ habebat, munire interim & defendere iubet. Interim Boëmię proceres, extincta in Venceſlao regum familia virilis ſeminis, de nouo creando rege, conſilia Pragæ ineunt, *Regum Boëmorum familia extincta.* nominantur duo: Rudolphus, Alberti Cæſaris filius, & Henricus Carinthius, Tirolenſium dominus. Diſſidentibus procerum ſtudijs, Venceſlai regis ſorores, Anna & Eliſabetha, in comitia veniunt, vti ſui ratio habeatur, orant. Itaque Henricus, Annæ maritus, in regem eligitur. *Henr. Tirolenſis fit rex Boëmiæ.* Cæſar verò, relicta Boëmia, Norimbergam, conuentu edicto, principes conuocat, & in eorum concilio pactum, quod Auſtriacis cum Venceſlao, poſt occiſum eius patrem Ottocarum, interceſſerat, commemorat, electionem non accedente Imperij auctoritate fa-

*Heinrici electio habetur irrita.* ctam, nullius momenti eſſe docet, Henricum proſcribit, & Rudolphum filium ſuum declarat regem. Henricus verò, impetrato à Stephano Bauariæ duce auxilio, firmare ſibi regnum ſatagebat. Cæſar, ſoluto Norimbergæ conuentu, Altemburgum Myſorum profectus, Fridericum Marchionem ad ſe vocat, eiq;, verbis caſtigato, ſpem facit fore, vti diſceptatis controuerſijs, pacis leges dicantur, quas culpare non poſſet. Eodem illo die, Friderico in hoſpitio cœnanti, miles quidam gladij cuſpidem intentans, ſed ciuis *Fidelitatis in ſubdito exēplū.* Fribergenſis ſe obiecit, ac vulnus accepit, vt Dominus ſuus ictum declinare poſſet, reus ab eius miniſtris ſtatim interfectus eſt. Fridericus id periculum, à Cæſare ſibi ſtructum perſuaſus, mutato habitu, oppido exceſſit. Capti fuêre in hoc tumultu ex ipſius familia nonnulli, quos Cæſar dimitti iuſſit. Sunt, qui cæſos eſſe aliquot affirmant. Cæſar indè Fribergam abiit, vbi ciues in eius verba iurauêre. Non multò poſt, duobus conſcriptis exercitibus, in Boëmiam ducens, ipſe Lunam oppidum vno, Rudolphus Iglauiam altero occupat, deindè, diuerſo itinere profecti vterq; iun*Henric. è regno fugit.* ctis exercitibus, Pragæ imminent. Ante illorum aduentum, Henricus, viribus imparem ſe videns, per Bauariam cum vxore in Noricum & Tirolenſem agrum abierat. Rudolphus itaq; Pragam ingreſſus, nemine ob metum intercedente, ab iis qui aderant in re*Rudolphus Auſtriacus in regē Boëmiæ coronatur.* gem electus, & à Moguntino coronatus eſt. Vxor eius Blanca ante annum, abſq; vlla prole ſuperſtite, obierat Viennæ, vbi ad Minores ſepulchrum eius viſitur. Rudolphus igitur, quòd multos regni proceres cum Henrico ſentire, eamq; ob cauſam electioni non adfuiſſe ſciret, vti omnium ſibi animos conciliaret, Eliſabetham, *Rudolphus ducit Venceſlai viduam.* Venceſlai maioris relictam viduam, cui ob vitæ morumq; probitatem Boëmi addicti erant, vxorem duxit. Iamq; regnum ſatis ſibi confirmaſſe videbatur, eratq; in eo non exigua ſpes benè adminiſtrandæ rei, ſi viuere eum diutiùs voluiſſet DEVS. Cùm enim, anno in regni gubernatione nondum exacto, proceres quoſdam rebelles armis aggreſſus. Horaſditium oppidum tormentis & operibus oppugnat, ex nimio fructuum æſtiuorum eſu in morbum *1307.* incidit, cumq; ex caſtris, re infecta abire, & requiem ſibi permitte*Rudol. rex moritur.* re nollet, ex profluuio ventris obiit. Ita Boëmorum annales habent, etſi non deſunt, qui mortem ipſius, ſumpti veneni ſuſpitione non caruiſſe, aſſerunt. Corpus eius vxor Pragæ, in palatij templo

Ayuntamiento de Madrid

plo regio funere ſepeliri mandauit. Commendatur in eo pietas, & morum commoditas, à quibuſdam Mitem cognomento dictum inuenio. Interim Otto Hungariæ Rex, dum vt regem ſe præſentem oſtenderat, pleraq; regni loca perluſtrat, à Ladiſlao Tranſſyluaniæ rectore hoſpitio exceptus, cuſtodiæ traditur. *Otto Hungariæ rex capitur.*

Circa hæc tempora frequens de Iudæis rumor omnes Franciæ orientalis, quaſdam etiam Sueuiæ, & Bauariæ ciuitates peruagatus eſt: reperti inter eos dicebantur, qui in relligionis noſtræ ignominiam, ſacras hoſtias piſtillis cõtudiſſent, cultris laniaſſent, & indignis modis tractaſſent. Itaq; vulgus eo tam nefario illorum ſcelere incitatum, paſſim in Iudęos ſęuire, ipſos fortè oblatos trucidare, bona eorum diripere, domos, quæq; agi atque ferri non poterant, ſubruere. Nec deerat, inconditæ hominum multitudini, qui ducem ſe præberet, homo aut ſceleſtus, aut inſanus (vulgò Rindfleiſch vocabant.) Is ſe, vti Iudæorum impiam gentem è medio tolleret, à Deo miſſum ferebat. Credita res eſt, cõcurrunt paſſim ex oppidis & agris multi, qui eius furoris ſatellites ſe præbent, æduntur multæ in calamitoſam gentem cædes & lanienæ, neque erat qui tàm effuſam hominum licentiam cohibere poſſet. Cum primùm remiſit furor, Cæſar ſeuerè in quoſdam eius concitatores animaduertit. Ea re multorum hominum odium incurrit, qui Iudæos tanti non eſſe dicebãt. Illi verò ignorabant, non cuiuis ex plebe, ſed magiſtratui ius gladij eſſe traditum. *Iudæorũ in religionem Chriſtianam facinus.* *Rindfleiſch. Iudæorũ perſecutor.* *Ius gladij cui datum?*

A morte Rudolphi, in Boëmia res iterum ad Henricum inclinare videbantur, adnitente pro eo Ioanne Præſule Pragenſi. Ciues verò Pragenſes, & alij quidam Fridericum Auſtriacum, Cęſaris filium, ob vicinitatem ſimul & potentiam Henrico præferebant. Cæſar igitur, cùm Henricus iterum per Bauarorum agros in Boëmiam penetraſſe diceretur, arma illuc mouens, inter Cuthnam & Coloniam oppida, caſtrametatur, vtroque loco fruſtra tentato, cùm diſceſſum pararet, præter ipſius & aliorum ſpem, Eliſabetha in caſtra ad eum venit, vtq; ſe, duorum regum viduam ſocer, in fidem tutelamq; ſuſcipiat, obteſtatur, arceſq; ei, & oppida, quæ habebat, tradit. Cæſar, collocato in illis præſidio, & quæ futura vſui in proximum annum putabat ordinatis, cum reliquo exercitu inferiorẽ Bauariam ingreſſus, populationibus agros fœdat, ob præbita Henrico auxilia. Inde in nepotum Palatinorũ ditionem pro- *Albertus iterũ in Boëmiã ducit*



Ayuntamiento de Madrid

fectus, aſſumpto ſecum Ludouico, in Sueuiam perrexit. Baſileæ cùm ageret Cæſar, vitę periculum propè adiit. Clemens Quintus, qui anno ſupra mille trecentos quinto, ad Pontificatum peruenerat, Baſileæ Epiſcopum creauerat, Ottonem Granſeium ex Burgundis ortum. Huic Cæſar regalia, quæ vocant, concedere (quam neſcio ob cauſam) hactenus recuſauerat. Hanc moram ægrè ferens Epiſcopus, conſilium capit temerarium, neque ſe dignum. Statuit enim Cæſarem præſens adire, ſuarumq; ditionum, quas Imperij beneficio obnoxias habebat, cõfirmationem petere, quæ ſi iterum negaretur, ſua eum manu interficere. Itaque, obfirmato animo, ad Cęſarem ingreditur. Sed quòd Germanicè neſciret ipſe, interpretem adduxerat Hugonem à Sole, ciuem primarium, quem de animi propoſito haud prorſus celauerat. Ad primum ingreſſum, Cæſar Epiſcopum ſtatura ſupra mediocrem inſigni videns, quid ſibi velit procerus iſte ſcholaſticus, interrogat? Rogatus ab Epiſcopo, quid Cæſar diceret, interpres dextrè admodum reſpondet, dixiſſe, alia ſibi nunc præuertenda, cras redeundum. Otto igitur, actis ſua lingua gratiis, abiit, hæc propè ad verbum ex Chronico Baſileenſi. Albertus de periculo admonitus, ſummo mane vrbem egreditur, & in Ergouiam profectus, cum ſuis de eo præſulis conſilio conqueritur, vindicta conceptæ animo cædis in idoneum tempus dilata. Anno demum octauo eius ſeculi arma in Epiſcopum ſumit, Fürſtenſteinam arcem obſideri per præfectos ſuos iubet. Otto grauem ſibi iram Cæſaris eſſe videns, veniam & pacem exorandam putabat, & obſeruato tempore, quo Eliſabetha Cæſaris vxor, præter Baſileæ ſuburbium, Rhinfeldam pergeret, ad currum adequitans, eam ſibi deprecatricem conciliare parabat. Non fefelliſſet eum ſpes, ſi ad illam, quæ pacis ſtudioſa ſemper fuit, accedere licuiſſet. Aulici eum Auguſtę comites aditu prohibebant, inter quos Cunrad⁹ quidam, familia Monachus, equos currum trahentes, flagris impulit, ita luto adſperſus, & ludibrio habitus, re fruſtra tentata, diſcedere coactus fuit.

*Clemẽs Quintus.*

*Otto Granſeius Baſileenſis Epiſcopus.*

*Eius cõſilium de occidendo Alberto Cæſ.*

*1308.*

*Eliſabetha pacis ſtudioſa.*

Albertus verò periculum, quod Baſileæ euaſerat, ducentibus ita fatis, alibi cauere non potuit. Nepos erat illi ex fratre Rudolpho, & Agnete, Ottocari filia, Ioannes, quem Cæſar à puero apud ſe cum liberis ſuis educauerat. Is tutelæ iam annos egreſſus ſibi videbatur; itaq; & ipſe aliquoties, & per alios paternæ hæreditaris ditiones,

*Ioannes Auſtriacus.*



Ayuntamiento de Madrid

ditiones,aut earum partem, imprimis verò Kiburgenſem Comitatum, ſibi tradi flagitabat. Patruus & vitam agnati, & ditiones bene ſibi concreditas eſſe reſpondebat,neque ipſi,quæ tantoperè peteret,negatum iri,ſimul ac ad ætatem, eamq; vitæ frugem perveniſſet,vti ſuis præeſſe cum dignitate poſſet.Nunc verò in ea ętate,id eſſe ingenium,eos mores,qui rectore adhuc indigerēt.Hanc repulſam malè admodum concoquebat imperandi appetitu ęger adoleſcentis ſtomachus. Accedebant ad hæc inquieti quidá conſultores,Alberto priuatim ſuis quiſque de cauſis offenſi. Hi malè affectum eius animum ſuis tanquam ſtimulis excitabant, & currenti ſua ſponte equo calcaria addebant identidem ingerentes: Indignum eſſe, Albertum ſuis tantùm filiis (quos habebat multos) quo iure quaq; iniuria,ꝓuincias, oppida,arces,prædia,opesq; parare, fratris filium paterna hæreditate fraudare,vix quæ ad neceſſarios vitæ vſus pertineant habentem,vti mercede conductũ, aulicæ menſæ aſſeclam circumducere, auarum ipſum, alios qui ſua efflagitent, prodigalitatis inſimulare, Hæc & alia his ſimilia Ioanni aſſiduè inculcata, odium in patruum conceptum exaſperabāt.Erat inter cæteros eius incentores Vvalterus Eſchibachius, antiqua nobilitate,diuitiisq;,& multorum clientela præ cæteris pollens.Is præter ea,quę Principis nomine petebat, ſibi etiam aliquot municipia,in quibus ius ſe habere putaret, reſtitui poſtulabat,ſuaq; in eius familiam merita,& parentis vitam illi impenſam commemorabat.Sed hæc omnia fruſtra fiebant. Ne tamen nihil non attentaret Ioannes, Epiſcopum Argentoratenſem, ſibi cognominem(qui Cæſari ab Epiſtolis erat)vti iterum pro ſe intercedat,orat.Is Calendis Maij Cęſarem manè accedit,Kiburgi Comitatum Ioanni tradi poſtulat,Albertus expeditionem ſe in Boëmiā parare reſpondet,in qua centum equitibus nepotem eſſet præfecturus, eoq; bello defunctus, arces illi nonnullas attributurus. Statuerat Albertus eo die vxorē Elizabetham,& Agnetem filiam Vngariæ Reginam inviſere,eæ tum Rheinfeldę,ipſe cum ſuis Badenæ erat. Ientaculo igitur parato, antequam menſæ accumberet,Ioanni nepoti,& qui cum eo erant, ſingulas corollas ex floribus conſertas,diſtribuit. Id fortaſſe ob anni tempus temerè ab eo factum,in inuidiam vertit Ioannis factio, quæ id ab eo fieri, vti magis hoc muneris ipſis conuenire, quàm quod poſtulabant ſignifi-

*Paternā hæreditatē ſibi tradi poſtulat.*

*Malorū conſilio ſeducitur.*

*Vvalter⁹ Eſchibachius.*

*Quod Cæſar bono animo facit, hoc ei ſiniſterrimè interpretatur.*

*Coniuratio in Albertum Cæſarem.*

gnificaret,interpretabatur. Princeps verò vix lachrymas tenebat, et depoſita in menſam corona, ientaculo abſtinebat. Mox ipſe, Vvalterus Eſchibachius,Rudolphus Vvarthius,& Vdalricus Palmenſis,paucis pro tempore verbis vſi, coniurationem de Cæſaris nece dudum factam, iterum confirmant, exequendi tempus adeſſe dictitant.Sumpto ientaculo,Cæſar iter ingreditur, quem comitantur inter alios Ioannes,& cæteri coniurati.Cùm propè Vindoniſſam,celebrē olim Romanorum coloniam, nunc humilem pagum ad Ruſam,olim Vrſam,amnem, ventum eſſet, vbi naui ad reſtim adligata,& homines & equi traijcere ſolent,coniurati omnium primi tranſeunt,eos Albertus ſequitur.Cumq́;,per apertum equitans campum,cum Caſtellio quodā pro more confabularetur,cōiurati,verſis repentè equis,in eum irruunt, primusq́; Vvarthius: quouſq; tandē,inquit,cadauer illud obequitare patiemur? ad quę Ioannes; iam inquit,videro,ſiſne mihi hęreditatem paternam daturus.Ea voce tāquam claſſico audito, Ruſſelingus,Vvarthij famulus,fræno equum Cæſaris retinet, & Ioannes accurrens, vulnus eius colo infligit, Vvarthius enſe latus haurit. Palmenſis caput ictu diffindit. Eſchibachius, etſi præſens ſpectator aderat, manum tamen Cæſari abſtinuit. Is verò equo delapſus, humi in gramine obiit. Sunt qui publicum ſcortum ex commiſeratione accurriſſe,& morientis caput gremio impoſuiſſe,adfirmant. Inter eos,qui amnem nondum traiecerant, Leopoldus quoque, Cæſaris filius erat, qui, audita patris cæde, ſuorum ſuaſu Badenam rediit. Hunc tam miſerabilem vitæ exitum habuit Cæſar, belli gloria Triumphatoris cognomen promeritus, & qui tot bellis à potentiſſimis hoſtibus inuictum ſe præſtiterat, nafario ſuorum parricidio peremptus,jacuit. Corpus eius in cœnobio Vvettingenſi ſepultum eſt, vnde pòſt annum & tres menſes effoſum, Henrici Septimi Cæſaris iuſſu,vnà cum Adolphi corpore,Spirę Romanorum tumulo illatum eſt. Ita quibus inter ſe viuis conuenire non potuerat, alma tellus commune omnium ſepulchrum materno ſinu mortuos complexa eſt, & ita coniunxit, vt vix palmo inter ſe diſtent. Alberto Cæſari fortitudinis, induſtriæ, veritatis, animiq́; excelſi,& à ſæuitia alieni,nec vīdictæ nimis auidi laudem tribuunt multi,vnum in eo ſtudium prolatandæ ditionis repręhenditur,quo bella nō ſemper neceſſaria ſuſceperit. Tria potiſſimum hominum

*Vindoniſſa.*

*Albertus Cæſar occiditur.*

*Alb.Triumphator dictus.*

*Alberti attributa.*

Ayuntamiento de Madrid

hominum genera, vtpote, pudicas fœminas, deuotum clerum, & ſtrenuos milites, in ſumma veneratione, e contra bilingues & delatores maximo odio habuiſſe, memoria ꝓditum eſt. Filios ex vna cõiuge Eliſabetha, q́; vnicè ſemper dilexit, viginti vnũ habuiſſe dicunt, quorum in infantia nõnulli, Rudolphus quoq; ante patrem obiit. Superſtites fuere Fridericus, Leopoldus, Albertus, Otto, Henricus, de quibus ſuo loco dicemus; Agnes Andreæ Hungarię regis; Catharina, Caroli Calabrię principis; Eliſabetha non Theodorici Lotharingi, vt quidam tradunt, ſed Friderici eius filij; Anna Hermanni Brandemburgici Marchionis; & Gutta, Ludouici Oetingenſis Comitis, vxores. Coniurati, cæde perpetrata, primò in arcem Koburgum, hinc alij aliò ſe conferunt. Eſchibachius arcibus omnibus, & fortiſſima inter eas Schnabelburgo, ab Alberti filiis expugnato nunquam amplius tutus, profugus in Vvirtembergenſem agrum euaſit, vbi à nemine agnitus, bubulcum mercenarium egit trigintaquinq; annos, ruſtico cultu, & vita agreſti inter pecudes habitus, neq; ante extremum vitæ diem ſe prodidit, hoc vltima confeſſione cõſecutus, vti honeſtiore loco ſepeliretur. Palmenſis in Baſileæ ſuburbio diu delituit, pòſt in arce ſua Altabura animi ęgritudine, & neceſſariorum penuria contabuit. Rudolphꝰ Vvarthius, cùm in arce Falckenſteina aliquandiu delituiſſet, ad Theobaldum, Blamontij Comitẽ, in Burgundiam profugit, Romã cogitans, vti expiati illic parricidij veniam conſequeretur. Theobaldo (ſiue cum aliis Diepoldũ vocem) vxor erat ex Veringenſibꝰ, Alberto cognatis. Ea, facinore illius cognito, apud virum egit, vti Vvarthius cum famulo (quem vnicum habebat) captus ad Leopoldum mitteretur, qui illum adducenti magnam pecuniæ ſummam conſtituerat. Theobaldus, veterem amicum hoſpitẽ & ſupplicem prodidiſſe viſus, magnã ex hoc facto infamiam, multorũq; odium iucurrit, Mercator vulgò cognominatus. Ruſſelingus Enſishemij rotæ impoſitus eſt. Herus eius cum Baſileam perductus eſſet, ſpei aliquantulum conceperat fore, vti vel dimitteretur, vel illic in cuſtodia diutiùs adſeruaretur, quòd in ea vbe non pauci eſſent, qui epiſcopi partes contra Albertum fouerant. Sed tam fœdi ſceleris exemplũ, omniũ animos à parricidarũ amicitia auerterat. Itaq; Vitodurum ducitur, vbi ſupplicio admotus, primùm negauit cędem abs ſe factam, mox vero victus: non Cæſarẽ, inquit, occidimus, ſed meritas ab homine ſanguinario pœnas exegimus, qui

*Alberti Cæſ. filij*

*Vvalterꝰ Eſchibachius.*

*Vdalricus Palmenſis.*

*Rudolphus Vvarthius.*

*Theobaldus Mercator.*

*Excuſatio Vvarthij.*

 Adolphum,

Ayuntamiento de Madrid

Adolphum, legitimis ſuffragiis electũ, cum meliorem ſe ferre non poſſet, nefario bello occidit, lęſæq; maieſtatis, & à Pontifice Rom. & ab ipſis Electoribus, quos ſuſcepti belli auctores videri voluit, condemnatus eſt. Hæc & alia dicentem, nemo ſecundis auribus audire potuit, neq; enim ſupererat aut excuſando aut purgando ſceleri locus; nam præter Auſtriacorum animos, vindictæ auidos, Henrici quoq; Cæſaris ſententia accedebat, qui ne exemplũ illud trucidandi Cæſaris, alij impoſterùm ęmularentur, quicunq; cędis conſcij erant morti addixerat. Vvarthius igitur, equi caudæ illigatus, & ad locum, ſupplicio deſtinatum, protractus, viuus in rotam agitur. Triduò vixiſſe in rota ferunt. Vxor eius miſerabiles edidit plorat⁹, precesq; ad Deum pro eius ſalute effudit, neq; à loco auelli potuit, donec maritus inter diros cruciatus animam reddidiſſet, magno coniugalis fidei & amoris exemplo. Baſileæ deinde reliquum vitæ in orationibus, & pietatis exercitio exegit. Caſtrum Vvarth, à Leopoldi milite funditùs euerſum, prædia eius cœnobio monialum Töſſenſium conceſſa ſunt. Iuuabant tum Auſtriacos, Sangallẽſis Abbas, & Tigurini, quibus ceſſêre in prædam loca aliquot prope Sylam fluuium, reliqua Auſtriacorum fuêre. Maior difficultas erat in expugnanda arce Farvvangæ, quam Palmenſis, cuius ea fuerat, & reliquorum coniuratorum famuli & clientes acerrimè defendebant, expugnata tandem, ſolo ęquatur, qui in ea viui reperti ad tres & ſexaginta, capite pœnas luerunt. Aliæ item arces occupatæ, nec à vindicta ceſſatum eſt, quoad omnes cædis conſcij, & affines aut dedêre pœnas, aut fuga ſalutem quæſiuêre. In hac necis paternæ vindicta, acerrimus executor fuit idem, qui periculo proximus adfuerat, Leopoldus, quem multi nimis atrociter exercuiſſe quęſtionem putabant, pœnamq; vnde culpa orta eſt, ibi ſtare debuiſſe. Sed mouit iuuenilem animum rei indignitas, & in perſequenda iuſta vindicta, vbi ſemel arma ſumpſeris, iræ modum facere, id verò dictu quàm re faciliùs. Eliſabetha eo in loco, quo maritus ceciderat, cœnobium magnis ſumptibus extruẽdum locauit, quod à Rege Romano Campum regium (Kunigſfeld) appellauit, vbi ipſa cum Agnete filia vixit, & quinquennio pòſt mortua eſt. Ioannes diu profugus, & mutato ſæpius habitu procul hominum cœtu per auia vagus, & ad Pontificem, qui Auenione tum erat, ſupplex venit, parricidij veniam orat. Pontifex de Cæſaris cęde, Cęſari cognitionem deberi, reſpondet, eum accedat iubet.

*Rud. Vuarthius rotæ impoſitus.*

*Cõiugalis amoris exemplum.*

*Cõiuratorũ arces expugnatæ.*

*Leopoldus acer paternæ cædis vindex.*

*Künigsfeld monaſterium.*

Ayuntamiento de Madrid

iubet. Ioannes nunc mercatoris, nunc ruſtici, interdum & mendici perſonæ ſeſe occultans, Piſas tandem ad Henricum venit, lugubri habitu, & commiſſi veniam ſupplex orat. Henricus etſi cædis auctores morte afficiendos cenſuerat, Ioannis tamen vitæ pepercit, cuius facti cauſam alij fuiſſe volunt, quod eum ſciret ex nobiliſſima familia ortum, neq; nullas omnino odij in patruum cauſas habuiſſe, alij ſatis magnam facti pœnam ab eo exolutā eſſe viſam putant, qui jam diu omnium egenus oberraſſet. Iuſſu igitur Cęſaris, Ioannes monaſterium, Auguſtiniani inſtituti Piſis ingreditur, vbi mortuus eſt. Vnus ex omnibus ſcriptoribus, Thomas Ebēdorſius ab Haſelbach, in hiſtoria, quam iuſſu Friderici Imperatoris ſe collegiſſe dicit, viſum à ſe aſſerit Neomarchæ, ſenem admodùm, & iam cæcutientē, qui huius Ioannis ex muliere plebeïa filium ſe diceret. Eam rem, cuius præter ipſum nullum alium auctorem habeo, neq; mea opinione confirmatam, neque pro vana omiſſam in medium relinquo. Hoc ferè modo cum coniuratis eo anno & pòſt actum eſt. Nos verò ad ea, quæ ab Alberti morte in Boëmia & Germania geſta ſunt, orationem conuertemus.

*Ioannes fugitiuus oberrat.*

*Ioannes paricida in monaſterium intruſus.*

Boëmię regnum Henricus Carinthius, cum Anna vxore Pragam reuerſus, ſolus iam abſq; competitore ſiue æmulo gubernabat. Fridericus enim Auſtriacus, cui poſt Rudolphum fratrem vita functum, pater id regnum armis aſſerere ſtatuerat, eo ipſo è viuis ſublato, ad Imperij dignitatem animum adiiciens, minùs jam de Boëmia laborabat. Is competitorem habebat Philippum Pulchrum, Gallorum regem, qui magna ambitione, multiſq; largitionibus ſummum decus à ſuis, vti ferebat, maioribus partum, & Germanis traditum ad ſe transferre nitebatur. Pontifex verò Electores per literes & nuncios exhortabatur, vti electionem maturarent, antequam rex aliquid moliretur. Ex ea re magnum regis odium Pontifex incurrit. Aliis igitur pręteritis, Henricus Lucemburgi Comes Romanorū rex, eo nomine ſeptimus, eligitur, ipſis Calendis Nouembris, & ſequentis anni initio, qui erat eius ſeculi nonus, Aquiſgrani ſolito ritu coronatur. Interim Henrico regni Boëmici poſſeſſio diuturna eſſe non potuit. Malo enim conſilio vſus, nondum ſuſcepta regni corona, neque firmis imperij radicibus adhuc actis, dum proceres ſuſpectos habet, & tanquam regni dubius, pecuniam ex Cuthnę argentariis confectam, domum mittit,

*Gallorum rex ambit Imperiū.*

*1309. Henr. Lucēbergicus fit Cæſar.*

*Henricus Carinthius Boëmorū odium incurrit.*

Ayuntamiento de Madrid

mittit, ſuorum animos ita exaſperauit, vti palàm de alio eligendo rege, cui Eliſabetha altera Venceſlai filia nuberet, cõſilia inter ſeſe agitarent. Henricus id veritus, maritum puellæ regiis nuptiis longè imparem, neq; ob id ipſum ad regnum aſpiraturum, obtrudere parabat. Ea re intellecta, Eliſabetha à proceribus adiuta, in tutum locum fuga elabitur, & Boëmi, miſſis occultè Francofurtum ad Cæſarem nuncijs, Ioanni eius filio regnum, & regiæ puellæ nuptias paciſcuntur. Mox etiam puella, quàm occultiſſimo potuit itinere, Spiram deſtinatum priùs locum, deducitur, vbi celebratis nuptiis Ioãnes, regni inſignibus à patre Cęſare acceptis, in regem confirmatur, & cum valido Germanorum exercitu Boëmiam ingreſſus, à Pragenſibus noctu intromittitur, deq; omnium ordinũ conſenſu coronatur, ſacros ritus peragente Moguntino, qui cum ipſo aduenerat. Henricus in patriam ſe recepit, vbi quietè viuens, abiecta regni ſpe, regis titulum, quoad vixit, vſurpare non deſtitit.

*Ioã. Lucemburgicus Cæſaris filius Boëmiæ rex coronatur.* *1310.*

Eodem tempore Cæſar Henricus, vocatis ad ſe Alberti liberis, vti Auſtrię, & Stirię imperio decederẽt, multis verbis perſuadere conatus eſt. Cumq; has prouincias magnorum ſępe bellorum cauſas prębuiſſe, & quinq; iam regibus fatales fuiſſe diceret, excedens ex conſilio Fridericus, videndum eſſe ait, ne ipſe, ſi ſe fratreſq; hæreditate exuere pergeret, ſextus ad illorum numerum accedat. Cęſar poſteà à principibus adductus, poſſeſſionem illis prouinciarum confirmat in has conditiones, vti in Italiam ituro ſibi cum ducentis galeatis pręſtò ſint. Hoc ipſo tempore dum Leopoldus Auſtriacus in Ergouia coniuratos, vti dictum eſt, eorumq; conſcios bello perſequitur, & Fridericus cum reliquis fratribus apud Cęſarẽ diutiùs commoratur, motus quidam in Auſtria à nonnullis proceribus excitatur, qui Ottonis Bauari Hungarię regis (is ex captiuitate elapſus in patriam redierat) auxiliis freti, nouis rebus ſtudebant, & Alberti filiis obſequia pręſtare abnuebãt. Horum conatus in ipſis principiis, ſine magno negocio oppreſſit Vdalricus à Vualdſee, Stirię pręfectus. Hinc rebus in Auſtria cõſtitutis, cum trecentis equis per Saliſburgici ditionem ipſo annuente, ingreſſus, in Bauariæ fines, qui Oeno contermini ſunt, omnia depopulatur, villas, pagos, & cauſas ruſticas exurit. Bauari vti vicẽ redderent, omnibus copiis contractis, Neoburgum, quod in Oeni ripa ſitum Auſtriacis tum parebat, ineunte anno vndecimo hyeme admodũ ſæua, obſedêre,

*Auſtriacæ prouinciæ ſæpè bellorũ cauſas dedere.*

*Auſtriæ proceres quidam tumultuantur.*

*Vdalricus Vualdſeius Stiriæ præfectus.*

& poſt

Ayuntamiento de Madrid

& poſt menſes quatuor, actis per metallarios ſub terra cuniculis, expugnârunt. Lambergicus præfectus, & qui cum eo in arce erant, igne in tecta coniecto, in arcē Bernſtainam auffugiunt, ſicq; Neoburgum in cineres & fauillas redigitur: Patauinus Epiſcopus intercedens, inducias in aduentum vſque Friderici impetrauit. Is de ſtatu rerum certior, domum aduolat, copias ex Auſtria, Stiria, & Carnis contrahit, Cunradum Saliſburgicum belli ſocium aduocat, ſub finem Iulij menſis, quindecim hominum millia in Bauariam ducit, Riethum oppidum atq; arcem ad detionem compellit, omnia circà ferro atque igni fœdat; hinc ad Oenum propiùs mouens Schardingam obſidione cingit. Otto & Stephanus fratres, Boïariæ rectores, mille quingentos equites, & ſexaginta peditum millia, ex agris cōtracta, adducunt. Auſtriaci numero impares caſtra incendunt, & relicta Schardinga, domum abeunt. Stephanus, Bauariæ dux, Landishutæ ſub finem anni moritur.

*Neoburgum in cineres redactū.*

*Frid. Auſtriacus Riethum capit.*

*1312.*

Anno ſequenti Eliſabetha cum filiis Auſtriacis Patauium venit, vbi conuentus de pace componenda decretus erat. Aderant & Rudolphus Palatinus cum Lodouico fratre, Cunradus Saliſburgicus, Bernardus Patauinus, & alij aliquot præſules. Henricus item Carinthius, Ortemburgici, & alij. Mox etiam venit Otto, Bauariæ dux. Ibi diſceptatis omnibus controuerſijs, captiui redduntur; Eliſabetha, Stephani filia, Ottoni Auſtriaco deſpondetur, & pax affinitate confirmatur. Interim Henricus Cęſar ignauię eos accuſans, qui ante ſe Rom. reges à Friderici Secundi temporibus in Italiam non iuiſſent, ad iter ſe parat. Comites illi ex Germanis principibus primi ſe iungunt Rudolphus Bauarus, & Leopoldus Auſtriacus. Magnis tum motibus Gibellinæ & Guelphæ factionum Italia æſtuabat, quas Pontifex à Cæſare quàm abs ſe pacari malebat, itaque Auinione in Gallijs manſit, erat enim & ipſe Gallus. In hac expeditione Cæſari magno vſui fuit Leopoldus, Mediolani enim cum mille quadringentis Germanis relictus, à Turrianorum molitionibus vrbem tutatus eſt, & poſt egregiè nauatam operam, Ioannis patruelis ſui parricidæ hæreditatem Cæſaris beneficio obtinuit. Cæſar, Genuæ cum eſſet, vxorem amiſit, hinc Romam profectus aduerſæ factionis ciues non ſine ſanguine vicit, & à Cardinalibus, coronam ſuſcepit. Cùm adhuc in Italia ageret, deſponſa illi Catharina, Alberti Cæſaris filia, Ticinum vſque ducta

*Pax inter Auſtriæ & Bauariæ principes.*

*Henricus Impe. in Italiam proficiſcitur.*

*Leopoldus Imperatori egregiam operam nauat.*

Ayuntamiento de Madrid

ducta eſt, ſed antequam nuptiæ fierent, Cæſar Beneconuenti, in agro Senenſi, à monacho quodam Dominicano, (hunc alij Bernardinum vocant, alij Ioannem de Montepolitano) ſacro pane, aut iuxta alios medicato calice peremptus eſt, annus eius mortis in his verbis compræhenditur.

*Henrici ſeptimi obitus.*

*1 3 1 3.*

HeInIrICVs à MonaCho CæsVs.

Cæſar vbi toxici vim ſenſit, monacho in aurem ſuſurraſſe, dicunt: O Domine, tu mihi calicem vitæ ad mortem dediſti, ſtatim hinc recede, ne ab amicis & miniſtris noſtris arreptus malo fine pereas, quin potius fuga ſalutẽ quęre, pœnitentiam age, & DEVM pro remiſſione peccati exora, quia nõ vult mortem peccatoris ſed vt conuertatur & viuat. Catharinam poſteà duxit Carolus, Calabriæ dux, Roberti Siculi regis filius. Henrico Imperatore, anno ſupra milleſimum trecenteſimum tertiodecimo, ad medium Auguſtum, è viuis ſublato, nihil ferè conueniebat inter Electores, quis potiſſimùm in ipſius locũ ſuccederet. Hinc duodecim menſium interregnum fuit, quo tempore Auſtriaci iterum, & Bauari inter ſeſe digladiati ſunt. Obierat ſuperiori anno Otto Bauariæ princeps, is ſuis & Stephani fratris liberis tutorem cõſtituerat Ludouicum agnatum. Sed proceres nonnulli Auſtriacos fratres ad obeundam tutelam ſollicitabant, & acceptis eorum auxiliis Ludouico repugnabant, qui tandem victor, inſtituto cum Friderico Auſtriaco Saliſburgi colloquio, pacẽ fecit. Moritur interim Clemens Pontifex, iamq; nec Cæſarem nec Papam habebat Reſpublica. Tandem Mogũtinus, ad Nonas Octobris anni decimiquarti, reliquos Electores Francofurtum conuocat. Ambiebat iterum Imperium Fridericus Auſtriacus, cognomento Pulcher. Huic aduerſabãtur Petrus Moguntinus, inclementiùs prędeceſſorẽ ſuum ab Alberto habitum memor, Balduinus Treuirenſis, & Ioannes Boëmiæ rex, abſens ipſe, ſed qui legatum miſerat; cæteri æquiores erant. Crimini illi dabatur contracta cum Roberto rege, quem Henricus proſcripſerat, affinitas, factumq; cum Henrico Carinthio fœdus, quem ſuſpicabantur de Boëmiæ regno ſibi erepto, nouum moliri bellum. Præter hæc ambitus in eo nimius repræhendebatur, & immodica in pleroſq; largitio. Rudolphus verò, & Ludouicus Palatinus, Bauariæ Duces, operam illi ſuam promiſerant, qua ſpe motus, cum exercitu propiùs Francofurtum pergit.

*Carolus Calabriæ Dux.*

*Interregnum.*

*Reſpublica vtroque rectore orbata.*

*Fridericus pulcher ambit Imperium.*

*Ad Francofortũ caſtra locat.*

Vrbe

Ayuntamiento de Madrid

Vrbe prohibitus,caſtra ad Mœni ripam ante vrbem locat.Electores,quos dixi, cùm in ſuffragia iretur, Nicolaum Bock equitem auratum,Vvaldemari Brandemburgici legatum,in partes trahũt, & Ludouicum Bauarum perſuaſionibus inducunt, vti eligi ſe in regem Rom.pateretur,quòd in promiſſione Friderico facta (verba ſunt Naucleri) perſona loquens exciperetur. Sunt qui præfatum Nicolaum,muneribus corruptum, ingens in hac electione ſcelus commiſiſſe dicunt: Literis enim fidei,quas credentiales vocant,in quibus Vvaldemarus Fridericum Imperatorem nominauerat,adulteratis, expuncto Friderico Ludouicum ſubſtituit. Sic Bauarus Auſtriacum honeſtiora ſuffragia habentem,numero ſuperauit. Sed haud impunè hoc nebulo ſcelus tulit, ſtatim enim à Domino ſuo in carcerem detruſus eſt,vtq; maior ipſius foret cruciatus,lautiſſima fercula, quibus hunc cupidè veſci ſciebat,apponi & à cuſtodibus adhæc adhibitis, vorari iuſſit, ſic miſer cõmeritas,donec periret fame,pœnas dedit.Friderico addicti erant Henricus Colonienſis,&Rudolphi duo Saxo,& Palatinus fratri ſe opponens, & Friderico promiſſi fidem ſeruans. Ambo igitur à ſua quiſque factione electi. anno ſequenti, Ludouicus Aquiſgrani à Moguntino & Treuirenſi, Fridericus Bonnæ à Colonienſi, hic à quo debuit, non vbi debuit; ille vbi, ſed non à quo debuit, coronati ſunt, vti ait Albertus Argentinenſis. Hinc cùm alter alterum vitio creatum eſſe contenderet, neuter verò abiret magiſtratu, multis magniſq; incommodis,& inteſtino bello Germaniam inuoluerunt, & ſuſcepto imperio,non ad conſtituendam rempublicam,ſed ad gerenda bella,ſe cõtulerunt. Bauarus Openhemum, Auſtriacus Heidelbergam vires vndiquè contrahunt, & quamplurimos quiſque poteſt donis, promiſſis,precibus,minisque ſibi conciliant.Inferiores ad Rhenum ciuitates Ludouicum agnoſcebãt, ſuperiores Fridericum.Inter Helueticos pagos Vrios, Vnderualdios,& Suitenſes,Ludouicus obſequentes habebat, Fridericus oppida cætera præter Bernam, & Solodorum, quæ vtrunq; auerſabantur. Cum Auſtriaco Comites & nobiles quidam imprimis Hugo,Henricus,& Albertus fratres Vverdembergici fœdus contra Ludouicum, Vrios, Suitenſes,& Vndervaldios faciũt. Illorum auxiliis ad ſe vocatis Leopoldus, is qui poſteà Gloria militum cognomen tulit, in Suitenſes duxit,ſed millequingentis (ſi benè numerum

*Nicolaus Bock Brandenburgici legatus.*

*Eiuſdẽ perfidia.*

*1309. Duo Cæſares ſimul electi, Ludouic⁹ Bauarus, & Frider. Auſtriacus.*

*Inteſtini belli fax & cauſa.*

*Leopoldus Gloria militum.*



Ayuntamiento de Madrid

merum inijt Stumpfius) amiſſis retrocedere coactus eſt. Aderant in eius exercitu Tigurini quinquaginta, ſuæ ciuitatis colorem induti, qui omnes ad vnum cæſi ſunt, & Tigurini poſt aduerſam pugnã Ludouico ſe adiunxêre. Interim per vicinas regiones ſumma annonę & aliarum rerum, quibus vita humana carere non poteſt, penuria erat, & itinera paſſim latrocinijs infeſtabantur. Multæ igitur ciuitates fœdera inter ſe ſanciunt, præfectos creant, ſeq; ipſæ ab aliorum vi & iniuria defendunt. Moguncia, Argentoratũ, Spira Nemetum, & Vangionum vrbs conducto milite, vias, vti tutò inter ſe commeare mercatores poſſint, latronibus purgant: Fridericus interim Eſlingam arcta obſidione cingit, Nicriq; amnis alueum ab oppido auertere adnititur. Eam rem ciues miſſilib⁹ impediunt. Cumq; videret Rex ad expugnandum non ſatis validas ſe copias adduxiſſe, poſt menſem diſcedit, & comparatis omnibus, quæ deeſſe ſibi notauerat, ſequenti anno obſidionem inſtaurat. Ciues verò & ipſi propugnando oppido neceſſaria curauerant. Igitur tolerata aliquandiu obſidione, nuncios ad Ludouicum regem mittunt, non diutiùs ſe crebras oppugnationes durare poſſe, quare ſuppetias actutum veniat, aliter non ſe tantùm, ſed alias quoq; ciuitates Friderico deditionem facturas. Hoc nuncio perculſus Ludouicus, acceptis à Boëmorum rege auxilijs accurrit, caſtra non procul ab hoſte ponit. Qui pabulatum exierant, velitari primùm inter ſe, nunc hi nunc illi cedere, vtrique à ſuis ſubſidia petere, donec accurrentibus vtrinque multis, iuſta conſeritur pugna, certatur totum ferè diem, plures equi quàm viri cadunt, nox pugnam dirimit incerta victoria. Indè omnibus bella ciuilia execrantibus, à neutra parte in aciem proceſſum, & tacito quodã conſenſu, à cognato ſanguine hauriendo vtrinq; temperatum eſt. Ludouicus verò, vti Auſtriacos ab obſidione Eſlingę auocaret, arma ſe in ipſorum ditionem tranſlaturum rumore vulgabat. Interim Leopoldus copias omnes Spirę Nemetum admouet, cui cùm obuium ex itinere Ludouicum ire audiuiſſet Fridericus, fratri ſe coniungit, qua de re certior Ludouicus, pugnę copiam facere noluit, quod diceret, fratrum concordiam, arcana quadam lege naturæ, inuictam eſſe. Itaque in Bauariam ducens, fratrem Rudolphum, quod Friderico ſuffragium dediſſet, nec opinato aduentu propè oppreſſit, eoq; fuga elapſo, omnem eius ditionem occupauit,

*Tigurini à Friderico ad Ludouicũ deficiunt.*

*Frid. Eſlingam obſidet.*

1316.

*Eſlingenſes auxilium à Ludouico petunt.*

*Fratrum cõcordia inexpugnabilis.*

Ayuntamiento de Madrid

pauit,quam tamen poſteà è viuis ſublati filijs reſtituit, eorumque tutelam,quoad pubertatis annos excederent, geſſit.

Circa hęc tempora Fridericus rex cum Eliſabetha,Iacobi Aragonum regis,& Leopoldus cum Catharina,Amadei Sabaudi Ducis filia, nuptias Baſileæ celebrârunt, in magna principum & nobilium frequentia. Fridericus pro rege Rom. ſe gerens, cunctisq; principalis fortunæ ornamentis inſignis,ſponſæ coronam imponi iuſſit,& Rom.Imperij inſignia, quæ ab obitu Alberti patris retinuerat,lanceam ſacram,particulam crucis dominicæ,coronam, & Caroli Magni gladium,oſtendi iuſſit, theatrum quod erectum erat collapſum multas nobiles fœminas malè afflixit. Exhibita fuerunt & equeſtrium ludorum ſpectacula,quæ & ipſa inauſpicata habebantur,quòd Cattimelibocus ab Haluuilo quodam haſta læſus,non multò pòſt obierit. Interim cùm Romæ à morte Clementis per bienium pontifex non fuiſſet,electus erat Ioannes Vigeſimus ſecundus.Eum vterq; rex in ſuas partes ſollicitabat,& reiecto altero,electionis confirmationem pro ſe petit.Pontifex,auditis vtriuſq; legatis, Ludouici poſtulata abnuit, Friderici in aliud tempus reijcit, dubium vtrunq; relinquit. Diſſentientibus enim inter ſe regibus,& Imperij vires diſtrahẽtibus, benignam ſibi materiam offerri videbat,commodi ſui,in Italiæ locis aliquot occupandis,promouendi. Impedimento illi erant Gibellinæ factionis nonnulli, qui fœdere inito,partes Imperatorias,contra Guelfos Pontifici addictos,fouebant.Illi cùm maiores inter pontificem & Ludouicum offenſiones eſſe viderẽt, eius auxilium contra aduerſantem ſibi factionem, cui impares ſoli erant, aduocarunt. Hac eorum legatione gauiſus Ludouicus,copias aliquot in Italiã mittit, breui ſe, æmulo debellato, ſecuturum pollicetur. Gibellini, Germanorum opera,ciuitates nonnullas in poteſtatem redigunt, & præſidio muniunt.Pontifex,hunc inimicorum ſucceſſum ægrè ferens,miſſis ad Fridericum nuncijs,duo equitum millia,cum exercitu peditum haud contemnendo, impetrat, ipſi confirmationem Imperij, fratri eius Alberto Archiepiſcopatum Moguntinũ paciſcitur. Cum ijs copijs Henricus Auſtriacus in Italiam profectus eſt. Otto & Albertus bello abſtinuerunt, hic quia pedibus æger erat,ille quòd ducta in vxorem Eliſabetha Stephani Bauariæ ducis filia,arctam cum Ludouico affinitatem haberet. Fridericus

*Friderici regis & Leopoldi nuptiæ.*

*Roman. Imperij inſignia.*

*1317.*

*Henri. Auſtriacus copias in Italiam ducit.*



Ayuntamiento de Madrid

etſi facilè animaduerteret, eam Pontificis poſtulationem, magis ex ipſius, quàm Imperij commodo eſſe, ne tamen æmuli regis partes per Italiam nimis inualeſcerent, Pontifici obtemperandum eſſe ſtatuebat. Ea enim Pontificis auctoritas, ea apud pleroſq; reuerentia erat, vti ab eius cõfirmatione Imperatoria dignitas penderet, multique per Germaniam neutrum ex regibus agnoſcere vellent, quoad de pontificis voluntate conſtaret. Nec deerant eccleſiaſtici quidam proceres, qui, ob denegatam Ludouico confirmationem, Friderici partes ſequebãtur. Qui, cùm eo facto quamplurimos offendi videret, ne proprij commodi aut ambitionis gratia, Imperij iura in Italia labefactaret, copias eò miſſas, domum reuocat. Sunt, qui & à Gibellinis miſſos ad eum legatos monuiſſe dicunt, timendum eſſe, ne adiutus ab ipſo Pontifex omnia per Latium, Ethruriam, & Inſubriam loca, quæ ſub ditione & iudicio Imperij fuerant, ſui iuris faciat, ita vti neque ipſi nec cuiquam alteri Rom. regi, tutus impoſterùm aditus Romam pateat, neque enim pro ipſo, ſed contra Imperium ea auxilia eſſe miſſa, cui commodare potiùs, quàm officere deberet. Henricus, nuncijs à fratre acceptis, ne pontificorum animos offenderet, aliam diſceſſui cauſam prætexit; quas ſecum habebat copias, ſuo ſtipendio militare, quos diutiùs in officio retinere non poſſet, niſi ciuitates nonnullæ in belli ſumptus pignori tradantur. Id cùm negatum haud præter opinionem eius fuiſſet, cum ſuis in Germaniam redit, neque promiſſis vllis retineri ſe patitur. Fridericus poſteà legatos in Italiam mittit, offenſum pontificis animum lenit, pacem quia inter factiones facere non poteſt, inducias conciliat. Interim & Leopoldus, quòd grauius à Ludouico rege bellum imminere cerneret, cum Suitenſibus, eorumq; confœderatis inducias ad quinque annos facit. Soloduru ijſdem diebus obſederat, quod oppidum, præter ciues, præſidium quadringentorum militum, quos Bernates eorum ſocij miſerant, habebat. Leopoldus ſupra oppidum ponte ſublicio Arulam fluuium iunxerat, quo, dum copias ſuas traijcit, inundationibus ſoluto, multi periêre, oppidani verò (raro inter hoſtes exẽplo) complures ſubmergendi periculo lembis & porrectis haſtis ereptos, abſque precio in caſtra ad Leopoldum miſêre, qui hoc eorum facto motus, bello vltrà perſequendos eſſe non putauit, & paulò pòſt Bernam profectus pacem cum vicinis

*1318. Leopoldus Solodurum tentat.*

Ayuntamiento de Madrid

*Leopold⁹ in Nemetes mouet.*

vicinis ciuitatibus fecit. Hinc cum exercitu ſatis valido, in Nemetes mouet, agros eorum, qui cum Ludouico ſentiebant, fœdè peruaſtat, cùm neminem exire ad pugnam videret, magnas ſecum prædas agẽs, in Ergouiam reuertitur, milites pleroſq; miſſos facit. Interim vti ſuis opem ferret, rex Lodouicus, crebris antea nuncijs vocatus, cum magna militum manu adcurrit, qua re comperta, Leopoldus copias quas poteſt reuocat, nouas conſcribit, magníſque itineribus ad Vdalricum Ferretarum Comitem, & Ioannem Argentoratenſem Epiſcopum, qui caſtra propè Bruſcam amnem habebant, contẽdit. Cùm verò Ludouicus aduenire diceretur, Leopoldus, Bruſca traiecto, retroceſſit, caſtriſq; ad Holtzhemium poſitis, reliquas equitum & peditum cohortes, & fratrẽ regem cum ſuis aduenientem expectat. Argentoratenſes, qui Fridericum hactenus vti Rom. regem agnouerant, Ludouicum magno cum exercitu ad ſe venientem recipiunt, &, ne bellum in ſe conſcirent, in eius verba iurant. Is, paucis diebus illic peractis, in hoſtem pergit, caſtra propè eum locat. Intereà Fridericus cum equis non multis properè ex Auſtria ad fratrem aduolat, parumq; abfuit, vti feſtinabundus ex locorum ignorantia in hoſtilem exercitum incideret, quòd vtrique paruo inter ſe ſpatio abeſſent. Errore cognito, in fratris caſtra peruenit, quem Leopoldus, obortis præ lætitia lachrymis, amplexatus, cur ita diu fratrem in extremo rerum diſcrimine conſtitutum deſeruerit, interrogat? Qui cum Lodouico erant, ſuaſerant, ne abſente æmulo rei ſummam prœlio committeret, in quo ſi vinci ipſum contingat, maxima acciperẽtur incommoda, ſi vincere, Fridericus nihilominus bellum inſtauraret. Itaque audito iam Friderici aduentu, fecialem in hoſtium caſtra mittit, qui, num verè is adueniſſet, ſciſcitaretur, & futuro prœlio diem conſtitueret. Feciali ad ſe venire iuſſo, Fridericus, vti erat animo imperterrito, & ſpei pleno: dic, inquit, cognato, nullam me, ſi congredi ipſe volet, prœlio moram eſſe facturũ, jamq; tempus videri, vti finem diſſidiis aliquando faciamus, & Imperio optata contingat quies, eiuſq; ſubditis ad pacis munia redire liceat. Poſtridiè militem corpora curare iubet, ac ad prœlium ſe comparat, & quod peditum ſibi quàm equitum vſum iis in locis commodiorem eſſe putaret, equos omnes ab exercitu ſegregat, & ad tympani ſonitum per caſtra proclamari iubet, ſi quis

*Argentoratenſes inſeruiunt tempori.*

*Ludouico diſſuadetur pugna.*

*Frid. rex prœlio decernere cupit.*



Ayuntamiento de Madrid

calcaria indutus in conflictum deſcenderit, hoc illi capitale futurum. Atque ita ſuos omnes extra vallum in aciem educit, idem facturum eſſe Ludouicum ratus. Is verò hoſtem paulò antè rerum ſuarum trepidum, nunc ita animatum eſſe, vti vltrò prouocaret, admiratus, aucto, vti fit, ex aliena confidētia metu, pugnam in tēpus magis idoneum differendam eſſe decernit, & Haganoam per ſaltuoſa loca euadit, quem Auſtriaci per totum biduum aſſequi non potuêre.

*Auſtriaci Bauariā populantur.* 1322.

Poſt varias velitationes, quæ annis jam ſex tenuerant, fratres Auſtriaci in Bauariam ducunt, longè lateq; omnia depopulantur, per decem integras ſeptimanas, ferro & igni omnia fœdant. Ludouico in munitis oppidis caſtellisq; ſuos continente. Anno tandem eius ſeculi vigeſimo ſecundo, exitiali huic bello aliquid lenimenti allatum eſt. Vterque enim rex, contractis vndiq; copijs, de ſumma rei armis decernere decreuêre. Friderico præter Auſtriacos, Stirosq;, auxilia mittebant Saliſburgicus, Patauinus, Friſingenſis, & Gurcenſis præſules, jamq; duo millia & ducenti equites haſtati, cum peditum numeroſo exercitu, ad Bauariæ fines conuenerant, quibus accedebant quater mille ſagitarij Chumani, quos Carolus Hungariæ rex, cognato auxilio miſerat, ducenti item equites, cum firma peditum manu, quos Leopoldus in Ergouia & nigra (quam vocant) ſylua conductos præmiſerat. Cum Ludouico erant Ioannes, Boëmiæ rex, & Moguntinus antiſtes, qui cùm Boëmos ab Imperatoris Henrici morte tumultuantes, compeſcuiſſent, ad Ludouicum ſe contulerant, Fridericus Burggrauius Norimbergicus, Franciæ orientalis, Geldriæ, & Vvirtembergæ, ac Treuirenſis principum auxilia, ad mille quingentos equites, & triginta peditum millia. His copiis fretus hoſti, qui ipſum domi quæſierat, obuius proficiſcitur, & erecto admaturandum ſummæ rei diſcrimen animo, vel vincere aliquando, vel vinci & honeſtè mori ſtatuit, nam & antequam Monachio abiret, teſtamentum condiderat, vti freert Auentinus. Leopoldus depopulandis Guilielmi Montfortij, qui in caſtris Ludouici erat, agris, importunè admodum morabatur, neque in tempore ad fratrem properabat, & præmiſſum ab eo nuncium, hoſtes interceperant, neque Fridericus quicquam certi de eo ſcire poterat. Itaq; ei ſuadent, quotquot adſunt, ne ante Leopoldi aduentum cum hoſte

*Friderici auxiliares.*

*Ludouici copiæ.*

*Fridericus non expectato fratre pugnam init.*



Ayuntamiento de Madrid

pugnam ineat, breui cum copiis aduenturum, neque difficilè eſſe, tergiuerſando & pugnam in aliquot dies extrahendo, ipſum expectare. Ille verò animo æſtuans, omniſque longioris moræ impatiens, ſana ſuorum conſilia ſpernens, vel abſque fratre in diſcrimen ſummæ rerum pugnare decernit, & increpita ducum ſegnitia, milites in aciem educit. Committitur atrox pugna, in qua Fridericus, omnia egregij Imperatoris, & ſtrenui militis officia exequutus, Boëmos, qui in prima acie pugnabant, ita afflixit, vti quingenti ex eis, abiectis armis, ſe dederent. Quo animaduerſo periculo, Sigfridus Sueppermannus, clarus militari ſcientia vir, cum Bauaris accurrens, aciem reſtituit, pugnam inſtaurat, ſimulquè operam dat, vti hoſtes ſolem ſibi aduerſum habeant. Alius item error pugnantibus oblatus, multum Bauaris ad victoriam momenti attulit. Burggrauius cum lecta equitum manu, à prœlij initio, à cæteris ordinibus ſeceſſerat. Is ardente iam pugna, & fortuna ad Fridericum inclinante, terga hoſtium inuadit, qui Auſtriaca inſignia præferentem, conſpicati, Leopoldum cum ſuis in tempore aduenire, falſò opinabantur. Ita recens ipſe, feſſos adortus, magnã ſtragem fecit. Iamq; turbatis ordinibus, Hungari fugæ initium fecêre, & Fridericus fortiter pugnans, captus eſt. Sunt qui eum à Boëmorum rege captum affirmant, alij ab Eberhardo Moſbachio Francone, ad Burggrauium adductum ferunt, qui eum Ludouico tradiderit, fortunæ ſuæ ingemiſcentem, ſed nihil proloquutum. Captus fuit & Henricus ipſius frater, qui Boëmiæ regi traditus, interceſſu deinde Galliç, & Hungariç regum, & locis aliquot in Morauia traditis, libertati reſtitutus eſt. Znoymam oppidum, quod Auſtriaci dotis nomine acceptum habuerant, cum triginta marcarum argenti millibus, traditum eſſe, narrat Dubrauius. Commiſſa eſt hæc pugna, inter Müldorfiũ & Dornsbergam, prope vicum Ampfing, tertio, aut (vti Auentinus vult) quarto Calend. Octobris, quo die ante annos quadraginta nouem, Rudolphus primus, Friderici huius auus, in Romanum regem electus fuerat. Fridericus in arce quadam Trauſnitz vulgò dicta, prope Napurgum, in agro Norico, aſſeruatus eſt. Ad arcis nomen, quod non eſſe fidendum ſonat, dixiſſe ferunt, ſe quoque viribus ſuis fiſum, nuuquam credidiſſe, eò ventum iri. Leopoldus qui non toto vnius diei itinere aberat, audita fratris fortuna mœſtus, & vix il-

*Prælium inter duos reges.*

*Sigfridus Sueppermannus.*

*Stratagema.*

*Fridericus capitur.*

*Trauſnitz arx.*



Ayuntamiento de Madrid

*Salisburgenſis Friderico fidelē præſtitit operā.*

lum viuere etiamnum credens, Baſileam rediit, nec vllum quamdiu vixit, poſthac lætitiæ ſignum de ſe dedit, magnum ſanè veri in fratrem amoris indicium. Epiſcopus Saliſburgenſis quoque egregiam & fidam Friderico Cæſari in hoc bello prǫſtitit operā, maiorem enim nobilitatis ſuæ partem (inter quos nonaginta tres viros equeſtri dignitate præditos fuiſſe inuenio) cum mille equis in auxilium ei miſit: Sed eandem cum reliquis fortunam experti, ab hoſte vel cæſi vel capti ſunt. Captiuos Epiſcopus multo ære redemit, in extremum penè diſcrimen hac ſua officioſitate adductus, niſi accepta Auſtriaci damna, ſua liberalitate aliqua ex parte reſtituiſſent, indignum iudicantes, amicum tot ipſorum cauſa perpeſſum incommoda, irremuneratum linquere. Itaq; Epiſcopo quatuor arces, Altenhofium, Leſſendalium, Lauantum & Nouoforum in Carinthia, cum omnibus ſuis iuribus & emolumentis, tamdiu poſſidendas & vſurpandas concedunt, quouſq; certa pecuniarum ſumma redimerentur. Manſit autem hæc cōceſſio ad Fridericum Rom. Imperatorem eius nominis quartum vſque, qui ſoluta promiſſa pecunia, & datis Epiſcopo aliis quibuſdam immunitatibus, arces illas Auſtriacæ Domui rurſus vendicauit.

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ,

## LIBER TERTIVS.

### ARGVMENTVM.

*ETſi ad Ludouicum, à parta victoria, magna animorum acceſſio facta ſit: ei tamen Pontificem ſemꝑ contrarium fuiſſe, & Leopoldū, quò fratrē liberaret, nihil intentatū reliquiſſe, hic liber teſtatur. Pōtificis igitur ira & quorundam precibꝰ motus Ludouicus, Fridericū dimiſit, facto pacto, vt deinceps ambo ſimul regnarent. Nō multò pòſt Leopoldus & Henricus fratres, quos Fridericus breui ſecutus, vita functi ſunt. Ludouicus in Italiā vocatus, nouū creat Pontificē, ꝗ cùm non diuturnus eſſet, ab eius ſucceſſore, Boëmo adiuuante, denuò perſequitur; quare indignatus, Carinthiam Auſtriacis cōfert, quæ res multorū cauſa fuit bellorum. Ottoni Auſtriaco morienti, Albertus contractus ſuccedit, cui grauia cum Tigurinis bella fuêre, quibꝰ Cæſaris authoritate ſopitis moritur, & Rudolphꝰ IIII. rebus imponitur, qui Auſtriæ priuilegia à Carolo quarto, cuius filiā in vxorem habuit, vnà cum Marcha Taruiſiana: Tyrolim autē ex donatione Maultaſſiæ accepit, & monſtratur eorū opinio falſa, ꝗ ipſam Rudolpho nuptā fuiſſe dicunt. Bauari ob ademptā Tirolim, Rudolpho bellum mouentes, Salisburgenſis ope à finibus pelluntur. Rudolp. ſocerū in Italiā comitatus, Mediolani moritur. Hinc Albertus & Leopoldus Auſt: ꝓuincias inter ſe diuidūt, & Angli primò Alſatiā prædabūdi inuadunt. Friburgenſ. aduocatia Auſtrijs cedit. Tergeſtini à Venetis deficientes Auſt: ſe dedūt. Angli ſecūdò in Alſatiā irruunt. Leopoldus cū Venetis de Taruiſio armis cōtēdit, & eiꝰ filio Guilielmo Heduigis Polona deſpōſa, ſed nō ꝓmiſſa fuit.*

SECVNDV̀M memoratam Ludouici Regis victoriam, magnæ ad ipſum animorum inclinationes factæ ſunt, multæq́; paſſim ciuitates, quibus cum fortuna fides ſtetit, ab Auſtriacis ad ipſum defecêre. Imprimis verò Columbaria, Seleſtadiū, Roſshemium, Hagenoa, Ehenheimium, & alia quædam vicina oppida, Leichtenbergicum Ludouici præfectum intromittunt. Leopoldus verò, ad omnes regis conatus ſe obijciens, equitum aliquot turmas Enſishemij primùm, deinde Selzij collocat, qui crebris incurſibus agros infeſtabant. Eos Ludouicus per præfectos ſuos Selzij obſidet. Leopoldus periculo ſuorum audito aduolat, militibus Rhenum traiectis, obſidentes abire cogit, agros eorum, qui defecerant, ferro & igne fœdat. Etſi verò Ludouicus inſigni victoria potitus eſſet, Germania tamen, tot iam annos, ſub duobus regibus, magnis bellorum tumultibus agitata, altero etiam capto, pacem

Ayuntamiento de Madrid

*Diſsidium inter Ludo. Cæſarem & Pontificem.* *1324.*

pacem habere nō potuit, exorto inter Pontificem Max. Ioannem vigeſimum ſecundum & Ludouicum regem graui diſſidio. Annus agebatur eius ſeculi vigeſimus quartus, cùm Ioannes exaſperato in regem animo, miſſis in Germaniam literis, diem ei dicit, qua Auenione in Gallijs præſens, ad nonnulla accuſationis capita reſponderet. Ea erant hæc: Quòd Galeatium Vicecomitem Mediolanenſem, Gibellinæ factioni, contra Guelphos, Pontificis auctoritatem propugnātes, ducem dederit, & Germanorum copijs inſtruxerit. Quòd in pleriſq; Italiæ locis præfectos ſuos cum præſidijs collocauerit, alia item munia, magis ad Pontificem, quàm ad ipſum ſpectantia, adminiſtret, quibus, nondum ab illo confirmatus, abſtinere debebat. Ludouicus, cōuocato ſuper his rebus principum conſilio, Auinionem ire noluit, ſed legato iſtuc miſſo, à Pōtifice ad generale concilium prouocat, Eccleſiæ interim ſe ſubijciens. Pontifex, nihil ea re motus; eccleſiaſticæ cenſuræ fulmen in eum vibrat, de cuius iniquo in ſe animo, rex apud omnes Imperij ordines grauiter conqueſtus, in officio eos continere adnititur. Inter hæc audiebantur ſparſæ in vulgum voces, de Gallorum rege ad Imperium euehendo, ad quam rem Leopoldus ſuam polliceri operam dicebatur, ſed Gallus huic eorum conſilio refragabatur.

*Leopoldi ad redimendum fratrem ſtudium.*

Leopoldus verò nihil non attentabat, quò fratrem è cuſtodia liberaret, ſed omnia conanti, nihil ex animi ſententia ſuccedebat. Habebat ille ſacra quædam Rom. Imperij inſignia, de quibus alio loco diximus, quæ, vti Ludouico mitteret, ęgrè à quibuſdam principibus perſuaderi ſe paſſus eſt, quod futurum erat prædicens, fratrem ea de cauſſa non liberatum iri. Narratur hoc loco res, fabulæ quàm hiſtoriæ ſimilior, veniſſe ſcilicet hominē magum, qui Leopoldo, de fratris ſalute anxio, operam ſuam in eripiendo illo è cuſtodia pollicitus, ſuiſq; ſacris operatus ſit. Adſtitiſſe interim Friderico malum genium, nuncij perſona occultatum, cum equo nigro, quem conſcendere illum, ſi liber ad fratrem ire vellet, iuſſiſſe. Interrogatum quis eſſet, nihil attinere dixiſſe, obſequeretur modò & conſcenderet. Fridericum, & qui aderant, rei nouitate territos, crucis ſigno ſe munijſſe, quo viſo, nuncium illum eodem, quo venerat equo, ex oculis abreptum diſparuiſſe.

*De mago hiſtoria.*

*Burgouiæ arx obſeſſa.*

Hoc ipſo tempore Ludouicus Rex arcem Burgouiæ dura obſidione cinxit, quam Burcardus Herlbachius cum duobus filijs &

trecentis

Ayuntamiento de Madrid

trecentis equitibus acriter defendit, donec Leopoldus & Albertus Archiduces obſeſſis opem tulêre, & regi diem, quo cum eo armis decernere vellent, conſtituêre. Intercedunt, & pugnam dirimunt Henrici duo Tirolenſis, & Goricius, & de Friderico è cuſtodia dimittẽdo tractationem fruſtra hactenus ab alijs principibus tentatam inſtituunt. Videbat Ludouicus non quieſcere Leopoldum, ſed ad omnem occaſionem intentum inſidias moliri, neque tuto ſibi eſſe licere, Accedebat ad hæc pontificis grauis ira, contra quẽ vti ſeſe communiret, principibus aſſiduè pro Friderico ſollicitantibus, aliquid dandum erat. Prętereà nonnullę in Alſatia & vicinis locis ciuitates, partim cenſura eccleſiaſtica, partim Auſtriacorum opera inductæ, ab eo defecerant. Itaque conuentu Vlmæ indicto, Fridericum his ferè conditionibus dimittit. Obliuione omnium ante actorum inducta, Fridericus nunquam vlturum ſe ea, quæ paſſus erat, nec Auſtriacos impoſterùm Bauaris ad Imperatoriam dignitatem aſpirantibus, competitores fore, fidem dat, & tabulis cauet, quas poſteà Ludouicum Barbatum Imperatori Friderico vti eum ſibi contra Ludouicum Gibboſum conciliaret, reddidiſſe nonnulli prodidêre. Cautum etiam fuit, ne Fridericus alpes tranſiret, & quò firmius intercederet pacis ac fœderis vinculum, vterque de eadem Euchariſtiæ hoſtia participarunt, & pacis oſculo fraternitatem inter ſe ſanciuerunt. Sunt qui Ludouicum abſque arbitris cum auunculo Friderico collocutum, atque ita fide interpoſita tranſegiſſe affirmant. Iamq; eum locum deuenimus, vbi annalium ſcriptores mirè inter ſe variant. Inter quos ſi veri ſunt Ioannes Cuſpinianus, & Vvolfgangus Lazius, qui publicorum diplomatum fidem pro ſe adducunt, apparet inſignem Friderico à ſuperioris æui ſcriptoribus iniuriam eſſe factam, qui eum ex Romanorũ regum catalogo expungunt, nec vllo in numero habent, & Fridericum Maximiliani patrem non Quartum, qui fuit, ſed Tertium vocant. Narrant enim hunc Fridericum regis nomen, & titulum eiuraſſe. Horum opinionem refellunt illi. Imprimis verò Cuſpinianus, duo diplomata in medium profert, quorum alterum Monachij, anno ſalutis humanæ ſupra mille trecentos vigeſimoquinto, alterum Vlmæ proximè ſequenti, confectum eſt, ex quibus conſtat, vtrunque regem paribus auſpiciis, quoad Fridericus in viuis fuit, ſimul imperaſſe. Ea cùm apud ipſum vernaculo

*Tractatio de liberando Friderico.*

*Frid. rex dimiſſus ex cuſtodia.*

*Pacta inter vtrumq; regem.*

Ayuntamiento de Madrid

culo Germanis ſermone habeantur, quo ab exteris quoq; harum rerum ſtudioſis intelligantur, non abs re facturus eſſe videor, ſi eorum argumentum ſub compendio hic inſeruero. Prioris igitur ſumma hæc eſt: Teſtantur vterq;, ſe ad Dei honorem, eccleſię obſequium, & reipublicę ac ſubditorum tranquillitatem, pacem inter ſe perpetuam & fœdus feciſſe, ex bonorum vtriuſque ordinis virorum conſilio, in has conditiones: Vti Rom. Imperium, cui vterque inauguratus eſſet, ambo ſimul ſummo ſtudio, fide, induſtriaq; adminiſtrent, alter alterum pro virili iuuet, fratris loco habeat. Vterque Rom. regis titulum vſurpet, eodem in honore ſit. Quicquid alteruter ſeorſum agit, id ſuo & alterius nomine actum eſſe declaret. Duo ſigilla fiant, in ſuo quiſque alterius nomen priore loco poni jubeat. In rebus maioris momenti, & Imperij beneficijs conferendis, vter prior illa tribuerit, is ab accipiente fidem ſuo & collegę nomine recipiat. Neuter verò ſine alterius conſenſu oppida, arces, dominia, aut quæuis alia ab Imperio ad alienos deuolui patiatur. Quod ſi alterutrum in Italiam ire cõtigerit, is, collegæ nomine, agendi poteſtatem accipiat, eandem in Germania manenti relinquat. Quę Ludouicus rex filio ſuo Marchioni Brandemburgico, & Marchioni Morauiæ genero conceſſit, Fridericus approbet, Si qua ab vtroque pluribus conceſſa ſunt, ea qui in poſſeſſione ſunt retineant. Quicquid alter ſtatuit, alter id ratum habeat, & quicunque alterum lædit, vtrunq; vti vnum eundem læſiſſe videatur, alterq; iniuriam alterius vti ſuam perſequatur. Hæc ad vltimum vitæ halitum, vterque ſe bona fide ſeruaturum, iuret. Hæc ferè eſt prioris diplomatis ſententia, cui teſtes adſcripti ſunt Berchtold⁹ Comes Hennebergicus, Fridericus Burggrauius Norimbergenſis, & alij multi. In altero Ludouicus Rom. regis dignitatem & titulum Friderico ſe concedere teſtatur, eo iure vſurpandum, acſi à ſummo pontifice confirmatum haberet. Lazius pręter hęc in Annalibus exempla recenſeri dicit, ab vtroque principe data, ab eo anno, quo Fridericus liberatus fuit, vigeſimoquinto ſcilicet. Plura apud eundem habentur, nos fortaſſe nimis diu his immorati ad rerum geſtarum ſeriem reuertemur. Fridericus rex Viennam reuerſus ſumma cum lætitia excipitur, perſolutisq; D. Auguſtino votis, barbam detruncatam Hungariæ regi mittit. Leopoldus verò, quoad vixit, offenſum in Ludouicum animum non depoſuit,

*Pactorũ cauſa.*

*Tenor & ſumma eorundem.*

*Teſtes adhibiti.*

*Fridericus vota perſoluit.*

Ayuntamiento de Madrid

depoſuit,ſed Pontificis anathemate fretus,omnia in ipſum hoſtilia molitus eſt.Cumq; Spiram Nemetum bello aggredi pararet,& medici quietem rebus interponendam, neq; corporis conſtitutionem tot laboribus diutiùs ferendis eſſe, contenderent, Argentoratum profectus, nobilium fœminarum commercio animum oblectare ſtudet,mox acri febre correptus,(quam atra bilis,peculiaris heroïci ſpiritus morbus, comitabatur) in ædibus Ochſenſtainiorum ex hac vita emigrauit,anno eius ſeculi ſexto & vigeſimo,pridie Calend.Martij.Lazius menſe Iulio mortuum dicit. *Leopoldus primus moritur. 1326.*

Duas Leopoldus ex prędicta Catharina,Sabaudię Ducis nata, reliquit filias, quarum maior Catharina, Domino à Cuſſin vel Coucy Gallo nupſit, minor Agnes, Boleſlao duci Suidnizio & Iaurenſi in Sileſia,quę,cùm maritũ anno ſexageſimo octauo amiſiſſet, ducatui vſq; ad nonageſimum ſecundum annũ, quo obiit, vidua cum laude præfuit. Henricus item Auſtriacus domum ex Boëmia dimiſſus; altero poſt Leopoldum fratrem anno, è viuis exceſſit. Vxorem habuit, Eliſabetham,Ruperti Comitis Virnenbergi filiã, ex qua prolem non ſuſcepit. Corpus eius in Ergouiam deportatum,in cœnobio Campi regij ſepelitur. Refert Auẽtinus, non ſtetiſſe promiſſis Fridericũ, atq; ideò Principes iterum conueniſſe Oenipontum.De promiſſorum fide,fides penes ipſum ſit, ego in Putſchij analectis inuenio, Ludouicum anno vigeſimo ſeptimo,illuc cum vxore Margaretha profectum, omnes cum Auſtriaco controuerſias compoſuiſſe, & Ditmaningam, Saliſburgenſi præſuli Friderico ereptam,reſtitui iuſſiſſe. *Henricus Pacificus fratrem ſequitur.*

Fridericus verò rex, etſi à Ioanne Pontifice, qui Ludouicum oderat, ſæpius vti in Italiam veniret incitaretur, ire tamen noluit, neq; aliquid memoria dignum poſteà geſſit, ſed quorundam hominum perfidiam exoſus,quietam vitam amplexus eſt,& Maurbachium, Carthuſianorum cœnobium, in Viennenſi Sylua condidit.Ludouicus verò à Gibellinis priùs,deinde & ab ipſis Romanis vocatus,in Italiam profectus eſt, & à ſua factione, quæ munitiſſima quæq; loca occupauerat, Romam deductus,nouum pontificem creat, Petrum de Corbaria Franciſcanum, qui aſſumpto Nicolai quinti nomine, Ioannem Auinione agentem,hęreticum declarat,& pontificatu abdicatum diris deuouet.Ioannes tamen, hunc ſuum Antipapam,Auenionem perductum, in ordinem co- *Maurbachiũ à Frideri.pulchro conditum.* *Petrꝰ de Corbaria fit pontifex.*

 git,

Ayuntamiento de Madrid

git, & perpetuo carceri mancipat. Antequam ex Italia reuerteretur Ludouicus, jam à Cardinalibus coronatus, Fridericus ob perpeſſas multas in captiuitate ærumnas, lento quodam morbo paulatim tabeſcens, ſuperueniente dyſenteria, extinctus eſt, anno triceſimo. Mors eius veneni ſuſpicione non caruit, quod nonnulli à fœmina quadam exhibitum, alij aliter tradunt. obijt in arce Gutenſtain. Corpus eius Maurbachij propria fundatione à monachis conditum. Eliſabetha Aragonia filium vnum Fridericum ſecundum, in pueritia mortuum, & duas procreauit filias, Eliſabetham, quæ Ioanni Boëmiæ regi deſponſa, ante nuptias obijt, & Annam, quæ Poloniæ regis filio promiſſa, cùm is quoque mortuus eſſet, Ludouico Romano Bauariæ principi, & poſt eius obitum, Ioanni Comiti Goricio nupſit, quo & ipſo mortuo, nulla ſuſcepta prole, Cœnobium D. Claræ Viennæ, ex ſua dote condidit, vbi reliquum vitæ tempus, monialibus præfuit.

*Friderici pulchri regis mors.*

Friderico mortuo, Auſtriacarum ditionum gubernacula ad Ottonem, cognomine hilarem, ſiue iocoſum, & Albertum ſecundum, ſiue contractum, fratres germanos, deuoluta ſunt, quorum Otto, inſtinctu, vti ferebatur, Ioannis pontificis, ſub reditum Ludouici Cæſaris ex Italia, Columbariam valido cum exercitu obſederat. Ad eam liberandam cùm Ludouicus aduolaret, obuium in itinere habuit Ioannem Boëmiæ regem, qui eo tempore ad Henricum Carinthię Ducem, vti matrimonium inter filium ſuum Ioannem, & Margaretham illius filiam conciliaret, proficiſcebatur. Is medium ſe quaſi arbitrum honorarium interponens, Ludouicum Cæſarem & Auſtriacos in concordiam reduxit, & Cæſar Ottoni pro belli ſumptibus viginti aureûm numûm millia pactus, quatuor Imperij ciuitates pignori tradidit; Schafhuſium, Rheinfeldam, Neoburgum, & Tigurum. Cum verò Tigurini reclamarent, & ne ab Imperio deſtraherentur, maiorum ſibi priuilegijs indultum eſſe, demonſtrarent, Briſacum Ottoni pro Tiguro datum, qui paulò pòſt Auguſtæ, in verba Imperatoris iurauit. Ex eo tempore, firma & fida pax inter ipſos fuit, cumq; Ioannes Boëmiæ rex, circa ea tempora, in Gallias, ad regem Philippum, iturus eſſet, Otto & Albertus literas illi ad pontificem dedêre, quibus acceptis, cùm ex itinere Auenionem diuertiſſet, omnem operam & conatum adhibuit, vti ſummos Chriſtianæ reipublicæ monarchas, in concordiam

*Pax inter Ludouicum Cæſarem & Auſtriacos.*

Ayuntamiento de Madrid

cordiam redigeret. Id antequam fieri potuit, pontifex è vita migrauit, in cuius locum ſuffectus eſt Benedictus, eo nomine duodecimus, anno ſupra mille trecentos trigeſimo quarto. Is ſtatim vbi pontificatum iniiſſet, cenſuras à Ioanne in Ludouicum factas, cõfirmauit. Ea res, nouorum p Germaniam motuum, cauſa extitit. In Italia item, minuti ciuitatum tyranni, inter ſe tumultuabãtur, & quiſque, quod poterat, ad ſe trahebat. Brixiani verò contra Bergomates, Ioannem Boëmiæ regem, in Italiam ad ſe ſuaq; defendenda, vocabant, & pontifex nulla ipſum reuerentia Ludouici, vti neq; cæteros principes teneri, adfirmabat, vti qui in diſcordia electus, nunquam ab Eccleſia confirmatus, ſed ambitus & inobedientiæ ab eadem condemnatus, Imperium nullo iure vſurparet. Ioannes itaq; cum ingenti exercitu Italiam ingreſſus, cum pontificiis ſe coniunxit. Ea res, nõ in præſens tantùm Cæſaris animum ab eo alienauit, ſed impoſterum ipſi & filio ipſius, detrimẽto fuit. Cùm enim anno trigeſimo quinto, Henricus Carinthius, extremum ſuum clauſiſſet diem, Cæſar præterito illius filio, qui Margaretham vnicam Henrici hęredem habebat vxorem (quam ob repandi oris vitium Maultaſch vulgò vocabant) Carinthiam, Carniolam, & adiunctas illis regiones, Auſtriacis fratribus in fidem contulit, ſola Tirolenſi ditione Margarethæ relicta. Ioannes rex ex Italia reuerſus, apud Imperij principes grauiter conqueritur, filio ſuo magnam fieri iuriam, eius vxorem, paterna hæreditate ſpoliari, multiſq; argumentis & exemplis, cauſam ſuam agit. Reſpondet Cæſar, pro iure ſuo licere ſibi, ditiones abſque melioris ſexus hærede, ad imperium reuolutas, pro eius commodo quibus videretur, adſignare, conſtare ſibi facti ſui rationes & cauſas, easque prouincias Auſtriæ vicinas, non alio modo quietiores, & Imperio obſequentiores fore, quàm ſi ab Auſtriacis gubernentur. Hac re offenſus rex, inimicum in Cæſarem, & Auſtriacos animum induit. Iritatus eadem re, Henricus Bauariæ ſecundæ Dux, qui Tirolenſis reguli ſororem duxerat, cum hoc ipſo, & altero eius fratre Carolo, Morauiæ rectore, (qui poſteà Cæſar fuit) fœdus in Auſtriacos init, bellumque iis, communi omnium nomine, indicit. Idem etiam de Imperio in ſpem venit, igitur cenſuram Eccleſiaſticam, cui hactenus nihil tribuerat, refricat, facilè futurum ſperans, vti deiecto à rerum gubernaculis Ludouico, ipſe ſoceri

*Benedictus Duodecimus.*
*1334.*

*Ioann. Boëmiæ rex Italiã cum exercitu ingreditur,*

*1335.*

*Margaretha Maultaſch.*

*Carinthia ad Auſtriacos peruenit.*

*Henri. Bauarus & Boëmi Auſtriacis bellum indicunt.*



Ayuntamiento de Madrid

opibus adiutus, ad Imperium perueniat. Itaque contractis ex Boëmia & Morauia militibus, Neoburgum prope Schardingam obſidet, ſed Ludouico Patauium verſus ducente, obſidionem ſoluit.

Inter hæc Boëmiæ rex domum profectus, & à ſuis de toto negocio edoctus, cum Henrici Bauari generi ſui copiis, ſuas coniungit, Auſtriæ fines, quà Morauiæ contermina eſt, inuadit, ferro & igni agros latè perpopulatur, oppidis nonnullis occupatis, Benedictum Vverdembergicum, & Henricum ac Ioannē fratres, Henrici Lippenſis filios, imponit. Otto in altera Danubij ripa erat, ſed ab Hungaris & Polonis, qui ſuppetias venerant, deſtitutus, hoſtium conatus inhibere non poterat, itaq; auxilia à Ludouico implorat. Is cum Vdalrico Vvirtembergico, & Guilielmo Iuliacenſi, ſecundo Danubio Viennam deſcendit, ibique Iuliacenſem, cui nupta erat Imperatricis ſoror, ducem creat. Inde Boëmis obuiam ire parat, de quibus iam Otto pleraq; loca, per negligentiam præfectorum malè cuſtodita, recuperauerat. Interuentu quorundam procerum, quibus bella ciuilia inter cognatos & affines cordi non erant, induciæ fiunt, ante quarum exitum, Lincij priùs, deinde Neoſtadij conuentus indicitur, tandemquè pax inter principes fit, nouisq; affinitatibus confirmatur. Ottoni enim, qui priorem coniugem Eliſabetham, Stephani Bauari filiam, amiſerat, Anna regis Boëmiæ filia: & Ioanni, Henrici Bauari filio, Eliſabetha Cæſaris filia, deſpondetur. Inter hæc augebatur indies fatalis inter pontificem & Cæſarem diſcordia, quam pro viribus alebat Gallorum rex. Pontifex diris execrationibus in Ludouicum detonabat, hic ab illo ad œcumenicum concilium prouocabat, multaq; cum principibus & reliquis Imperij ordinibus, de iniquis illius actionibus conquerebatur, quin & ſcripto publicè edito, legitimum ſe Imperatorem eſſe, neq; à pontifice reijci debere, demonſtrabat, erantq; ex principibus nonnulli, qui anathemate neglecto, Imperatoris partes fouebant. Eccleſiaſti verò proceres, diuerſis inter ſe ſtudiis decertabant. Cæſar enim eos, qui cum pontifice contra ſe ſentiebant, dignitate & redditibus ſpoliabat, alios in eorum locum ſubrogabat. Multi igitur ex proceribus, & ſacerdotum vulgo, Auenionem, multi Romam, iniurias queſtum iêre, quorum maior pars, exhauſto viatico, cum nihil illis præter verba, nec ea ipſa gratis darentur, in Germaniam reuerſi, Cæſaris ſe

*Ludou. rex Auſtriacis ſuppetias venit.*

*Pax inter Boëmos Auſtriacos & Bauaros.*

*Cæſar à pontifice ad Concilium prouocat.*

*Romæ nec verba quidem gratis dantur.*

partibus-

Ayuntamiento de Madrid

partibus adjunxere. Ex ijs diſertiſſimum quenq;, Ludouicus concionatores eſſe jubet, qui cauſam ſuam ad populum pro concione agerent. Audiebatur in omnibus ferè concionibus, de Cęſaris cũ pontifice controuerſia, danda eſſe Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, rectè eum atque ordine ad concilium prouocaſſe, & his ſimilia. Contrà principes illi, qui Ludouicum oderant, per ſuos item concionatores, ſingulis diebus feſtis, excommunicationis diploma, promulgari jubent. Hos Cæſar per præfectos ſuos bello aggreditur, eratq; deploratiſſimus Germanię ſtatus. Neq; interim per Italiam res erant quietiores, Guelphi, profligatis vbiq; Gibellinis, rerum potiebantur, & pontifex miſſis Romã, Mediolanum, & alias Italiæ ciuitates legatis, oportuna ſibi contra Cæſarem pręſidia comparabat. Omnia perſequi, vti longum, ita neq; inſtituti noſtri foret. Ad Auſtriacos itaque noſtros reuertemur. *Turbulentus Germaniæ ſtatus.*

Anno triceſimo octauo obijt Otto, relictis ex priore coniuge duobus filiis, Friderico Tertio, & Leopoldo, hac appellatione ſecundo. Corpus eius in Nouomonte Stiriæ monaſterio, quod ipſe fundauerat, conditum eſt. Huic in delitijs fuêre, Otto Fuchſius eques Francus, cui à ruſticorum odio Neidhardo cognomen datum, & Vvigandus à Teben, Parochus Calembergicus, vterq; iocandi & ſcurrandi artificio inſignes, magniq; magis quam boni apud vulgum nominis. Solus igitur jam ex tàm numeroſa Alberti Cæſaris prole, ſupereat Albertus ſecundus, cui ab euentu priùs Contracto, mox à prudentia & rerum gerendarum dexteritate, Sapienti cognomen fuit, non minùs enim animi prudentia valebat, quàm corporis membris æger erat, illius dotibus, huius defectum, benignè compenſante natura. Vitium hoc, illi, ex veneno obueniſſe inuenio, quod iuueni datum, medici ſuis antidotis à corde ad extima corporis mẽbra deriuârant. Is ſacris primùm deſtinatus, & in Patauienſem præſulem electus, quod nullam ex fratribus prolem eſſe videret, Albertum Alberti Saxoniæ Ducis, ex Agnete amita ſua filium, in ſuum locum promouit, & à Pontifice Max. ſacris abſolutus, vxorem duxit Ioannam, Vdalrici vltimi Ferretarũ Comitis filiam, ex quo matrimonio (nam Ottonis filij non diu ſuper vixêre) inclyta hæc familia inſtaurata eſt. Primis aliquod annis, à deceſſu fratrum, pax Alberto, & quieta gubernationis initia fuêre. Anno quadrageſimo eius ſeculi, cùm ſub finem

*1338. Otto Auſtriacus obiit. Otto Fuchſius Neithardus. Parochus Calemb. Albertus Contractus ſiue Sapiens. Vdalricus Comitum Ferretarum vltimus.*



Ayuntamiento de Madrid

1340. ſuperioris anni Ioannes, Bauariæ Dux, obijſſet, hæreditatem eius Fridericus & Leopoldus Auſtriaci, Ottonis ex Eliſabetha Bauara filij, adire volebant, etſi ſunt, qui, Leopoldum non ex illa, ſed ex Anna, ſecunda Ottonis vxore, natum fuiſſe, & Fridericum ſolum de Bauaria contendiſſe dicant. Ambiebat eandē Adolphus quoq;, Rudolphi Palatini filius, ſed Imperator Ludouicus, vno gradu propior, reliquis prælatus eſt. Interim Benedicto Papa è viuis ſublato, ſucceſſit Clemens Sextus, Gallorum regi vnicè charus. Is Ludouicum non jam bullis, ſed bellis aggredi decreuerat, niſi inopina Roberti Apuliæ regis mors, conſilium hoc mutare coëgiſſet. Is enim in lecto ſuo apud coniugem Ioannam, cædis (vti ferebatur) conſciam, à ſicarijs obtruncatus eſt. Hac de cauſa omiſſo bello, Clemens, diras à maioribus in Cæſarem motas, proſequitur, neq; antea deſiſtit, quàm Carolus Morauię præfectus Boëmi filius, cōtra ipſum eligeretur, qui tamen, quoad Ludouicus vixit, Imperiū vſurpare non potuit. Ludouicus igitur, vti & ipſe vires ſuas confirmaret, Angliæ regem ſibi amicitia & fœdere coniungit, isq; filiam ſuam, nouem annos tum natam, Monachium ad ipſum mittit, cum quadraginta aurêum uummum millibus, quę Friderico Auſtriaco, Ottonis filio, in matrimonium daretur. Cùm verò Cæſar pecuniam illam non traderet, neq; Fridericus deſponſam traduceret, Anglię rex, filiam in Angliam reduci iuſſit. Legatis tamen eò miſſis, inſtituta de ſponſalibus actio eſt, ſed Fridericus anno quadrageſimo quarto ſupra milletrecentos, immaturo fato obiit, quem Leopoldus frater ſequenti anno ſecutus eſt. Ambo apud patrem ſepulti ſunt. Solus igitur ex Auſtriacis Albertus, omnibus illorum ditionibus præerat, cui cùm diuturna pax fuerat, bellum tandem cum Tigurinis exortum eſt, de quo paulò altius repetenda erunt initia.

*Ioann. Bauariæ Dux obit.* *Clemēs Sextus.* *Roberti Apuliæ regis mors.* *Fridericus III. & Leopold⁹ II. fratres Auſtriaci moriuntur.*

1344. Ante annos aliquot Tigurini magiſtratum duodecim virûm, quòd peculatum feciſſe, & nimis impotenter dominari dicerentur, ſolum vertere coëgerant, nouumq; reipublicæ ſtatum introduxerant. Qui ciuitate pulſi erant, ad Auſtriacorum pręfectos, per vicinam Ergouiam ſe contulêre. Imprimis verò Ioannem Habſburgicum Comitē, cuius patrem, anno triceſimo ſeptimo, ijdem Tigurini, in prœlio occiderant, in ſuas partes adducunt, isq; Raperſvillam illis concedit, vnde magna ciuibus incommoda, quotidie

*Bellum Tigurinum.*

Ayuntamiento de Madrid

tidie adferebant. Anno demum eius ſeculi quinquageſimo, Ioannes cum confœderatis Tigurinorum exulibus, quoſdam ex ſuis, in vrbem clàm præmiſit, cumq; nonnullos ex ciuibus conſcios haberet, noctu quadam aduenniens, occupare vrbem ſtatuit, ciues verò detecta fraude, ad arma excitati, pòſt primam velitationem, ipſum cum aliis quibuſdam capiunt, quibus in vincula coniectis, egreſſi Raperſvillam & vicina quædam loca expugnant, ciues in ſua verba iurare cogunt, agroſq; Habſburgicorum perpopulantur, id quod abſq; Auſtriacorum damno fieri non poterat. Contrà qui Auſtriacis addicti erant, atque inter ipſos primi Vvaldneri à Sultz, Tigurinos, quos extra vrbis pomeria nanciſci potuêre, ſpoliant, & captiuos abducunt. Iuuabant illos Baſilea, & Argentoratum, quod videntes Tigurini, centum Baſileenſes ciues, & ſeptuaginta Argentoratenſes (qui ad Diuam Virginem Eremitanam relligionis cauſa ierant) capiunt, non niſi numerata ſatis magna pecunia dimiſſuri. Itaque Baſilea, Argentoratum, Columbaria, Friburgum, & Seleſtadium ciuitates, cum Auſtriacis præfectis, fœdus faciunt, Tigurum obſidere parant. Tigurini, vti ciuitatum animos ſibi æquiores redderent, captiuos ſine precio domum ire permittunt, vtq; & ipſi contra hoſtium vires ſe munirent, quòd bellum ſibi imminere ab Alberto prouidebant, auxilia à Carolo Quarto (qui tum, Ludouico, ad annum quadrageſimum ſeptimum, ex apoplexia in venatu extincto, rerum potiebatur) poſtulant, quæ cum nulla aduenirent, fœdus cum Lucernatibus, Vriis, Suitenſibus, & Vndervvaldis faciunt. Albertus igitur, ne & alij tumultuarentur, veritus, in Egouiam ſe confert, miſſisquè peruicina loca nunciis, ſuos omnes, Pontes vulgò Brugas, ad conſultandum de rebus communibus, conuocat. Venerunt eò & Tigurinorum legati, cum quibus, de illata ſibi ſuíſque ſubditis iniuria, expoſtulat Albertus, quod etſi à Ioanne Habſburgico læſos ſe eſſe interpretarentur, non tamen Raperſvillam, & alia ditionis Auſtriacæ loca, bello non denunciato, inuadere debuiſſent, eaq; vti in integrum reſtituta, ſibi reddantur, & Ioannes ex cuſtodia dimittatur, petit. Tigurini contrà, iniuriarum initia non abs ſe, ſed ab Habſburgicis orta, quibus Auſtriaci præfecti auxilia vires & arma ſua coniunxiſſent, neque ad reſtitutionem teneri, qui ſui defendendi cauſa, iuſta in hoſtes arma ſumpſêre. Albertus

*1350. Ioa. Habsburgicus Tigurū noctu inuadens capitur.*

*Vvaldnerus à Sultz.*

*Carolus Quartus Cæſar.*

*Albertus cum Tigurinis expoſtulat.*

*Albertus Sapiens Tigurum obſidet.*



Ayuntamiento de Madrid

itaque circa medium Septembrem, contractis omnibus copiis, in Tigurinorum agrum ducit. Fuêre cum eo, Ludouicus Marchio Brandemburgicus, Fridericus Dux Tecciorum. Item Vrſplingiorum Dux, & Burggrauius Norimbergenſis Principes; Herbipolenſis, Friſingenſis, Babenbergenſis, Conſtantienſis, Baſileenſis, & Curienſis epiſcopi; Comites item viginti ſex, Eberhardus Vvirtembergicus Supremus agminis ductor, Ludouicus Oetingenſis, Fridericus Ortemburgicus, Albertus & Henricus Nellenburgici, Smalenccij duo, Tettnangij duo, Fürſtenbergij duo, Thierſtainij tres, Habſburgicus vnus, vnus item Kiburgicus, Rudolphus & Hermannus Vverdenbergici, Vvilhelmus Kirchbergicus, Immerus Straſbergius, Neoburgenſis, Nidouius, Petrus Arbergicus, Hermānus Friburgius, Zollerenſis & Metburgius. Ad hos auxilia etiam miſerant Argentoratenſes, Baſileenſes, Bernates, Friburgici, Solodorenſes, Conſtancienſes, Briſacenſes, Schafhuſienſes, & Neoburgici. Aderant & à Comite Allobrogum, haud ſpernendæ copiæ. Ad ſedecim millia equites & pedites in caſtris fuiſſe inuenio. Stumpfius duo equitum, viginti peditū millia recenſuit. Tigurini & ipſi auxilia à confœderatis accerſunt, quęq; & reſiſtendo hoſti, & ferendæ obſidioni ſunt, parant. Fridericus verò Toggenburgicus, Herdegius Rechbergerus, equitum Rhodiorum magiſter Vadiſvvilæ, Cunradus Berenfelſius, & alij nonnulli proceres, belli, quòd citra vicinorum iniuriam geri non poteſt, incommoda conſiderantes, meliùs ſe vtrique parti, ſi neutri coniungantur, conſulturos rati, medios ſe tāquam arbitros interponunt, & aſſiduè inter Alberti caſtra atque vrbem obequitantes, eò rem adducunt, vti omnis controuerſia, Agnetis Andreæ quondam Hungariæ regis viduæ arbitrio, decidenda committeretur, cui Albert⁹ duos quos vellet, totidem Tigurini aſſeſſores, ex ſuis adiungerent, quodq; ipſi, vel maior eorum pars decerneret, id vtriq; pro rato & irreuocabili acciperēt. Tigurini hac cōditione contenti, hoc tantum excipiebant, ne quid contra ipſorum iura, immunitates, conſuetudines, & fœdera facere cogerentur. Ne verò per eos ſtare videretur, quò minùs concordia procederet, ſedecim optimates ex ſuis obſides, principi dant, donec lata ab Agnete & cęteris arbitris ſententia, executioni daretur. Ea tùm magna cum vitæ ſanctimonia, in monaſterio Campi regij (vulgò Künigsfeld) procul hominum

*Qui Alberto II. ſocia arma iunxerint.*

*IIII. Principes.*

*VI. Epiſcopi.*

*XXVI. Comites.*

*IX. Ciuitates.*

*Res vtrinq; ad arbitros delata.*

Ayuntamiento de Madrid

num cœtu & aulæ ſtrepitu vitam degebat. Viderat, marito Rege adhuc viuo, magnos in Hungaria tumultus, & fluxam procerum fidem, viderat paucis annis poſt, parentem Cæſarem, nefando parricidio interfectum: Credibile eſt humanas res peroſam, reliquum ætatis Deo conſecraſſe, iuuencula erat, cum virum amiſit, ſed tandem ad octoginta annos eam perueniſſe affirmat Sunthemius. Agnes igitur ſummo cum ſtudio, pacem inter fratrem & Tigurinos, eorumq; confœderatos, componere adnixa, nihil efficere potuit. Vtra verò pars, nouam bello cauſam dederit, parum inter auctores conuenit. Obſides ab Alberto detentos quidam referunt, cauſam non addunt. Iacobus à Küngelshouen, Tigurinos dicit arbitrorum ſententia minùs contentos, arma arripuiſſe. Itaq; Albertus bellum & ipſe cõtinuat, oppida circumuicina, præſidijs munit, fiunt quotidie excurſiones, agri euaſtantur, multa vtrinq; damna & incommoda accipiuntur. Tandem, ipſo natali ſeruatoris noſtri die, Tigurini, cùm aliquot Alberti milites Badenæ eſſe, per exploratores didiciſſent (aderant inter illos trecenti equites Argentoratẽſes) facto clàm itinere, de nocte ipſos aggredi ſtatuerant, ſed antequam eò peruenire potuerunt; jam illi in tutum ſe receperant. Itaque Tigurini, balneaſ, quæ extra oppidum erant, & vicinas quaſdam caſas exuſſère, hinc domum reuerſuri, Freüdenouiam pagum, ex intinere aggreſſi, diripuerunt, domibus ignem injecerunt. Poſtridie, qui D. Stephano prothomartyri ſacer eſt, Auſtriaci ad quatuor pugnatorum millia, oppido egreſſi, Tigurinos prope Tatvillam, non longè à Badena, aſſequuti ſunt. Erant cum illis recentes peditum copiæ, quas Ioannes Ellerbachius, Principis cubicularius, ex Atheſina regione conſcriptos, illis diebus adduxerat, de quorum aduentu, nihil etiam num inaudierant Tigurini. Igitur Rudolphus Brunus, eorum præfectus, hoſtium multitudine, nec opinata, territus, cum in ima valle, ſe cum ſuis eſſe, & editiora circùm loca ab hoſtibus occupari, videret, citato equo, relictis ſuis, Tigurum verſus abiit, vti cæſis (quod timebat) militibus, vrbi præſidio eſſet. Ea res ne trepidationem adferret, prudenter admodum cauit Mannesius quidam, qui in præfecti locum ſuccedens, bono animo ciues eſſe iubet, profectum ſe conſcio, Rudolphum, cum maioribus extemplò copiis adfuturum, itaque virum ſe quiſque præſtaret, ſtrenuam patriæ operam

*Agnes Hungariæ regina.*

*Pacis arbitra inter fratrem & Tigurinos.*

*Tigurini Auſtriacos inuadere ſtatuunt.*

*Ioann. Ellerbachius.*

*Rudol. Brunus.*

*Manneſius.*

Ayuntamiento de Madrid

operam nauaret. Interim Auſtriaci, vndiq; eos aggrediuntur, fitq; acerrimus conflictus, & maiorem Heluetij, quàm pro numero, edebant pugnã, donec multitudine hoſtium, inclinare nonnihil coacti fuêre. Iamq; penes Auſtriacos victoria eſſe videbatur, ſed leuis admodum res fortè oblata, magnum Tigurinis momentum

*Tigurini contra Auſtriacos fœliciter pugnant.*

attulit. Erat agreſtium hominum manus perexigua, quæ Tigurinorum agmen tardiùs ſecuta, ardente iam pugna accurrens, ne à ſuis aberraret, (iam enim nox erat) Tiguri nomen inclamabat. Tigurini, præfectum cum auxiliis, quæ dixerat Manneſius, adeſſe rati, inſtauratis in pugnam animis, hoſtem in fugam compellunt. Periêre ex Auſtriacis ſexcenti, capta ſigna militaria ſex. Albertus Mülnerus, quingentos ex hoſte, quadraginta ex ſuis cecidiſſe refert, capta, & publicè ſuſpenſa ſigna ſeptem. Hæc victoria, domum nunciata, eò maiorem Tigurinis lætitiam attulit, quò propior metum res fuerat. Diuinitùs verò oblatam ſibi eam agnouêre, & annuas ferias, circa quinquagenaria, quibus ad Diuam Virginem, Eremitanum, publicè ex ſingulis domibus ſinguli ſupplicatum irent, conſtituêre.

*1352.*

Per eoſdem dies Tigurini, cùm Albertum audiuiſſent, Glaronæ, & vicinis ei locis præſidia collocaturum, eam rem ſibi præuertendam rati, armata manu pagum illum ſui iuris faciunt, incolas in fœdus recipiunt, vicinum agrum deprædati, domum redeunt. Profectis Tigurinis, Vvalterus à Stadio cum ſuis Vveſena egreſſus, dum Glaronam illis eripere tentat, à Glaronenſibus ipſe cum Emmeringio quodam, equeſtris ordinis viro, occiditur; reliqui fuga ſalutem inuenêre. Lucernates item, cum aliquot cõfœderatis, in Ergouiam irruunt, Monaſterium, Præpoſituram, quam vocãt, prædiuitem cum adiuncto vico, ſeptemq; pagos vicinos exuunt, multasq; prædas ſecum auferunt. Non multò pòſt Auſtriaci ad mille quadringentos, in agrum Lucernatem ingreſſi, Calendis Maij, parem hoſti vicem reddunt. Præda onuſtos Heluetij aſſecuti, quòd pauciores eſſent, quibuſdam amiſſis domum abiêre, & paulò pòſt Habſburgum arcem, propè demoliti ſunt. Erat inter ea oppida, quæ Alberto parebant, Tugium oportuno loco ſitum, ad lacum ab ipſo denominatum, vnde multæ quotidie fiebant in Tigurinos eorumque confœderatos excurſiones. Id à confœderatis arcta obſidione cinctum, circa finem Iunij menſis in fi-

*Vvalterus à Stadio.*

*Habsburgum à Lucernatibus deſtructum.*

*Tugium oppidũ*

Ayuntamiento de Madrid

in fidem & fœdus eorum recipitur. Albertus igitur, collectis vndique copijs, iterum in Tigurinorum agrum ducit, & vicina loca latè perpopulatur. Tigurini, acceptis & ipſi auxilijs, egreſſi, caſtra ante vrbem locant. Medium inter vtroſq; flumen erat, Limagum indigenę vocant, id Albertus, hoſte nequicquam impedire conato, ponte jungit. Tigurini verò ratibus, quas domi comparauerāt, de nocte eò delati, pontem demoliuntur. Albertus interim etſi membris ęger, aut equo tamen, aut lectica vectus, omnia imperatoris munia ſedulò obiens, vadum tandem inuenit, quo flumen ſuperari poterat. Stumpfius eum bis mille equites, decem tantùm millia peditum, in exercitu habuiſſe ſcribit, Mülnerus Tigurinorum prætor, de equitum numero cum eo conuenit, peditum triginta millia ponit, deſertè addens, maioribus eum, quàm anteà, viribus in hoc bellum incubuiſſe. Fiunt interim aliquot velitationes, quibus aliquantò ſuperiores videbantur Auſtriaci, donec de pace iterum agi cœptum eſt. Erat in caſtris Alberti Ludouicus Brandemburgicus Marchio. Is cùm Albertum, ſi æqua obtineri poſſent, à pacis conſilijs non eſſe alienum videret, duos ex ſuis, fidos homines, ad Tigurinos mittit, conditiones, quibus pacem fieri vellent, conſignatas ad ſe mittant, petit. Poſtridiè Albertus exercitum ab obſidione reducit. Poſt quatuor dies Marchionis internuncij in caſtra redeunt, inſtituitur cum Tigurinis colloquium, multiſq; hinc inde diſceptatis, Lucernam conuentui dies indicitur, ibi pax ad Brandemburgici arbitrium, in has conditiones confit: Tigurini, Alberto Tugium reſtituant, ciues priori domino dicto audientes ſint, & quatenus ſine eius damno fieri licebit, in fœdere cum ipſis permaneant. Ioannes Habſburgicus è cuſtodia dimittatur, quæ Tigurini loca cepiſſent, & deformaſſent, ea priſtino ſtatui reſtituta, Alberto reddantur, obſides illi recipiunt. Glaronenſes iuriſiurandi, relligione, qua Tigurinis obſtricti erant, ſoluti, fœdus nihilominus cum iis ſeruent.

*Alberti Sapientis in Tigurinos expeditio.*

*Ludouicus Brãdemburgicus Marchio.*

*Pax Alberti cũ Tigurinis.*

Cæterùm in hunc modum facta pax, diuturna eſſe non potuit. Diſcordiarum initia Tugiani præbuère, apud quos, cùm & principis obſequium, & fœderis ratio exigeretur, non poterant omnia quietè adminiſtrari, quin ea quæ principi ex vſu erant, fœderatis minùs probarentur, & ę contrà; neq; adeò duobus ſeruire dominis tutò liceret. Accedebant ad hæc vtriuſque partis querelæ,

*Duob⁹ Dominis ſeruire graue.*

relæ, quibus Albertus Tigurinos pacis formulæ à Marchione præſcriptæ, ſatisfacere negabat, ij verò obſides non abſque precio, vti decretum erat, ſibi reſtitutos, ſed pro ſumptibus, quos fecerant, milleſeptingentos aureos eſſe numeratos adfirmabant. Suitenſes igitur, & eorum confœderati, Tugium ſecundò in ſuam poteſtatem redigunt, fœdus anteà initum confirmant, Albertum ab eo excludunt. Is igitur ad Carolum Quartum Cæſarem profectus, grauiter cum eo de iniuriis ſibi illatis conqueritur, quæ ſi negligantur, non ſibi tantùm, ſed & reliquis Imperij principibus, exemplo ipſo, plurimùm ſint obfuturæ. Carolus igitur circa finem Septembris, anni quinquageſimi tertij, cum ipſo Alberto Tigurum profectus, vtriuſq; partis rationes audire, & ſi commodè fieri poſſet, pacem inter eos ſtabilire decreuit. Ibi Albertus multis adductis rationibus, confœderatas ciuitates, antiquitùs ad ſuæ ditionis ius pertinere, contendebat. Suitenſes verò, Lucernates, & Vndervaldij productis & ipſi probationibus, ſemper ſe Rom. Imperio addictos fuiſſe adſeuerabant, aliquid tamen iuris in ſe habuiſſe Habſburgicos, non negare, idemq; quod ipſis anteà tributum fuerit, ne nunc quoq; detrectare. Cæſar acceptis vtriuſq; partis ſcriptis, deliberaturum ſe ſuper ipſorum negocio promittit. Cumq; nihil tranſigere poſſet, ad medium Octobrem inde diſceſſurus, inducias inter ipſos imperat, quoad reuerſus omnia componat. Hinc ſecundo Rheno ad alia Imperij oppida proficiſcitur.

*1353. Carolus Quartus Cæſar Tigurum venit.*

*Diſceptatio inter Albertũ & Heluetiæ ciuitates.*

1354. Interim inter Auſtriacos & Tigurinos, omnia pacata fuêre, & Cæſar alijs negocijs defunctis, ſequenti anno, circa reſurrectionis dominicę ſolẽne feſtum, reuerſus eſt Tigurum. Ibi Albertus dicere iuſſus, has de Tigurinis querelas expoſuit: Quod Ioanni Habſburgico agnato ſuo Raperſuillam, & alia per Ergouiam loca, totamq; Marcham, quam vocãt, rapinis, & incendijs deformaſſent, quæ loca Auſtriacorum ditionis eſſe, & eorum beneficio ab ipſo teneri non ignorauerãt. Quòd cum ſuę ditionis hominibus, contra ſe inito fœdere, Lucernam ſibi, Glaronam, & Tugium eripuiſſent, multa ſibi alijsq; vicinis nobilibus, damna intuliſſent, nec ab inferendis, etiamnum ſuperſedeant. Petit itaque, vti ablata reſtituantur, deſtructa inſtaurentur, ſubditi ab illicitis fœderibus eximantur. Cæſar hæc Alberti poſtulata Tigurinis proponit, quæ ſi admittant, tum ſe daturum operam, vti cum ipſo in gratiam redeant,

*Alberti de Tigurinis quærelæ.*

Ayuntamiento de Madrid

deant, ſin minùs, ſui officij eſſe, vti Alberto ad ius ſuum obtinendum, auxilio ſit, qua in re neq; opibus ſe, neq; vitæ parſurum. Tigurini inſperato hoc Cæſaris ſermone moti, anxiè excuſant: Non in Albertum principem ab initio, ſed in Ioannem Habſburgicum eiusq; ſubditos, arma à ſuis hominibus neceſſariò eſſe ſumpta. Ioannem ipſum multas ipſis, magnasq; iniurias priorem intuliſſe. noctu cum valida armatorum manu vrbem inuaſiſſe, nefariæ cędi omnes deſtinaſſe. Cumq; Albertum nec dicto nec facto læſiſſent, is nihilominus ipſorum ciuitatem obſidione premeret, agros vaſtaret, Imperij auxilio fruſtra inuocato, imò à nonnullis Imperij principibus & ciuitatibus bello petitos, cum vicinis ſe, quorum fidem in ſummis vitæ & fortunarum periculis anteà ſæpè experti eſſent, fœdus facere coactos, quod vſque ad vltimum vitæ ſpiritum tueri & iurati eſſent, & in animo haberent. Cæſar ad hæc retulit: cùm Imperiò addicti eſſent, nec rectè nec ordine ab ipſis eſſe factum, quòd ſe inconſulto, fœdus cum quoquam feciſſent. Fœdera eiuſmodi irrita eſſe debere, ſeq; pro ſua auctoritate, ab omni fœdere & iuriſiurandi ſacramento, liberos pronunciare. Illi non ſe fœdus contra Imperij iura, ſed ad iuſtam & neceſſariam ſui defenſionem feciſſe, adfirmabant. Cùm hæc minimè ſuccederent, agi cum illis cœptum eſt, vti omnem controuerſiam Cæſaris arbitrio committerent, quod Albertus item eſſet facturus. Tigurini iura ſua, priuilegia, conſuetudines, & fœdera excipientes, de reliquo Cæſaris arbitrium, nõ detrectabant. Carolus cùm nihil apud eos agere ſe videret, Alberti animum tentare voluit, & ab eo petiit, vti quicquid iuris in Lucernates, Glaronenſes, & Tugianos habebat, id accepta pecunia in ſe transferret, ita fieri poſſe, vti ſaluo fœdere, quod mordicùs retinere eos videbat, Imperio addicerentur. Albertus, Cæſarem ſuam hic rem agere videns, non habere ſe ditiones venales, malle alias ab ipſo emere reſpondit. Ita negocio infecto inde diſceſſum, & edictis priùs induciis, quoad eas Cæſar literis renunciaret.

*Tigurinorum defenſio.*

*Tigurinorũ fœdus à Cæſare reprobatur.*

*Induciæ inter Albertum & Tigurinos.*

Grauiter ferebat Cæſar hanc Tigurinorum pertinaciam, itaq; ſequenti anno, ſub finem menſis Iulij, quo tempore minimè id eſſe facturus ſperabatur, edito ſcripto, induciarum diem exiiſſe, declarauit, & Albertus fortaſſe ea de re monitus, circa medium Auguſtũ cum exercitu ſatis valido, iterũ in Tigurinos mouit. Dumq;



Ayuntamiento de Madrid

illi auxiliares vndiq; copias contrahunt, Albertus noctu quadam caſtris egreſſus, ante exortum ſolem Raperſvillam venit, & à Ioãne Habſburgico intromiſſus, ciues in verba iurare compulit. Ea res magno Tigurinis ceſſit incommodo, quorum dolorem auxit, quòd nihil tale facturum eſſe Ioannem putarent, qui paulò antè & ipſos & Albertũ obnixè orauerat, vti eo bello quieto ſibi cum ſuis eſſe liceret. Albertus rebus in eo oppido conſtitutis, Tigurum verſus rediens, loca quædam ex itinere ferro & igni vaſtauit. Huic initio Septembris Carolus Cæſar, magno cum exercitu ex Boëmis, Sueuis, & Rhenanis ſe coniunxit. Heluetij hac copiarum hoſtilium acceſſione, non timidiores ſed cautiores facti, oportunis locis præſidia collocant, nuſquam ad iuſtum prœlium copiam ſui faciunt, ſed multis ex vrbe excurſibus, multis ex vicinis montibus impreſſionibus, hoſtium vires carpunt. Tandem verò accerſitis vndiq; auxiliis, vrbe egreſſi, caſtra contra hoſtem locant. Iamq; res ad prælium ſpectabat, cùm exorta in caſtris Cæſaris contentio, omnem rei bene gerendæ ordinem & occaſionem corrupit. Sueuorum Dux erat Conſtantienſis Epiſcopus. Is magna animi pertinacia contendebat, Sueuos in hoſtem primos procedere debere, id jam inde à Carolo Magno, ob res præclarè geſtas, huic genti conceſſum eſſe. Cæſar Boëmis ſuis, hoc honoris haberi volebat. Albertus verò ſuam hic rem potiſſimùm agi, & rebelles ſuos abs ſe ſuiſq; multandos eſſe, adſeuerabat. Interim cùm noua indies auxilia à confœderatis aduenirent, nec contentio remitteret, Cæſar cum omnibus ſuis diſceſſit, & Albertus militem in vicina oppida Raperſvillam, Vveſenam, Gruningam, & Kyburgum diſtribuit. Hæc etſi aliter ab aliis narrari ſcio, potiores tamen Stumpfium & Mülnerum auctores habui, quam Mutium, qui ex tot bellicoſis nationibus nullos in prima acie conſtitui voluiſſe prodidit. Sequenti anno, menſe Februario N. Buechaimius Alberti præfectus, ex Auſtria cum quingentis Hungaris equitibus, Vitodurũ venit. Ii pars Badenæ, pars Regenſburgij collocati, aſſiduis in agrum Tigurinum excurſibus, magna inferebant damna, neq; repelli facilè poterant, quòd pernicibus equis vterentur, & ſagittas more Scythico ſpargerent, quod genus pugnæ, eius loci hominibus inſolitum erat. Tandem Carolus Cæſar, cum Ratiſponæ conuentum Imperij ageret, pacem inter Albertum & Tigurinos, eorumq; cõfœdera-

*Albert⁹ Raperſuillam occupat.*

*Carolus Quartus cum Alberto ſe coniungit.*

*Contẽtio in caſtris Cæſaris & Alberti.*

*1355.*

*Comitia Ratiſbonæ.*

Ayuntamiento de Madrid

fœderatos,quorum legati aderant, fecit; vti ſaluis eorum fœderibus,ſolita Auſtriacis obſequia,præſtarentur. Acta hæc ſunt, vigeſimaquarta die Iulij,quæ D. Iacobo ſacra eſt. Hanc pacem Albertus ſequenti anno pòſt confirmauit, & fœdus cum Tigurinis in annos quinque pactus eſt. *Cæſar pacẽ inter Albertum & Tigurinos facit.*

Oritur inter hęc bellum,inter Cęſarem & Eberhardum Vvirtembergæ Comitem ex hac cauſa. Cęſar eum vigintiquatuor Imperij ciuitatibus in Sueuia, præfecerat vicarium, quas cum nouis & inſolitis exactionibus vexaret,querelæ ad Cæſarem frequentes deferuntur. Admonitus à Cæſare,nihil de propoſito mutabat, & quòd bellum ſibi imminere ſciret,vti vires ſibi adiungeret, fœdus cum Alberto (cui bello Tigurino auxiliatus fuerat) cumq; eius filijs Auſtriæ regulis, faciebat. Cùm verò, interuentu quorundam principum,controuerſia hęc eſſet compoſita,Cęſar Eberhardo & reliquis eius confœderatis, quòd minùs ipſum lædere poſſent,facilè ignouit, Auſtriacos verò,vti potentiores,ab ea cõditione, qua cautum erat,ne cui fraudi eſſet arma cum Vvirtembergico iunxiſſe,excepit,omnemq; in eos iram conuertit. Itaque ſcripto per Imperium milite, expeditionem in Auſtriam parat. Albertus ſolum ſe ex omnibus peti videns,Cęſaris iram leniendam eſſe ratus,legatos ad ipſum mittit, pacem impetrat. Reliquum vitæ tempus Alberto quietum à bellis fuit, itaque ad pietatis ſtudia conuerſus, Gemmingum,in ſuperiori Auſtria cœnobium Carthuſianum,ante multos annos cœptum, ad ſummam manum perduxit. Anno demum quinquageſimo octauo,cùm Margaretham filiam, Meinardo Marchioni Brandenburgenſi. Ludouici Bauari ex Margaretha Maultaſch,Tirolenſium principe, filio, deſpondiſſet, vnde triceſimo poſt die obijt,atque ad decimumtertium Cal. Auguſti, in Gemmingo cœnobio ſepultus eſt, propè vxorem Ioannam, quæ quinquennio antè obierat. Erat ea, vti antea quoq; diximus, Vdalrici vltimi Piretani Comitis filia, qui anno vigeſimo quarto eius ſeculi obiens,cùm præter ipſam,& Vrſulam filias, nullos haberet liberos, Vrſulæ octo millibus ducatorum numeratis, Auſtriaci eum Comitatum, vnà cum tota Suntgouia & reliquis Ferretanorum ditionibus,hæreditate adierunt. Filios Albertus reliquit quatuor: Rudolphum Quartum, Albertum Tertium, Leopoldum Tertium, & Fridericum Quartum; filias duas: Catharinam,

*Eberardi Vvirtembergenſis fœdus cum Auſtriacis.*

*Albertus Sapiẽs moritur.*

*Ferretan⁹ comitatus ad Auſtriacos.*

*Alberti Sapientis filij.*



Ayuntamiento de Madrid

nam, & Margaretham, quarum hæc Meinardo vita functo, Ioanni Morauiæ principi, Caroli Cæſaris fratri nupſit, illa cœlibatum amplexa, monialibus D. Claræ apud Viennenſes præfuit.

*Rudol. quartus Auſtriæ princeps.*

Rudolphus igitur nominis eius, à Rudolpho Cæſare, Quartus, Alberti Secundi, maximus natu filius, cui poſteà ex moribus & rebus geſtis magnanimo cognomen datum, ſummę rerum, patris vltima voluntate, impoſitus erat, ita tamen, vti fratres haberet conſiliorum participes, qui mos, inter Auſtriæ principes, ſolemnis iam tum fuit. Is in Ergouiam, & vicina ei loca profectus, pacem cum Heluetiis, & fœdus cum Tigurinis, à patre initum, ſeruauit, & Lacum Tigurinum, à Raperſvilla vſq; ad Hurdenum vicum, ponte mille octingentorũ & quinquaginta paſſuum magnis impenſis ſtrauit, quod compendium, iter facientibus, percommodùm eſt, alij tamen id operis Alberto patri tribuunt.

*1360. Priuilegia Auſtriacis cõceſſa*

Hic anno ſexageſimo, Auſtrię priuilegia, à Carolo Cæſare accepit, quæ nonnulli auguſtiora tum eſſe facta, adfirmant; ne ſcilicet aduerſus Auſtriæ Archiduces, ad Imperij Cameram prouocare cuiquam liceat: neque vlla etiam ab Archiduce, à ſubditis prouocatio fieret: & ſi qui litem Archiduci intenderent, reſpondere his non teneretur, niſi iuſticiam aduerſarius temerè forſan negaret, addita inſuper clauſula hac: Si ſolemnia omnia, quæ vt Archiduci debentur, non fierent, Rudolpho id ſine fraude fore. Taruiſianam quoque Marcham cum vicinis aliquot locis, de quibus patri cum Venetis controuerſia interceſſerat, Caroli Cæſaris beneficio obtinuit, qui & filiam ei Catharinam deſpondit.

*Ludouicus Tirolẽſis moritur.*

Moritur interim Ludouicus, Ludouici Quarti Imperatoris filius, Tirolenſium Princeps, relicto, ex Margaretha Maultaſch, Meinardo hærede filio, cui Margaretham Auſtriacam deſponſam eſſe diximus, qui, cum nondum ſui potens, ſed ſub patrui cura adhuc Monachij eſſet, magna inter proceres, de eius tutela, exorta eſt cõtentio. Meinardus, tentata aliquoties fuga, tandem Monachio occultè dilapſus, in Atheſinam regionem euaſit, & celebratis in arce Tiroli nuptiis, decimoquarto ætatis anno, qui fuit ſexageſimus tertius ſupra mille trecentos abſq; liberis obiit. Itaq; ſola iam Tirolim habebat mater ipſius Margaretha, qua de muliere, cùm frequens hodieq; ſit hominum ſermo, non abs re facturus videor, ſi quæ de ea prodita ſunt, non tàm ex vulgi ſententia, quæ in pleriſq;

*1363. Meinardi Tirolenſis obitus.*

Ayuntamiento de Madrid

riſq; fallitur, quàm ex veris rerum monumentis, hic paulò altiùs repetita, inſeram.

Henricus igitur Meinardi Tirolenſis Carinthiæ ducis filius, ex Anna Venceſlai Boëmiæ regis filia, duos ſuſceperat liberos, quorum Leopoldus in prima pueritia obijt, Margaretha (qua de nunc agimus) patri, ad annum eius ſeculi triceſimum quintum, mortalibus exempto, ſola ſuperſtes fuit, cui ex paternis ditionibus, nihil præter Tirolim & Atheſinam regionem relictum eſſe, anteà quoq; retulimus. Eam duxerat Ioannes Henricus, Ioannis Lucemburgici Boëmiæ regis filius, Morauiæ princeps, qui cum decem, aut (vt alij volunt) quatuordecim annos in matrimonio cum illa vixiſſet, nec vllam ſuſciperet prolem, cœpit mulier eius conſuetudinem auerſari, virum eſſe negans, & (vti habet Auentinus) delatis ad Leopoldum Schauenbergium (qui aduerſus Ioannem Vverdenſem à Summo Pontifice impoſitum, ſed Auinione exulantem, à Capitulo electus, Epiſcopatu Friſingenſi potiebatur) querelis, efficit, vti nec eſſe, nec fuiſſe inter ipſos matrimonium, pronunciaret. Ita Ioannes Henricus, & matrimonio & ditione Tirolenſi, excidit. Ipſe verò hanc eandem rem in literis, quæ ſuperſunt, ad hunc modum narrat: Cum Margaretha ſe, quam tàm arcto conſanguinitatis vinculo iunctam ſibi ignoraſſet, (erant enim ex duabus ſororibus nati) decennium vixiſſe, ſed rem cum ipſa habere non potuiſſe. Cùm igitur illa ex petulantia quadam, animum ad Ludouicum Bauarum, Brandemburgi Marchionem, adiecerit, ipſe verò & virum ſe eſſe, & ex alia muliere patrem fieri poſſe non dubitaret, Clementem Pontificem abs ſe exoratum Patriarchæ Aquilegienſi, & Curienſi præſuli negocium dediſſe, vti matrimonium illud irritum facerent. Id anno triceſimo nono factum eſt. Extant etiam literæ biennio pòſt à Margaretha datæ, quibus Ioannem Henricum non maritum, ſed Dominum & Ioannis Boëmiæ regis filium vocat. Itaque anno quadrageſimo ſecundo, Margaretha in arce Tiroli, nuptias cum Ludouico Bauarō celebrauit, quo, ad annum ſexageſimum primum, eiuſq; filio biennio pòſt defunctis, Margaretha, ex prouincialium ordinum decreto, proximis ſuis cognatis Rudolpho, Alberto, & Leopoldo Auſtriacis (Fridericus quindecim annos natus, eo ipſo anno obierat) omnem ſuam ditionem pleno iure tradit. Conſtans eſt

*Maultaſch Ioannem Henricum repudiat, Epiſcopo Friſingenſi arbitro.*

*Maultaſch Ludouico Bauaro nubit.*



Ayuntamiento de Madrid

non apud vulgus tantùm, ſed illuſtres quoque rerum ſcriptores, Cuſpinianum, Auentinum, Lazium, & alios opinio, Margaretham Rudolpho Auſtriaco nupſiſſe, eaque ratione Tirolenſium ditionem ad Auſtriacos deueniſſe. Ego verò vti eorum auctoritatem non impugno, ita in diplomatis indubitatæ fidei, inuentum adſtruo, neque matrimonium inter ipſos contractum fuiſſe, neq; contrahi potuiſſe, id quod æquus lector ex iis quę ſubiungam, ipſe conſiderabit. Iam primùm eius diploma habetur, quo omnibus teſtatum vult, Auſtriacos fratres, quorum auia fuit Eliſabetha, Henrici Tirolenſis ſoror, proximos ſibi conſanguineos eſſe, ad quos, ſi ipſam mori contingeret, omnium ſuarum ditionum ac rerum quarumcunq; hęreditas, naturę lege, ſit deuoluenda, quos, iam viua ac valens ſuiq; compos, iis omnibus, pleno iure pręficiat. Hæc in ipſo diplomate, pluribus habentur verbis, quæ hic omnia ponere viſum non eſt. Hanc eius donationem, Carolus Cæſar ex Imperij beneficio, confirmauit. Anno enim milleſimo trecenſimo ſexageſimo quarto, vndecimo Calend. Februarij Brunnæ in Morauia Carolus Cæſar, & frater eius Morauiæ Marchio, Auſtriaci item fratres, cum Margaretha ipſorum ſorore, Meinardi Tirolenſis vidua, colloquio inſtituto, pacem & concordiam iniêre, vetusq; inter Boëmiæ reges, & Archiduces Auſtriæ fœdus, renouârunt. In literis verò, quibus Cæſar reſignationem Margarethæ, ratam eſſe iubet, ipſam diſertè Ludouici Marchionis Brandemburgici viduam, Rudolphum generum ſuum vocat. Datæ feria quinta pôſt Agathæ, anno ſexageſimo quarto, inueniuntur enim literæ, in quibus Margaretham nuſquam vxorem, vbique cognatam, appellat Rudolphus. Quod autem Catharina mortua, Rudolpho nupſiſſe Margaretham affirmant, id (pace eorum dixerim) fieri non potuit, cùm ſatis conſtet Catharinam, quam vnam vxorem habuit, ei ſuperſtitem vixiſſe. Maultaſch poſt factam reſignationem, cum Margaretha nuru, Viennam pofecta, quoad vixit, in ſummo honore habita, pôſt obitum ad Diuæ Marthæ ſepulta eſt, teſte Vviguleo Hund, anno ſexageſimo ſexto. Poſt Tirolim Auſtriacis à Margaretha tranſcriptam, Ludouici defuncti fratres, Ludouicus Romanus, & Otto, Bauariæ principes, & Brandemburgici Marchiones, publicis tabulis atteſtati ſunt, nihil ſibi iuris in eam ditionem eſſe, neque eo nomine Auſtriacis vllam ſe mole-

*Tirolis ad Auſtriacos nō matrimonio ſed ex teſtamento venit.*

*1364. Brunna Morauiæ oppidum.*

*Eorum opinio qui Maultaſsiā Rudolpho nupſiſſe dicūt falſa commōſtratur.*

Ayuntamiento de Madrid

moleſtiam exhibituros. Idem & ab Alberto Goricienſi Comite factum.

Rudolphus inter hęc Viennę, ſacrum D. Stephano templum, ex parochiali (vt vocant) cathedrale fecit, & pro paſtore, Præpoſitum inſtituit, cui viginti quatuor canonici ſubiecti ſunt, altiores item fornices templi, quas pater inceperat, ad ſummam manum perduxit. Turris illius, quæ magnificentiſſima nunc ſpectatur, prima iecit fundamenta, circa annum ſexageſimum tertium, quæ anno demum triceſimoſeptimo ſupra mille quadringentos, abſoluta fuiſſe dicitur. Gymnaſium etiam à patre inſtauratum, ab Auguſtinianorum collegio, ob aulæ viciniam minùs commodo, in alium locum transferri iuſſit, Templariorumq; ædibus, & annuo mille aureûm numûm ſtipendio auxit, vtquè ex eius profeſſoribus, iam emeritis, in Canonicorum cœtum legerentur, conſtituit. Carmelitis item, atq; aliis paſſim cœnobiis, & tẽplis multa elargitus eſt, vnde in illorum Annalibus, vbique Fundatoris titulo inſignitur. His pietatis ſtudiis occupato, Bauari ob ademptã Tirolenſium ditionem, malè affecti, bellum mouent. Iis primus ſe oppoſuit Pilgrimus Buechaimius Auſtriacus, qui eo anno Saliſburgenſium Epiſcopus factus erat, & vicinum agrum ingreſſus, prædas aliquot egit. Bauari itaque Muldorfium eius oppidum, ad ſiniſtram Oeni ripam, obſidione cingunt. Auſtriaci fratres, addictum ſibi præſulem haud deſerendum rati, ſumptis & ipſi armis, in Bauariam mouent, Rhietum oppidum obſident, cui opem laturi Bauari, Müldorfij obſidionem ſoluunt. Itaq; illi voti ſui compotes, domum redeunt. Eodem anno Carolus Cæſar, expeditionem in Italiam parans, pacem priùs inter Bauariæ & Auſtrię principes conficere ſtudet, quod cum minùs procederet, Pilgrino Saliſburgico, & Ruperto Palatino, vti huic rei incumbãt, negocium dat, ipſe itineri ſe committit. Comitatus eſt ſocerum Rudolphus, cum quingentis equitibus, egregiè inſtructis. Mediolanum cùm veniſſet, ex æſtu & itinere in ardentem febrim lapſus, ad ſept. Calendis Auguſti obiit, anno ætatis vigeſimo ſexto. Corpus Viennam deportatum, apud D. Stephani, in crypta ſub choro, quod ſibi ſuiſq; commune ſepulchrum extruxerat, ſepelitur; vbi à Capitulo & Gymnaſio, quotannis, ipſo obitus die, memoria eius celebratur. De morte eius immatura, varius erat hominum ſermo, &

*D. Stephani tẽplum Viennæ.*

*Turris Viennæ.*

*Rud. Fundator.*

*Pilgrinus Buchhaimius Epiſcopus Salisburgẽſ.*

*1365.*

*Carolus Cæſar in Italiam proficiſcitur.*

*Rudolph⁹ quartus moritur.*



Ayuntamiento de Madrid

prodidêre nonnulli, quod viro cuidam nobili, capite plecti iuſſo, ſacram Synaxin exhiberi prohibuerit, atque ideò, diuinam in ſe vindictam prouocaſſe, viſus ſit. Narrat verò Felix Malleolus nobilem illum, non capite plexum, ſed culeo inſutum, iamq; ſubmergendum, Rudolpho diem dixiſſe, ad quem diem, vertente anno, ante ſummi iudicis tribunal compareret, idq; ita contigiſſe, & in caſtro quodam ſuo, animi cauſa agentem, principem ſubita febri extinctum eſſe. Hęc non vſquequaque cum hiſtoria conueniunt, neq; auctorem hunc ego adduxiſſem, niſi hanc rem, ex ipſo pridem inter exempla relatam eſſe, vidiſſem.

*Albertus Terti⁹ & Leopoldus tertius.*

Rudolpho quarto è viuis ſublato, Albertus tertius, dictus cum trica, & Leopoldus tertius, ex cognomento probus, aliquandiu ſimul rebus præfuêre. Mox domeſtica inter ipſorum aulicos diſſidia, ſimultatem conciliarunt, quę, ne longius progrederetur, proceres quidam veriti, auctores fuêre, vti Leopoldus, fratre Viennæ relicto, in Ergouiam & vicina Heluetijs loca, ad aliquot annos diſcederet. Ea res partiendæ prouinciarum adminiſtrationi, occaſionem dedit, quæ poſteà aliquoties mutata eſt. Alberto igitur

*Auſtriacæ prouinciæ inter fratres diuiſæ.*

ceſſit Auſtria, Stiria, Carinthia, eæq; regiones, quę hodie inferioris Auſtrię titulo cenſentur; Alſatia, & cæterę ditiones Sueuis, & Heluetijs contermine, Leopoldo. Tirolenſem Comitatum, tanquam in medio poſitum, vterque ſimul adminiſtrârunt, eiusq; beneficia (quę feuda vocant) nunc ambo ſimul, nunc alteruter, ſuo & fratris nomine contulerunt. Vtriq; gubernandi initia, ſatis pacata fuêre, & Leopoldus, præmiſſo ad Heluetios Domino Torbergico, fœdus cum Tigurinis ab Alberto patre factum, ad ſeptem annos prorogauit, ſumpto ab illis iurę iurando.

*Anglorũ in Alſatiam incurſio prima.*

Circa idem tempus Angli, pòſt euaſtatos Galliæ agros, ad quadraginta hominum millia, rapidi torrentis inſtar, in Alſatiam irruerunt, magnas, ex locis non munitis, prædas agentes, & omnia depopulantes. Eos Stumpfius, pro ſua in Auſtriacos obſeruantia, à Leopoldo accerſitos veniſſe, memorat, reliqui ſcriptores, nihil tale meminêre. Crediderim ego, genus hominum, prædæ & rapinis per multos annos aſſuetum, cùm nihil in Gallia reliqui feciſſent, licentia militari abuſos, obuia quęq; aggrediẽda ſibi deſumpſiſſe. Leopoldi ſanè ſubditi, non magis quam cæteri, ab hac clade immunes relicti ſunt. Ab eorum impetu, tuti erant, qui in munitiora

loca

Ayuntamiento de Madrid

loca confugerant, quod expugnandorum oppidorum inſtrumẽtis carerent, ruſtici verò, qui à prudentioribus admoniti, ſe ſuasq́; res in oppida transferre neglexerant, & ipſi in extremum vitæ diſcrimen adducti ſunt, & ſua omnia, quæ agi aut ferri poterant, amiſêre. Impij enim milites, non rebus tantum, ſed perſonis quoque, immanem vim adferebant. Qui in eorum manus inciderant, niſi precio vitam redimerent, trucidabantur, matronæ, puellæ, virgines ſacræ, nefandæ illorum libidini, obſequi cogebantur. In hoc triſti rerum ſtatu Alſatię ciuitates, Cæſaris auxilium implorabant, qui eo tempore, Auenione à Pontifice reuerſus, Selzij commorabatur. Is cùm paulò tardiùs ſe moueret, ac principum quorundam copias expectandas eſſe diceret, tandem crebris omnium interpellationibus motus, cum Ioanne Liechtenſtainio Argentoratenſi præſule, in hoſtem egreſſus, caſtra ad S. Arbogaſti monaſterium locat. Angli cùm audirent, Cæſarem cum copiis, quas rumor in maius auxerat, aduentare, retrò vnde venerant prædis onuſti, abiêre. *Anglorum crudelitas.*

Sequenti anno iñ Briſgouia Friburgenſibus, graue bellum cum Comite ipſorum Eggone exortum, quòd is inſolitis quibuſdam exactionibus ſubditos premeret, quam rem, ſæpè fruſtra apud Cæſarem conqueſti, vicinas tandem ciuitates Baſileam, Briſacum, & Neoburgum ſibi adiungunt. Datis etiam ad Bernates literis, de Comitis ſui iniuriis, veterumq́; priuilegiorum violatione, auxilia ab ipſis impetrant. Comes, auctis & ipſe viribus, ciuitatem de nocte inuadere conatus eſt. Friburgenſes verò arcem, quæ ſupra oppidum eſt, expugnant, hinc cum auxiliaribus copiis Endingam egreſſi, manus cum Eggone cõſerunt, ſed dum nimio pugnandi ardore, abſque ordine in hoſtem prouolant, multos ex ciuibus & ſociis amittunt. Poſt hanc pugnam, Conſtantienſis Epiſcopi, Argentoratenſium & Baſileenſium quorundam interceſſu, pax facta eſt, & Eggo, acceptis duodecim aureûm numûm millibus, Friburgi aduocatiam, quam vocant, Auſtriacis propinquis ſuis, conceſſit, quorum ditioni, ea ciuitas adhuc ſubeſt. Interim Alberto in Auſtria negocium quoq́; exhibuit, Henricus Comes Schaunburgicus, qui obſequio principi negato, in libertatẽ ſe vindicare, & nouas res alias moliri adnitebatur. Eum Albertus Peurbachio oppido, & arce Leonſtaina expugnatis, domuit, cumq́;

*1366. Bellum Friburgicum.*

*Friburgici ab Eggone comite ſuo victi.*

*Friburgum ſub ditionem Auſtracorũ venit.*

Ayuntamiento de Madrid

*Henric⁹ Schaunburgicus ab Alberto domitus.* cumq; bello impar, principem apud Cæſarem accuſaſſet, Friderico Norimbergenſi, Berchtoldo Magdeburgenſi Burggrauijs, & Babone Abenſbergico arbitris, cauſa quoq; cecidit. Arbitri enim, Schaunburgicos comites principi ſubjecêre, adempta ipſis Atergouia, cum lacu vicino, Cameraq;, Fiechtenſtain & Neuhauſia arcibus, multaq; acuſatori duodecim aureûm numûm millibus dicta.

*Tergeſtini à Venetis deficiunt.* Pòſt hæc, cum Venetis bellum incidit, ex hac occaſione. Tergeſtini imperia illorum detrectantes, occiſo nauis vnius præfecto, quæ ad vectigalium cuſtodiam in Hiſtria excubabat, reipublicæ Venetæ ſigna conuulſa inuerterant. Veneti itaque, vti eorum conatibus in tempore occurrerent, comparato exercitu ſatis valido, ſub duobus legatis, Dominico Michaëlio, & Creſſo Molino (quorum hic terreſtribus copijs, ille claſſi præerant) oppidum terra mariq; acciter oppugnant. Oppidani, firmo Carnorum præſidio freti, ſtrenuè ſe defendunt, donec ſubmiſſis quotidie nouis copijs, legati noui ſubſtituti Paulus Lauredanus, & Thadæus Iuſtinianus, viri impigri, adeò ipſos coartârunt, vti à ſolitis excurſionibus abſtinentes, intra mœnia ſe continere cogerentur. In vltimo *Tergeſtini Auſtriacis ſe ſubijciunt.* conſtituti periculo, ad Auſtriaci principis fidem opesque confugiunt, qui huic occaſioni deeſſe nolens, ad opem illis ferendam, qui ſe fortunasq; ſuas vltrò traderent, cum decem equitum millibus, & peditatu non contemnendo, aduolauit, ſtatimq; ex itinere cum Venetis congreſſus, primo impetu vallum occupauit, actumquè de caſtris Venetis fuiſſet, niſi ſocij nauales à Iuſtiniano acciti, ſuis inter pugnæ & fugæ conſilia hærentibus, auxilio veniſſent, & redintegrata pugna, repreſſus fuiſſet Germanorum impetus. Auſtriacus videns ſe, Tergeſtinis obſeſſis, opem ferre non poſſe, retrò vnde venerat abijt, atque illi ad Venetorum imperia rediêre. Venetis pòſt, cum Ludouico Hungarorum rege, bellum fuit, in cuius fœdere Auſtriaci erant.

*1369.* Anno LXIX. controuerſia quæ cum vtrorumq; maximo incommodo, inter cognatos Auſtrię & Bauarię principes, ſuper Tirolenſi prouincia tenuerat, Scherdingę inferioris Bauariæ oppido cōpoſita eſt. Extant hac de re literæ, hoc argumento. Profitentur *Cōcordia inter Auſtriæ & Bauariæ regulos.* Stephanus & Albertus fratres, Bauariæ duces, & illius filij, Stephanus Fridericus, & Ioānes, Auſtriacis ſe fratribus Tirolenſem omnē ditionem

Ayuntamiento de Madrid

ditionem cedere, nec armis impoſterum aut vllo iuris prætextu,
vel ipſos vel ipſorum hæredes, eam eſſe repetituros. Ioannes verò
peculiariter cauet, ſi Meinardi Goricienſis filiam ſibi nubere con- *Formula con-*
tingat (contigit autem id poſteà) nihil ſe eo nomine moturum, *cordiæ.*
aut ipſam aliquid mouere paſſurum. Quæ ſi poſt ipſius mortem
quidpiam attentârit, neminem ex Bauariæ ducibus, vel ipſius hæ-
redibus, aut alijs quibuſcunq;, contra Auſtriacos, auxilia laturos.
Bauari Auſtriacis Schloſbergam, Landeccium, & Matreïum, hi il-
lis Scherdingam, quam depoſiti nomine tenuerât, Kueſſteinium
item, & Kitzpühlam reſtituant, centum & ſedecim aureûm nu-
mûm millia perſoluant, captiui dimittantur, & obliteratis iniurijs
omnibus, pax colatur, Datę Scherdingæ tertio Calend. Octobris. *1370.*
Citantur in literis teſtes multi & boni.

Inter hęc, elapſo jam à prima inter fratres diuiſione, quinquẽ-
nio, Leopoldus Probus Archidux, quod plures ſibi, quam fratri,
liberos eſſe videret, iniquè comparatam eſſe diuiſionem, conqueri
cœpit. Albertus, ne domeſticum inde bellũ naſceretur, in omnibꝰ
fratris cupiditati obſequendum arbitratus, ad eas prouincias quas
anteà habebat, Stiriam illi & Neapolim Auſtriæ, cum vicino Co-
mitatu Butenſi, adiecit. Circa hæc tempora, Ioannes Epiſcopus *Baſileenſiũ bel-*
Baſileenſis, longo cum vicinis bello implicitus, poſt oppignerata *lum cum ſuo E-*
aliquot ſui Epiſcopatus loca, bellum geſſit cum ciuibus ſuis, qui *piſcopo.*
Ferretũ, Befortum, Purentrutum, & alias quaſdam arces exuſſere.
Itaq; Ioannes precibus & promiſſis Leopoldum ſuis partibus ad-
iunxit, vrbemq; obſidione cinxit. Inde Leopoldo pro expenſis eo
bello factis, quę ad triginta aureûm numûm millia ęſtimabantur,
minorem Baſileam, quam vocant, pignori dat. Cauetur verò lite-
ris de redimendo pignore, vtque ſi bellum ingruat, vtraq; ciuitas,
ab iniuria alteri inferenda, quieſcat.

Anno ſeptuageſimo quinto, magna iterum colluuies homi- *1375.*
num ex Anglis, Britannis & Picardis, in Alſatiam irruit. Id hac de
cauſa factum putabatur. Erat Britannus quidam Cuſſini ſeu Cou- *Coucini domi-*
cini dominus (quidam Guiſium malè habent) cuius mater fuerat *nus.*
Agnes Auſtriaca, Leopoldi primi filia. Huic Ergouię ciuitates ali-
quot, dotis nomine promiſſas fuiſſe, nonnulli affirmãt, quas Cou-
cinus, vti maternam hæreditatem inuaſurus, militem bellis Gal-
licis exercitatum, & rapinis aſſuetum, facilè induxit, vti eò veniret,
vnde

Ayuntamiento de Madrid

vnde ante paucos ãnos, ampla ſe ſuoſq; populares ſpolia retuliſſe, in memoria habebat. Coucinum hũc ob virtutes & morum dexteritatẽ, popularibus cõmendabilem fuiſſe, ex Froiſſardo ſcriptore Gallico, adfirmat Vvolfgangus Hungerus, & pleroſq; ex Galliis nobiles, illius auſpicia ſecutos, ipſi vero Enguerrano fuiſſe nomen. Non deerant, qui ſuſpicarentur, quoſdã ex nobilitate, clàm cum ipſis colludere. Leopoldum quoque nonnulli inſimulabant, quòd ſcilicet Coucino perſuaſiſſet, per Heluetios ſtare, quò minus maternam hæreditatem adire poſſet. Id ſi verum fuit, miror Leopoldum à nemine ea de re accuſatum. Id quidẽ lego, Leopoldum ſe hoc bello peti perſuaſum, ea quæ extra munitiones, iniuriis oportuna habebat, demolitum eſſe, ne hoſpitia & cõmeatum inuenientes, diutiùs in iis locis moram traherent, alios item monuiſſe, vti in tutum ſe conferrent. Fuiſſe in eorum exercitu, nonnulli ad ſexaginta, alij ſeptuaginta hominum millia, quidam longè plura prodidere. Hos poſt quinque ſeptimanas, Coucinus ipſe, cum mille quingentis equitibus haſtatis, ſecutus eſt. Obuia quęq; ferro & igni fœdabãt, pagos & loca minùs munita, deprædati exurebant. Ditiores ab iis capti, pecunia, veſtibus ſericis, aut equis; tenuiores ferramentis, equorum ſoleis, clauis, & calceis ſe redimebant, pueri & adoleſcentuli, quibus quod darent nihil erat, ad equorum miniſteria detrudebantur. Debilior ſexus; multis ludibriis diuexabatur. Rogati, quo tandem precio abire vellent, ſexaginta aureûm numûm millia, ſexaginta panni ſerici telas, ac totidem equos poſtulârunt. Tandem ad octauum Calend. Decembr. ex Alſatia in Ergouiam abiere, in qua cùm omnia jam exuſta, nihilq; prædæ in agris ſupereſſe viderent, vrgente frigore, & victus inopia, coacti ſunt in multas ſe partes diuidere. Itaque, carptim à Bernenſibus & reliquis Heluetiis, imminuto numero, iterum per Alſatiam in Gallias diſceſſere. Leopoldus, Vvirtembergicus, & alij nobiles Briſaci erant, ſed copias tantæ multitudini pares, non habebant, eoſq; breui abituros ſciebant.

*Anglorum in Alſatiam ſecunda irruptio.*

*Numerus Anglorum.*

*Eorundem inſolentia.*

*1376. Leopoldus Veldkircham emit.*

Sequenti anno Leopoldus paternæ ditionis amplificandæ ſtudioſus, à Rudolpho Montfortio Comitatum Veldkirch (Diui Petri campum antiquitus id oppidum vocabant) triginta ſex aureorum millibus emit. Pludenz etiam, Sargans, & Sacrum montem ab Alberto Comite Vverdenbergico, qui loca ea ob res attenuatas,

Ayuntamiento de Madrid

nuatas, in tanta hominũ diſcordia, haud facilè tueri poterat, coëmit. Magnum eodem hoc tempore bellum Vvirtembergenſi, cũ Sueuiæ nonnullis ciuitatibus fuit, qui clade à Reutlingenſibus affectus, maiores copias conſcribit. Interim Carolus Cæſar ab eo adiutus, Vlmam fruſtra oſidet, qua obſidione ſoluta, Vlmenſes in Vvirtembergẽſis agrum ingreſſi, arces & prædia aliquot capiunt, prædasq́; & pecora multa abigunt. Carolus verò Cæſar tertio Caleud. Decembris obiit, anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Succeſſit ei Venceſlaus filius, id quod Carolus multis largitionibus & promiſſis, apud Electores, effecerat. Hoc ipſo anno Albertum Auſtriacum in Boruſſiam profectum, atque illic militarem dignitatem, adeptum eſſe, inuenio. Poſt hæc Leopoldus, relicto Rheno, in Auſtriam profectus, ad Taruiſium & Venetum bellum, adiecit animum. Veneti paulò antè, inſigni victoria potiti, nihil ſibi iam à Ludouico Hungarię rege timebant, & Carrarius ab eo deſtitutus, pacem ab illis impetrauerat. Qui cùm nihilominus occultis Leopoldũ ſtimulis incitaret, is vel per ſe amplificandę ditionis cupidus, cum quatuor equitũ millibus, agrum Taruiſinum ingreditur. Sunt qui Marcham Taruiſinam, Henrico Goritio ab Imperio conceſſam, eamq́; Leopoldo, cuius filiam Eliſabetham deſponſam habebat, quod Venetorum armis imparem ſe eſſe videret, ſua in illam iura dediſſe affirmant. Leopoldus itaque, agros vicinos depopulatus, non ſine maximo oppidanorum metu, ſub ipſa mœnia duxit. Veneti eius aduentu territi, militem tumultuario delectu ſcribunt, & auxilia à principe Ferrariæ Eſtenſi accerſunt. Ad eorum aduentum, Leopoldus ex agro Taruiſino recedens, multis magnisq́; incommodis ſocios ipſorum afficit. Itaque Veneti, facto Senatus conſulto, Germanos omnes mercatores, quotquot apud ipſos negociabantur, in carcerem conijciunt, bona eorum fiſco adiudicant. Inde Iacobum Caballum Veronenſem, militiæ præfectum creant, eiquè bellum cum Leopoldo gerendum, decernunt. Is Taruiſio egreſſus, loca aliquot expugnat, Feltrium obſidet, agrum circà depopulatur. Leopoldus audito ſuorum priculo, copias vndiq; contrahere, maturare iter, ſuis ſuppetias venire, hoſti pugnæ copiam facere. Veneti, eo non expectato, fugam Taruiſium verſus capere. Leopoldus ereptam ſibi pugnandi occaſionem dolens, cum fugientium veſtigiis inſi-

*Eberard⁹ Vvirtember. bellum gerit cum Sueuiæ ciuitatibus.*

*1377.*

*Leopoldus in Taruiſinos ducit.*

*Germani mercatores Venetiis capti.*

*Iacobus Caballus.*

*Leopold. Feltrio obſeſſo opẽ fert.*



Ayuntamiento de Madrid

ſteret, à ſuis monitus in turri Baldina, quæ in itinere eſt, firmum à Caballo præſidium eſſe collocatum, ne hoſtem à tergo relinqueret, arcem aggreſſus expugnauit, militibus ad vnum occiſis. Interuentu deinde Ludouici Hungariæ regis, induciæ inter ipſos ad biennium factæ, & pax confirmata eſt.

*Leopoldus pacẽ cũ Venetis facit.*

Mox Venetis exortum eſt bellũ Liguſticum, contra Genuenſes, quibus inito fœdere, ſeſe coniunxêre Ludouicus Rex, Carrarij Patauini, & Patriarcha Aquilegienſis, Veneti à tot ſimul hoſtibus petiti, cum Ligures maritimis copiis ipſos vrgerẽt, Carrarius Princeps Taruiſium dura obſidione cinctum, armis & operibus expugnare niteretur, Tergeſtini artibus Ludouici regis iterum defeciſſent, Donato Throno Venetorum legato, in vincula cõiecto, nihil magis timebant, quàm, ne Leopoldus ad reliquos hoſtes ſe cõiungeret. Itaq; vti hoc metu ſe liberarent, & Carrarij acerrimi hoſtis conatus & ſucceſſum impedirent, legatione in Germaniam miſſa, ex Senatus conſulto Taruiſium Leopoldo, Belunum item, Serauallam, & caſtrum D. Victoris cum vtroq; Cenadio, & Clauſtris illac in Italiam ducentibus, tradidêre. Per eoſdem dies Taruiſij, & Serauallæ, ob non ſoluta ſtipendia, à præſidiariis tumultuatum eſt. Taruiſianos pecunia fœnore accepta, vtcunque in officio continuit Horatius Malaſpina, ipſorum dux. Serauallæ pręfectus celeres ad Beluni præfectũ nuncios mittit, ſummo in diſcrimine rem eſſe, & niſi militi ſtipendium exhibeatur, verendum, ne Carrarium intromittat. Belunenſis rei periculo motus, termille quingentos aureos ſtatim eò miſit, quibus deliniti militum animi, nihil vltrà turbauêre. Leopoldus verò ne tam commodæ occaſioni, vltrò à Venetis oblatæ, deeſſet, fidos ex ſuis homines, in agrũ Taruiſinum, ad recipienda in fidem oppida præmittit, cum maiori militũ manu ſecuturus ipſe. Interim vti domi omnia priùs componeret, iterum cum Alberto fratre, de noua prouinciarum diuiſione egit, multaq; de prolis ſuæ numeroſitate, & regionum, quas ille habebat, fertilitate, cauſatus, fratrem induxit, vti ſola Auſtriæ prouincia ſibi retenta, reliquas omnes Leopoldo concederet. Incidit hæc partitio in annum humanæ ſalutis octogeſimum ſupra mille trecentos. Inter hæc Carrariani infeſtis ſignis, vicinum Taruiſio agrum perſultantes, vndique prædas agere, terrorem omnibus incutere, & ſub ipſa vrbis mœnia identidem præcurrere, ſtrenuè in-

*Bellum Liguſticum.*

*Taruiſium Leopoldo tradunt Veneti.*

*1380. Auſtriæ prouinciarum diuiſio.*

Ayuntamiento de Madrid

nuè inter ipſos rem adminiſtrante, Arcuano Buzacharino. Qui in vrbe erant milites præſidiarij, cum ijs peditum & equitum copijs, quas Leopoldus præmiſerat, vrbis mœnia facilè tutabantur, ſed agrorum depopulationes, prohibere nõ poterant. Qua de re certior factus Princeps, cum delectis equitum & peditum millibus decem, aduolat, caſtra ad Conegianum locat, vnde inſtructis ordinibus, rectà in hoſtem ducit, quem ex ipſo itinere aggredi in animo habebat. Is verò, non expectato illius aduentu, itinere celeriter arrepto, fugienti ſimilis, in tuta ſeſe loca recepit. Itaq; Leopoldus ereptam pugnæ occaſionem dolens, ſuperato Anaxo fluuio, Taruiſium perrexit, vrbemq;, inuecto omne genus cõmeatu, obſidione & fame liberauit. Fuiſſe in ipſius exercitu, quadringentos equeſtri dignitate illuſtres viros, memoriæ proditum eſt. Carrarius verò belli conſilijs deſiſtere minimè volens, vicina quędam oppida præſidijs munit, arces oportunis locis excitat, ex quibus ſuo tempore egreſſus, multa Taruiſianis faceſſit incommoda, magnaq; vſus aſtutia, nam hoſti nuſquam ſui copiam facit, ſed per interualla ipſius vires carpit. Quod ſi Leopoldus, antequam Italię finibus excederet, munitiones illius deieciſſet, quod non adeò magni negotij futurum multi putabant totius Forijulij ditionem occupare potuiſſet. Sed relicto Taruiſij Hugone Tibino, in Germaniam ipſe redijt, quod eius conſilium à paucis laudabatur.

*Arcuanus Buzacharinus.*

*Taruiſium commeatu iuuatur.*

*Hugo Tibinus.*

Carrarius igitur, cùm à Venetis bello Liguſtico diſtentis, nihil magnoperè timeret, totis viribus in hoc bellum incubuit, ſeque Ludouici regis inſtinctu, arma circumferre, præ ſe tulit. Is verò ſumma moderatione vſus, ita ſeſe medium geſſit, vti & Leopoldi rebus, cum quo affinitatem pactus erat, conſultum velle, nec Carrarium fœderis ſocium, deſerere videretur. Itaque precibus apud affinem egit, vti Patauini peruicaciam, æquiori animo toleraret. Intereà Allobrogum reguli interuentu, pax inter Venetos & Ligures conciliata, & non multò poſt, Ludouicus Pannonum rex, diem ſuum obijt, prouecta ætate ſenex, rerumq; geſtarum & belli gloria inſignis. Veneti verò, etſi acerrimi hoſtis obitum, lætis animis accepêre, Liguſtico tamen bello attritis viribus, quietos ſe continuêre, iramq; in Carrarium, & vindictam in idonea tempora differendam eſſe, ſtatuêre. Itaq; Carrarius, quem poſt Ludouici regis mortem, mitiùs aucturum plerique putabant, comparatis maiori-

*Pax inter Vene. ac Genuenſes.*



Ayuntamiento de Madrid

maioribus copijs, in agrum Taruiſinum ducens, omnes in Leopoldum vires conuertit. Is ſibi cum acerrimo eodemquè aſtutiſſimo hoſte rem eſſe, militem verò & commeatum ægrè, nec ſine maximis impenſis, ex Germania ſubmitti videns, animumque ad res Helueticas, vnde noui quotidie motus, & non dubia belli ſemina nunciabantur, adijciens, vti bello Italico defungeretur, certis cum hoſte cōditionibus, tranſigere ſtatuit. Eas cùm haud grauatè Carrarius acciperet, Taruiſium & vicinā omnem ditionem, interuentu pecuniæ, recepit. De eius ſumma, hiſtoriæ Venetæ nihil meminerunt, Scardæonius verò in ſuis Pataui antiquitatibus, Taruiſium vrbem octogenis, Cornelianum, Serauallem, Opitergium, Cordignanum, Motram, Portum, & alia quædam vicina loca, centum ducalium numûm millibus, redempta prodidit memoriæ. Leopoldus, Italicis rebus ad hunc modum compoſitis, in Hungariam proficiſcitur, vti affinitatem, viuente Ludouico factam, apud Eliſabetham vxorem eius viduam, confirmaret, qua de re, nonnulla altiùs hoc loco referre, operæ precium eſt.

*Taruiſium Carrario traditur.*

Vvilhelmus Leopoldi Probi maximus natu filius, cui à morum venuſtate, Aulici cognomentum tribuunt annales, à primis pueritiæ annis, in aula Ludouici regis educatus, eam, de præclara animi indole, ſpem dederat, vti ei rex, Heduigem minorem filiam impubem, deſponderit, cum certa ſpe, ſuccedendi in regnum Poloniæ, quod à Sigiſmundi patrui morte, Ludouicus hæreditate adierat. Heduigis poſteà Viennam Auſtrię deducta, aliquot annis illic fuit, donec ad moribundi parentis deſiderium, redijt in Hungariam. Poſt Ludouici obitum, qui præter duas filias, nullam ex ſe prolem reliquerat, Maria maior, quæ Sigiſmundo, Caroli Quarti filio, poſteà nupſit, Hungarię rebus, vnà cum matre prçfuit, Heduigis Poloniæ regno deſtinata eſt. Leopoldus igitur cum regina matre, Budæ affinitatem, pactumq; anteà matrimonium, denuò confirmat. Extant huius rei teſtes literæ, apud Ioannem Cuſpinianum, quas à Sigiſmundo Herberſtainio ſibi exhibitas, affirmat. Leopoldus in Stiriam reuerſus, graui morbo correptus, Græciæ, prima eius prouinciæ vrbe, ſubſiſtere coactus eſt.

*Vvilhelmus Auſtriæ Archidux.*

*Heduigis Polona Vvilielmo deſponſa.* 1375.

*Sigiſmundus Herberſtainius.*

Interim Heduigis à matre in Poloniam miſſa, regno inauguratur, tantis animi corporisq; dotibus inſignis, vti procerum ſtudia facilè ſibi conciliaret, vtq; à muliere regnum adminiſtrari, non indigna-

Ayuntamiento de Madrid

indignarentur. De cuius forma morumq; elegantia, cùm celebris eſſet fama, Iagello, potētiſſimus ea tempeſtate Lituanorum Princeps, legatos in Poloniam mittit duos fratres, cum ampliſſimo comitatu, qui regni proceres multis magniſq; promiſſis onerantes, ipſiusq; reginæ animum muneribus expugnantes, eius matrimonium, vnà cum regno dotali peterent. Ea verò legatio, vti procerum plerisque acceptiſſima, ita reginæ ingrata, & odioſa erat. Abhorrebat enim puellæ animus, hominem barbarum, neq; adhuc Chriſtianis imbutum ſacris, & quem breui admodum ſtatura, & deformi ore eſſe ferebat fama, contrà vetus illa cum Auſtriaco, quæq; à pueritia cum ipſis adoleuerat, cōſuetudo, altiores egerat radices. Itaque nihil diſſimulans, apertè fatebatur, Vvilielmo ſe deſponſam, neq; alterius nuptias ſibi cordi eſſe. Proceres verò, commune regni commodum, vnius amori præferendum dicere, Vvilielmi paternas ditiones longiùs à Polonia diſtare. Iagellonem verò & vicinum, & viribus pollentem, omnia, quæ ab alijs erepta regno Polonico eſſent, reſtituturum, & (quod alijs omnibus meritò præferri debeat) ſuſceptis noſtræ religionis ſacris, Lituaniam regno adiūcturum; quę res & magnam virium acceſſionem, ſummumq; per gentes decus & ipſi & regno eſſet allatura. Hæc poſtquàm apud reginam multis egiſſent, de communi conſilio, legatos in Hungariam ad matrem eius mittunt, cuius ſententia & auctoritate, animum puellæ labefactari poſſe, non diffidebant. Eliſabetha ſententię ſuffragata, ſi Iagellonis affinitatem & imperium illi è re ſua eſſe putarent, non impedituram ſe regni commoda, & Chriſtianæ reipub. incrementa, reſpondit. Hac reginæ ſententia intellecta, Poloni, Iagellonis legatos in Lituaniam lætos remittunt, ſuosq; ipſis quoſdam adiungunt.

*Iagello Lituaniæ dux.*

Interim Vvilielmus de rerum Polonicarum ſtatu, deq; reginę propenſo in ſe animo, vel per ſuos, vel per ipſam (vti non dubitabatur) admonitus, cum ſplendido aulicorum equitatu, & ſuppellectili ſatis diuite, Cracouiam venit, arce à proceribus prohibitus, in vrbe ad D. Franciſci diuertit. Regina ſponſi aduentu læta, vel inuitis proceribus maturare nuptias, ante Iagellonis aduentum, ſatagens, aulico ſtipata famulitio, quotidiè ad ipſum commeare, feſtasq; de more choreas frequentare. Quin & fama erat (Crommero teſte) irę ad ipſum prohibitam, reuulſa portæ ſera, euadere conatam,

*Vvilielmus in Poloniam proficiſcitur.*

*Demetrius Goraius.*

conatam, ſed à regni Theſaurario Demetrio Goraio, id ne faceret, perſuaſam: Paulò hæc aliter refert Alexander Guagninus, adductum in arcem ad celebrandas nuptias Vvilielmum, audito Iagellonis aduentu, ab ijſdem qui adduxerãt eiectum: reginam, vti, quod in arce prohibita erat, in vrbe perficeret, ſeram amoliri voluiſſe. Vtut ſeſe res habet, amorem certè mutuum inter ipſos fuiſſe, nemo negauerit. Vvilielmus igitur ſatis cum periculo, aduerſantibus procerum ſtudijs, illic ſe verſari intelligens: nec deerant, qui reginæ animum ab eo alienare, nec ſeruanda eſſe inter pueros pacta identidem perſuadebant, (& iam propiùs aduentare Iagello dicebatur) quàm occultiſſimis itineribus, Polonia exceſſit. Depoſitis apud Gneuoſſium Dauelicium theſauris, quos ſecum in Poloniam attulerat, & iam tutò aſportare nequibat, quibus præter fidem ſuppreſſis, Gneuoſſius poſteà multas amplasque poſſeſſiones ſibi comparauit, quas tamen liberi eius iuxta illud, malè parta malè dilabũtur, turpiter dilapidarunt. Iagello adulta iam hyeme, cum fratribus & numeroſo Lituanorum ac Polonorum comitatu, vrbem ingreſſus, ſacro regenerationis lauacro abluitur, & Vladiſlaus poſteà dictus, optato matrimonio & dotali regno potitur. Sunt qui aſſerunt Bonifacium Pontificem, his nuptijs adſenſum præbuiſſe, & prioris matrimonij pacta irrita feciſſe, Vvilielmum ad cauſam dicendam vocatum, de muliere inconſtanti litem perſequi, infra Archiducis dignitatem eſſe, reſpondiſſe. Conſtat tamen, ipſum Vvilielmum vſque ad Heduigis obitum, cælibem vixiſſe. Illa verò triennio pòſt, ex pariendi dolore, obijt. Vladiſlaus autem, ducta vxore altera, Anna Hungarica, ſtirpem regiam propagauit, quæ noſtro demum æuo, in Sigiſmundo Auguſto, extincta eſt. Nos verò Vvilielmo, rebusq; Polonicis omiſſis, ad Leopoldum & Heluetios reuertamur.

*Iagello fit Chriſtianus.*

*Heduigis Iagelloni nubit.*

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ,

## LIBER QVARTVS.

### *ARGVMENTVM.*

*Continet hic liber bella & eorum cauſas, quæ inter Leopoldum III. cognomento Probũ & Heluetios geſta ſunt, loca item vtrinq; capta enumerantur, & pugna Sembachiana, in qua ipſe Leopoldus cum multa nobilitate occubuit, recenſetur. A morte patris, Leopoldus IIII. Superbus dictus, bellum cum Heluetijs renouat, quod, poſt multa damna data & accepta, Sueuiæ ciuitatum ſtudio, ſedatur. Albertus cum trica, Academia Viennenſi priùs fundata, moritur. Albertus IIII. terram ſanctã petit, ſub cuius reditu Auſtria multis annis pacem habuit. Venceſlaus Boëmus ob ignauiam à rerum faſtigio deijcitur, & Rupertus Palatinus in eius locum ſufficitur. Albertus IIII. veneno necatur, relinquens hæredẽ Albertum V. de cuius tutela magnæ contentiones & bellum ciuile in Auſtria ortum, quod, Epiſcopo Tridentino mediante, compoſitum eſt. Poſt Rupertum Sigiſmundus fit Cæſar: qui ſtatim concilium Cõſtantienſe procurauit, quò Ioannes Pontifex ſub fide Friderici Auſtriaci venit: ſed eius exitu non expectato, fugam capit, quæ res Friderico magno fuit exitio; proſcribitur enim & omnibus ferè ditionibus exuitur. tandem non ſine graui rerum ſuarũ iactura reſtituitur. Sigiſmundus Cæſar & Albertus gener Huſſitarum ſectam, indies inualeſcentẽ, armis extinguere nituntur: ſed in Boëmia res parùm fœliciter, in Morauia autẽ paulò meliùs ſuccedunt: quam Albertus breui tempore ſubiecit & in ordinem redegit.*

TOTO EO tempore, quo Leopoldus bello Italico, & Taruiſianis reb⁹, occupatus fuerat, varij ſubindè motus, apud Heluetios exorti, haud dubia futuri belli indicia extitêre. Rudolphus enim Kiburgicus Comes, anno eius ſeculi octogeſimo ſecundo Solodorenſes, Bernenſium clientes, nocte quadam, nec opinato aduentu, obruere aggreſſus eſt, pollicito in hoc operam ſuam Canonico quodam, qui hortum, mœnib⁹ oppidi vicinum, colebat, ſed inſidijs detectis, irrito conatu, abire coactus fuit. Bernenſes, hac Comitis iniuria prouocati, vindictæ ſe parant. Sed ne belli initia ab ipſis profecta videantur, legatos priùs ad Leopoldũ cum querelis mittunt, iniuriam ſibi ac ſocijs illatam vltum ſe ire ſignificant, quid interim ipſe facturus ſit exquirunt. Archidux, audita legatione, nihil hic ſuo iuſſu actum, neque ad ſe quicquam pertinere, reſpondet, quò minùs ſi res amica compoſitione tranſigi non

*1382.*
*Rud. Kiburgic⁹.*



Ayuntamiento de Madrid

ſigi non poſſit, ſuas quiſque iniurias perſequatur. Erat Leopoldo cum pleriſq; Heluetiorum pagis fœdus, nihilominus tamen, ab inferendis vtrinq; iniuriis, non abſtinebatur. Nam Auſtriacorum pręfecti, qui vicinis locis pręſidio erant, nobilium factionem, quà poterant, fouere non abſtinebant, & Heluetij, illorum ſubditis deficientibus, ſuarum ciuitatum ius dabant, reliquis idem ſe facturos minantibus, tutelam & ſocia arma offerebant. Prætendebantur ab vtriſq; cauſæ, ſed re ipſa inueteratum illud, quod ſemper fuit, inter Principes & ciuitates, libertatem pertinaciter propugnantes, odium, non patiebatur relligionem fœderis, vſquequaq; ſartam tectam cuſtodiri. Itaq; Heluetij ruptum ab Auſtriacis fœdus, qui Kiburgicum milite & commeatu iuuiſſent, Tunam & Arbergam arces ipſi noctu occupare tentaſſent; hi verò illos non fœdera tantùm noua inter ſe facere, ſed ſubditis ſuis nihil ad ipſos pertinentibus locum in illis & perfugium dare, & quacunq; ex cauſa deficiendi occaſionem offerre criminabantur. Iamq; irritatis vtrinque animis, res in apertum eruptura bellum videbatur.

*Bellum Helueticum cum Archi duce Leopoldo.* Mortuo inter hęc Rudolpho Comite, frater eius Berchtoldus, inimicitias quaſi hæreditate legatas, haud ſegniùs cum Bernenſibus & Solodorenſibus exercebat, & cum expedita ſuorum manu agris ipſorum populabundus magna inferebat damna, quibus exaſperati, Raperſuilla tumulturario incurſu fruſtra tentata, contractis per hyemem copijs auxiliarib⁹, ineunte ſequentis anni vere, Burgdorffium Ergouiæ oppidum, obſidione cingũt, quo relicto, quòd fortiori præſidio defenderetur, Grunenbergam & vicinas aliquot arces expugnant, incolas in verba iurare adigunt. Fractis tandem Kiburgenſium viribus, pax fit, & quadraginta aureûm nummûm millibus Comiti numeratis, Burgdorffium traditur Bernenſibus.

Intereà Leopoldus, recreatis ex morbo viribus, in Ergouiam

1385. venerat, rebusq; in ea conſtitutis, in Auſtriam reditum parans, ex itinere Tigurum confœderatam ſibi ciuitatem inuiſit. Tigurini honorificè exceptum, Raperſuillam vſq;, officij cauſa deducunt. Raperſuillæ Suitenſium Legati præſtò erant, qui vti portorium quoddam, quod per ſuum territorium ad Inſubres euntibus pendebatur, remitteret, ſupplices obtinuerunt. Leopoldus inde abiturus Tigurinos eorumque ſocios ſubditis ſuis ipſi vicinos amicè commendat, ijsq; ne quid hoſtile in illos moliantur imperat.

Iam ve-

Ayuntamiento de Madrid

Iam verò locus ipſe, & rerum narrandarum ſeries admonet, cùm Ioannes Stumpfius, Helueticarum rerum ſcriptor, multus hic ſit in recenſendis iniurijs & offenſis, quas Auſtriaci, confœderatis inferendo, belli initia quęſierint, cumq; eius ſcripta vulgò extent, & ab omnibus terantur; pauca quędam ex Alberto Mülnero, equite & prætore Tigurino, ſcriptore non perindè omnibus viſitato ſubijcere, ex quibus intelligere lector poterit, ſi quæ ab Auſtriacis offenſiones, in Heluetios profectæ ſunt, ab ijs quoq; non eſſe ceſſatum. Nundinæ celebrabantur Raperſuillæ pridiè feriarum D. Thomæ Apoſtoli, quo tempore Tigurini id oppidum per inſidias capere in animo habebant. Eorum plurimi de more illuc mercatum venerant, alij huius conſilij expertes, alij conſcij, mercatorum ſpecie fallebant. Exules quoq; Tigurini, qui ſua culpa, vrbe eiecti illic erant, etſi infenſi ciuibus ſuis putabantur, ſpe tamen reditus, & admiſſorum venia propoſita, ipſorum conatus adiuuabant. Glaronenſes quoq; à Tigurinis euocati, Pfeffingæ & vicinis ei locis, deliteſcebãt. Raperſuillenſes clàm ea de re moniti, Henricum Geſslerum, Principis conſiliarium, Gruninga ad ſe vocant, periculum exponunt, eiq; præcauendo ſe parant. Tigurini detecta eſſe conſilia ſua, videntes, quà quiſque poteſt, dilabuntur. Idem & à Glaronenſibus fit. Raperſuillenſes eo periculo liberati, ſupplicationes quotannis eo die inſtituunt, metretas aliquot frumenti, in pauperes erogant. Hæc anno octogeſimoſecundo acta eſſe dicit Stumpfius, triennio pòſt Albertus, quem ſequi viſum eſt. Sub eiuſdem anni exitum, ſimili conſilio, ſed euentu meliore Lucernates Rotemburgum capiunt. Encęnia erant in ſuburbano quodam templo, ipſis Innocentium ferijs, quo ciuium quamplurimi, vnà cum Hermanno Grunembergico præfecto (Stumpfius Ioannem vocat) exierant inermes, & nihil hoſtile metuentes. Lucernates igitur ex inſidijs coorti, arcem & oppidum ꝓpugnatoribus vacuũ, capiunt, pręfecto & ciuib⁹ ad tumultũ accurrentibus, portas occludunt, arcẽ diruunt, mœnibus deiectis, foſſas complanant. Hoc vti facerẽt, à pręfecto iniurijs ꝓuocatos affirmat Stumpfius, Mülnerus pacis tempore, nec denunciato bello factũ eſſe, teſtatur. Intereà nõnullę in Sueuia, Franconia, & Rhenano tractu ciuitates, Leopoldo infenſę, cũ Tigurinis eorumq; ſocijs Bernenſibus, Solodorẽſibus, & Tugianis ſocietatem & fœdus paciſcuntur, cui

*Heluetici belli cauſæ.*

*1383. Henr. Geſsler.*

*1385. Rotemburgum capiunt Lucernates.*

*Stumpfius falſus huius rei ſcriptor.*

Ayuntamiento de Madrid

tur, cui imparem ſe agnoſcens Leopoldus cum Sueuis, & Franconibus in gratiam redit, ex inimicis amicos facit. Deinde Heluetico bello ſe parat, copias contrahit, auxilia aduocat, nobiles promptos ſe & obſequentes exhibent. Vvolhuſiani interim & Rotenburgici, quorum oppida dominis Torbergenſi & Grünenbergenſi oppignorata erant, de graui ipſorum dominatu, Lucernatibus conqueruntur. Ii more iam vſitato, in fidem illos & clientelam recipiunt. Torbergenſis vindictæ incumbit, nonnullos ex defectoribus ſuſpendit, & Lucernatibus ex itinere inſidiatur. Illi verò contracto raptim milite, Rotenburgi arcem vtcunque refectam, demoliuntur, & oppidum, ne hoſti præſidio ſit, mænibus denudant, Sempachienſes hoc exemplo moti, venientibus ſe dedunt, idem faciunt Entlibuchenſes; vtriſque ciuitatis ius datur.

*Vvolhuſium & Rotenburgum ad Lucern. deficiunt.*

*1386.* Sequentis anni initio, Auſtriaci Richenſeum à Lucernatibus munitum, vi expugnant, direptum exurunt, ducentos primo impetu viuos occidunt, ſæuitum etiam eſt in turbam imbellem, pars gladiis cæſi, pars lacu proximo ſuffocati periêre. Confœderati Meienburgum vi expugnatum, præſidio impoſito muniunt. Auſtriaci oportuno loco occultati, paucos ex ſuis adequitare propiùs oppidum iubent, quos inſecuti præſidiarij, inſidias præcipitant, octoginta ex iis occiſi, reliqui fuga ſalutem quæſiuêre. Heluetij ea re iritati, deducto inde præſidio, oppidum incendunt, & funditus diruunt. Inter hæc Rhenanæ ciuitates, ſuas ex fœdere copias mittunt, iis obuiam proceſſit Leopoldus, & antequam cum Heluetiis ſe coniungerent, prælio eos aggreſſus in Alſatia, octingētos equites occidit. Vocati in auxilium Sueui, mouere ſe noluerant, quod iam Leopoldo eſſent conciliati. Itaque tota belli moles, in Heluetios incubuit, quibus à vicina omni nobilitate pax, & concordia renunciatur, bellum indicitur, idquè non ab omnibus ſimul, ſed quo maior eſſet metus, à ſingulis ſingulatim. Primi ad illos miſêre feciales ſuos Vvirtembergici, Veringenſes & Lupodunenſes; hos ſecuti ſunt alij multi Comites, nobiles, & vicinarum ciuitatum, quæ ſub Leopoldi ditione erant, præfecti. Cęteræ verò Sueuiæ ciuitates, quæ ſub Imperij iure cenſentur, cùm bellum vtrinq; ſummo ſtudio parari, nec abſque vicinorum graui incommodo geri poſſe viderent, omnem adhibebant operam, vti pacem inter ipſos facerent. De ea cum fruſtrà diu laboraſſent, induciæ tandem ab exi-

*Richenſeum expugnatum.*

*Meienburgum exuſtum.*

*Stratagema.*

*Leopol. Rhenanos vincit.*

ab exitu menſis Februarij,ad medium vſq; Maium impetratę,quo tempore tantum abfuit,de pace quidquam conueniret,vti neque induciarum, fides inuiolata ſeruaretur. Quanquam enim iuſto prælio abſtinebatur, fiebant tamen leues quotidie velitationes, velut maioris belli præludia.

Exacto tempore induciarum,Lucernates ſuis & ſociorum copijs inſtructi,Vvolhuſium oppidum vnà cum arce expugnāt.Capfenbergo capto, Torbergicum inde pellũt, perq; omnem Ergouiam,pagorum villarumq; incendia excitant.Tigurini quoq; ſitu loci, Auſtriacis proximi,ex cõfœderatis ciuitatibus, mille ſexcentos milites euocant, Sempachium oppidulum pręſidio muniunt, quò euaſurus ſit hoſtium conatus, intentiori cura obſeruāt. Leopold⁹ interim cum ſuis Sempachium properè ducit, loci pręſidiũ, antequam ei auxilia à Tigurinis adferantur, aggreſſurus. Qui Tiguri erant, itinere eius explorato,arreptis & ipſi armis,eò aduolarunt,factumq; eſt,vti eodem ferè tempore,vtriq; ad eundem peruenerint locum,Archidux,conſpecto pręter opinionem hoſtium agmine, ſuorum conſilia exquirit. Ibi nobiles pleriq; pugnæ auidi,in hęc verba prorumpunt.Hos nobis ruſticos Devs male multandos in manus dedit. Arripienda igitur rei benè gerendæ occaſio, neque ex noſtra dignitate eſt, tot armati cùm ſimus, alias operiri copias. Hæc cùm inſolentiùs itentidem jactitarent, vnus inter ipſos Ioannes Haſenbergicus, temerarium ſociorum conſilium,nimiamq; virium fiduciam, repræhendens,nõ contemnendos eſſe ruſticos, quantumuis paucos, contendebat, dubiam eſſe belli aleam,&ſæpe à cõtempto hoſte cruentam edi pugnam.Hæc prudens viri ætate prouecti oratio, iuuenibus à timore proficiſci viſa, quos inter Ioannes Ochſenſteinius: Haſenbergi,inquit, ſatis jam apparet te non agnomen ſolum, ſed & cor leporis habere, ſat nobis contra hos paucos ſemiermes virium eſt.Inde ad principem ſe vertens: hunc inquit ruſticorum manipulum, hodie tibi ad veſperam, vt volueris, vel aſſum vel elixum exhibebimus. Hoc dicto,equos ſuis quiſque famulis tradunt,&propter loci naturam,equiti minùs idoneam, pedites in hoſtem ire pergunt, famulos adſtare ſpectatores jubet, & ruſticis fugam inituris, effugij vias intercludere. Neque Heluetij pugnę moram faciunt,magnis vtrique animis concurrunt. Nobiles egregiè ſe primo conflictu gerere,

*Vvolhuſiũ expugnatum.*

*Leopoldus Sempachium ducit.*

*Ioannes Haſenbergicus.*

*Pugna Sempachiana.*

Ayuntamiento de Madrid

gerere, hoſtium ad ſexaginta, antequam quiſquã eorũ vulneratus eſſet, deijcere. Mox verò pugna grauefcẽte, Heluetiis acriter ſe defendentibus, cum diutiùs teneret pugna, ſub pondere armorum depreſſi, æſtu & laſſitudine defectis viribus, cedere paulatim hoſti expedito, & laboribus aſſueto, coacti ſunt, multiq; paſſim cecidêre, inter quos nõnulli etiam abſq; vulnere inuenti ſunt. Principem ipſum, ſunt qui aſſerãt, à ſuis monitum, vti ex tuto loco pugnam ſpectaret, id facere noluiſſe, alij, viſo ſuorum periculo, equo diſiliiſſe, ſuamq; cum reliquis fortunam coniunxiſſe, neque tot uiros egregios deſerere voluiſſe, prodidêre. Id verò cõſtat, ſtrenuè

*Leopol. occiſus.* inter primos pugnantem eſſe occiſum. Inclinata nobilium acie, multi ex famulis fugêre, deſertis heris. Ita victoria penes Heluetios fuit, occiſorum præcipui nominis, catalogum, ex variis manuſcriptis collectum, ex amicorum auctoritate, inſerere volui.

*Catalogus occiſorum ad Sempach.*

Hi præter principem ipſum, erant: Otto Marchio Hochbergicus (quidam ab Hachone gentis auctore, Hachbergenſem vocant) Vdalricus Palatinus Tubingenſis. COMITES: Fridericus à

*Comites.*

Zollern cognomento Niger, Ioannes Fürſtembergicus, Donatus Toggẽburgicus, Ioãnes, Vvalraffus, & Petrus Thierſtainij fratres, Ioannes Schvvartzenburgicus, Reinhardus Montbellgardius, Ioannes Ochſenſtainius Præpoſitus Argentoratenſis. BARONES:

*Barones.*

Otto Dapifer à Vvaldpurg, Ioannes & Vdalricus Haſenbergici, Fridericus Monſtralius, Vvaltherus Geroltzeggius, Vvaltherus Dickius, Petrus Pollvveilius, Fridericus Brandiſius, Gotzo à Stauffen, Suiggerus à Gundelfingen, Petrus Arbergicus qui diuenditis in Sueuia bonis, apud Auſtriacos ſedem fixerat, Theobaldus, Petrus, Vvernlinus & Vualtherus fratres Mörſpergij, Albertus Rechbergius, Fridericus Greiffenſtainius. EQVITES: Egolfus ab

*Equites.*

Embs, Petrus Slanderſpergius, Burcardus Freybergicus iunior, Nicolaus à Bebenhaim, Rudolphus à Vvähingẽ, Vdalricus Thierbergius, Ioannes Liechtenſtainius Franco, Hãmannus Liechtenfelſius, Henricus Schellenbergicus, Hammannus Vviſvvilerus, Martinus Malterer, Leutholdus Mülheimius, Henricus à Rheinach, Fridericus ab Erzingen, Ioannes Randeccius, Conradus Reichenſtainius, Ioãnes Suandeccius, Conradus à Lapide, Bernhardus à Domo, Burcardus à Maſmunſter, Petrus Andlouius, Gotzmannus à Baden, Franciſcus Caſtelnouius, Theodoricus

Ratſam-

Ayuntamiento de Madrid

Ratſamhuſius, Lutoldus Bernfelſius, Petrus Landſpergius, Lando & Vverlinus Hatſtadij, Henricus & Colomannus à Clingen, Vdalricus Arbergicus, Henricus ab Eſculo, quorum hic comitatus Tirolenſis: alter Auſtriæ vexillum in pugna gerebant. NOBILES: *Nobiles.* Sigfrid⁹ Erbachius, Ioãnes Schellẽbergius, Vvalterus Andlouius, Henricus à Lapide, Hammanus ab Eſchentz; cum Haintzomanno & Hainemanno filijs, Vdalricus, Fridericus, Gunterus & Ruſtmannus Reinachij, Hanſo Kageneccius, Bernlinus, Contzelinus, Lucius & Albertus Bernfelſij, Ioan: Grunbachius, Turingus, Ioannes & Hanſelinus ab Halvveil, Petrus Velſenheimius, Eberhardus Sternfelſius, Rutmãnus Künigſteinius, Vvalterus à Neüfreno, Hammanus & Burcardus cognomine Longus ab Ehingen, Vvernlinus à Flachſland, Vdalricus ab Embs, Ioannes Sperbereccius, Henricus & Petrus Ratſamhuſij, Simon Keppenbachius, Nicolaus & Chriſtophorus fratres Gôtſchij, Hermannus, Ammãnus, & Crafto Vvaldneri, Maurus Cuſſenbergicus, Ioannes Vviſvvilerus, Cuntzo Steinheimius, Hurrus à Schônavv, Hagnerus à Rôtelen, Cuntzelinus Eptingenſis, Egolfus Küchlinus, Conradus & Petrus Bolſenheimij, Ioannes Grünenbergicus, Vvernerus Schôneccius, Egolfus Stüſslingenſis, Henricus & Vvolfgangus à Batmeringen, Vvalterus Hohenfelſius, Conradus Hôfingenſis, Cuno Mulheimius, Conradus Limbachius, Conradus, Theodoricus & Ioannes ab Hochdorff, Franciſcus & Vdalricus Tegerfeldij, Hildebrandus Vveiſenbachius, Bentzo Hohenſtainius, Suigerus à Grüningen, Hentzo Liechteneccius, Bernhardus Grat à Sultz, Cuno Dapifer à Bachuſen, Vvilielmus ab End, Vvernlinus & Contzelinus Rotbergici fratres, Rudolphus Hünenbergius, Conradus à Turri, Rauus Liechtenſtainius, Henricus Regisheimius, Godefrid⁹ Vvinsheimius, Hammannus Signouius, Conradus Stützius, Marquardus Baldeccius, Sigfridus Villenbergicus, Bruno & Hammanus Güſſij, Hofmannus à Biberbachio, Conraradus ab Edeccen, Scharbo Berlichuſius, Ioannes Rudolphus & Burcardus Lobgaſſij, Vvolfo à Pfanhuſen, Burcardus Gâſslerus, Ioannes de Lar, Ioannes Rudenbergicus, Nicolaus Bobelhemius. Vvalterus Spetus de Eſelen, Vvilielmus Rotbachius, Ammannus Vvitzhuſius, Thomas Bernlappius, Hermannus Vvittenhemius, Albertus ab Mülinen, Henricus Vaſslinus, Hieronymus Boïenſteinius,



Ayuntamiento de Madrid

ſtainius, Hugo & Fridericus Klethij, Theobaldus Nidlingenſis, Gotzo Müllerus, Rudolphus Horuſſius, Ioannes Bruckerus à Bruckheim, Vdalricus Rudenheimius, Vvolfgangus de Kratten, Oſvvaldus Vvigerus, Ioannes Fulachius, Cuno Storus, Heintzmannus Küttlingius, Andreas Güſſingenſis, Hermannus de Magerinis, Georgius Kuchenmaiſterus, Ammanus Rotus, Ioannes & Henricus Stockerij, Theodoricus Munchigenſis, Vvernerus Humenburgicus, Eberhardus à Madingen, Henricus Vvallerus, Fœlix Rauenſpurgius, Cunradus Kifferus, Horanſerus Hofmannus, Henricus Collius, Hermannus Boëmus, Lutoldus Schafferus, Vvalterus Meierus, Hammanus à Türicon, Hartmannus & Vdalricus fratres à Bütticon, Ioãnes à Vvetzelhaim, Hugo & Fridericus à Glatt, Gebhart Vochardus ab Vlenberg, Ioannes ab Irmenſee, Lutfridus Schieſſer. Numerantur & Burgundi ſedecim, quorum ſex erãt equeſtri dignitate, reliqui nobiles. Prætores item Rhinfeldenſis & Neoburgicus, cum binis vterque commilitonibus. Cæſi cum iis dicuntur, duo hominum millia, ex Heluetijs, ducenti. Incidit hæc pugna in ſeptimum Id. Iulij. Principis corpus vnà cum optimatibus, Campi regij monaſterio tumulatum eſt. Is ex Virida, Barnabouis Ducis Mediolanenſis filia, reliquit Vvilielmum Secundum, Erneſtum Primum, Leopoldum Quartum & Fridericum Quintum, de quibus ſuo loco dicetur. Filiam etiam habuit Eliſabetham, pulchritudine inſignem, quæ Henrico Goriciȩ comiti deſponſa, ante nuptiarum diem obiit, quidam & Catharinæ eius filiæ meminêre, quæ ſacris initiata fuerit.

*Leopoldi filij.*

*Henr. Goricius.*

Poſt prȩlium Sempachienſe, multi nobiles, qui ſuos in eo propinquos amiſerant, vindictæ cupidi, bellum in Heluetios continuari deſiderabant. Iis ducem ſe prȩbuit Leopoldus, patri cognominis, animi fortitudine, eminenti ſtatura, & armorum vſu inſignis; cui Ambitioſi, ſiue (vt alij volunt) Superbi cognomen poſteà fuit. Cumq; ob recentem cladem, nouo exercitu opus eſſet, alios item nonnullos in ſuas partes pellexit. Ex quibus Adolphus Moguntinus præſul (Archipreſbyterum quidam vocant) Lambertus Bambergenſis Epiſcopus, & Fridericus Burggrauius Norimbergenſis, bellum Heluetiis per fȩciales ſuos denunciant. Bernates, haud dubium bellum ſibi imminere vidẽtes, contracto ex vicinis agris milite, quaſdam in Vchtlandia arces, hoſti oportunas, expu-

*[Le]opoldus IIII. cognomine Superbus.*

Ayuntamiento de Madrid

expugnant, Torbergam, Haſenbergam & Vvilliſouiam incendio deuaſtant, inq; Friburgenſium meſſem falces immittũt. Erat Friburgum ea tempeſtate ſub Auſtriacorum dominio, vnde equites nonnulli, agrorum deuaſtatione, & villarum incendiis exciti, in Bernatium agro Vileram & Dingenam arces capiunt, Iuonem Bollingenſem, armis clarum, captiuum ſecum abducunt. *Friburgum Nuithonum.* *Iuo Bollingẽſis.*

Interea confœderati ineunte autumno, Vveſenam ciuitatem occupãt, & præſidio muniunt, quaſdã circa eam arces demoliuntur. Cumq; iam bellum acerrimum, ſummis vtrinq; ſtudiis, non parari tantùm, ſed geri viderent Sueuiæ nonnullæ ciuitates, Imperio ſubditæ, quæ cum vtriſq; amicitiam fouebant, ſua intereſſe ratæ, pacẽ inter ipſos conciliare, ſumma ope adnituntur. Sed apud obſtinatos in bellum animos, pacis nulla ratio iniri potuit; nobiles enim acceptæ cladis memores, inſigni aliqua victoria amiſſam nuper gloriam, recuperare contendebant, & Heluetij ſucceſſu rerum alacriores, ac in ſpem libertatis erecti, fortunaſq; omnes illius obtinendæ ſtudio, impendere non recuſabant. Tandem verò adnitentibus Sueuis, omiſſa pacis tractatione, ad induciarum fœdera, quæ ſanctiùs interdũ quàm pax ipſa ſeruari ſolet, deuentum eſt. Eæ ab exitu menſis Octobris, vſque ad initium Februarij primùm factæ, mox in annum integrũ extenſę ſunt, quo tempore à præliis quidem ceſſatum, à leuibus vtrinq; iniuriis non item. *1 3 8 7.* *Heluetij ad libertatẽ aſpirãt.*

Sub exitum induciarum Auſtriaci, re priùs cum ciuibus quibuſdam cõmunicata, Vveſenam aliquot milites callidè ſubmiſêre, qui in cõſciorum domibus latentes, ab ijſdem adiuti, ad quintum Calend. Martij præſidium inuadunt, præfectum & octoginta amplius cum eo milites occidunt, reliqui quà quiſq; poteſt, ex mœnibus præcipites noctis beneficio, & pernicitate pedum, ſalutem quæſiuêre. Ciues in verba Ioannis Vverdembergici, Sareganſij Comitis, Auſtriacorũ pręfecti, jurauêre. Hoc bellum cum annos quatuor tenuiſſet (neque enim leuia vtriuſque illata & accepta damna enumerare operæ eſſe putauimus) tandem anno vndenonageſimo, ab iiſdem Sueuiæ ciuitatibus, pax inter illos facta in ſeptem annos, quinquennio pòſt in plures prorogata eſt. Dum hæc in Heluetijs geruntur, Albertus dictus cũ Trica, Auſtriæ rem quietè adminiſtrabat, pietati jam inde à puero addictiſſimus, fouendiſq; bonarum artium ſtudijs vnicè deditus. Quare Viennenſe gym- *Vveſena aſtu capta.* *Ioan. Vuerdembergicus.* *Albertus cum Trica.*



Ayuntamiento de Madrid

*Academia Viennæ fundatur.* ſe gymnaſium in Academiam publicam ſiue vniuerſitatē (vti vocant) euexit, impetrato ab Vrbano Sexto P.M. confirmationis diplomate, circa annum eius ſeculi octogeſimum quartum. Mathematicas artes, ſummo ſtudio ꝓmouebat, easq; publicè legi curauit. Architecturam quoq; & ſtatuariam vnicè coluit. *Laxenburgum arx.* Laxemburgum item arcem, cum amœniſſimo ferarum viuario, extruxit, vbi pacis tempore venatu, & alijs exercitiis, ocium oblectare ſolebat. Ad Stiram verò ciuitatem ſupra Onaſſum amnem, à nobilib⁹ quibuſdam tumultuatum eſt, quos inter Rorij quidam nobiles, *Leonſteina arx.* munitiſſimam iis locis arcem tenebant Leonſtainam, ex qua, infeſtas quotidie excurſiones in vicinos agros faciebāt, nonnullos etiam ex principis nobilibus, inter quos Goldeccerum quendā, & Vvelderum ex itinere captos, abduxerant, & in arce aſſeruabant. Eam
*1388.* Albertus longa tandem obſidione, anno octauo & octogeſimo capit, & quod oportuna inferendæ iniuriæ eſſet, exurit ac vaſtat.

Erat per eoſdem dies Patauij inter Canonicos magna diſſenſio, quorum nonnulli Georgium ab Hohenlohe, reliqui Rupertum, Vvilielmi Montenſis reguli filium, elegerāt epiſcopum. Georgio ſtudebat Albertus, & apud ſummum Pontificem illius cōfirmationem impetrauerat. Ne igitur is ab aduerſa factione premeretur (nam cum altero plures ſentiebant) Albertus exercitum adducens efficit, vti Georgius reciperetur. Rupertus poſteà Padebornenſem Epiſcopatum adeptus eſt. Vltimum Alberto bellum *Albertus cum trica moritur.* contra Boëmos exoriebatur, ad quod cùm ſe pararet, morbo implicatus, in arce Laxemburgo diem obiit xv. Calēd. Septembr. anno xcx. Corpus eius ad D. Stephani ſepultum. Tricam verò, qua longos capitis crines innexos geſtabat, in arce Laxemburgo ſeruari dicūt. Vxores habuit duas, ex priore Eliſabetha, Caroli quarti filia, nullos ſuſcepit liberos, ex altera Beatrice, Burggrauia Norimbergenſi, vnicum reliquit hæredem filium, Albertum eo nomine in Auſtriaca gente Quartum. Poſt Alberti Tertij obitum, Vvilielmus Leopoldi filiorum maximus, qui à parentis interitu, ſuo & fratrum nomine, reliquis, præter Auſtriam, prouinciis, præerat, illam quoq; communibus cum Alberto auſpiciis, gubernandam ſuſcepit, quæ res benè ab initio conſtituta, pòſt in deterius vertit. Orta enim inter patrueles leui quadā ſimultate, proceres in duas quodammodo factiones diuidebantur, neq; fieri poterat, vti qui alter-

Ayuntamiento de Madrid

alterutrius animo acceptus eſſet, alterius indignationem non incurreret. In Sueuia verò & Tirolenſi prouincia, ſuo & fratrum nomine rebus præerat, Leopoldus Iunior, qui Tirolenſibus leges & ſtatuta prouincialia vti vocant inſtaurauit. Alberti verò animum pius quidam affectus, & deſiderium inceſſit, ſacra terræ Paleſtinæ loca, inuiſendi, neq; ab hoc propoſito cuiuſquam auctoritate deduci potuit. Diſſuadebat mater ipſius Beatrix, Vvilielmus item & cæteri proceres, pericula & obſeſſos à relligionis hoſtibus omnes aditus, neque dubium eſſe, quin fama aduentum præcurrente, inſidiæ ipſi timendę ſint. Ille certus animi, rebus omnibus conſtitutis, relicto ad gubernacula Guilielmo, Venetias proficiſcitur, vbi à Senatu honorificè exceptus, dum triremes duæ inſtruuntur, perluſtrata vrbis magnificentia, mari ſe cõmittens, felici nauigatione in Syriam venit. In terram exſcendens, nemini quis eſſet aperuit, quoad locis ſacris viſitatis, & equeſtri dignitate accepta, nauem ingreſſus, Auſtrij principatus inſignia explicari, tubisq; apertè cani iuſſit. Atq; ita domum abſq; vllo incommodo ſoſpes reuerſus, cum lætícia & plauſu, à ſuis recipitur. Vxorem deinde accepit Ioannam, Alberti Bauari Hollandiæ & Zelandiæ principis, filiam. Vvilielmus quoque, poſt Heduigis Polonæ obitum, de qua ante memorauimus, vxorem duxerat, Ioannam Duraciam, Caroli Pacis, Hungariæ & Apuliæ regis filiam. Sub his igitur principibus, Auſtria cum ſuis prouincijs aliquot annis pacem habuit. Imperiũ ea tempeſtate habebat, Venceſlaus Boëmię rex, à quo Vvilielmum, Germaniæ præfectura, aliquando decoratũ Lazius meminit. Hunc anno quadringenteſimo ſupra mille, ob vitæ luxum & ignauiã (à qua cognomen nactus erat) Principes Electores rerum faſtigio dejecêre, accedente Pontificis ſummi calculo. Mox Fridericus Brunſuicenſis, à nõnullis Romanorum rex dictus, Moguntini præſulis machinatione occiditur. Diſcordibus deinde ſuffragijs, Iodocus Morauię princeps, & Rupertus Palatinus electi, cũq; ille ſexto pòſt electionem menſe mortuus eſſet, huius electio ab omnibus eſt approbata, Venceſlaus regno Boëmiæ contentus, nihil de Imperio vltrà mouit.

*Albertus Quartus.*

*Alb. Quarti iter in Syriam 1400.*

*Ioanna Hollandica Alberto nubit.*

*Io. Ducacia VVilielmo nupta.*

*Venceſlaus Cæſar.*

*Rupertus Palatinus Cæſar.*

Anno noui ſeculi ſecundo, Sigiſmundus Venceſlai Ignaui frater, Hungarię rex, Alberto Auſtriaco, ob collata in ſe beneficia, ſucceſſionẽ in regnum ſuum, eiq; coniunctas ditiones decernit, ſi



Ayuntamiento de Madrid

abſque hærede maſculo ipſe moriatur. Quod ſi filiam vel vnam vel plures ſuſceptas reliquiſſet, ijs Albertus conditiones genere dignas quęreret, centenaq́; aureûm numûm Hungaricorum millia, ſingulis in dotem numeraret: huius rei teſtes ſunt literæ, Vicariatus Imperij ſigillo munitæ, quibus irritas facit alteras, quas olim Iodoco patrueli ſuper eadem re, conceſſerat. Hanc primam, de regno illo ad Auſtriacos deriuando, mentionem, inſpectis literis, præterire nolui. Non multò pôſt exortum eſt Alberto bellum Morauicum, ex hac præcipuè cauſa. Iodocus Barbatus, quem in Rom. Regem electum, obijſſe diximus, vti Morauiæ ſolus potiretur, Procopium fratrem, paterna hæreditate expellere tentauerat. Is fratris viribus impar, multos ſibi facinoribus ac ære alieno perditos, adiunxit, à quibus adiutus Znoymam ad Auſtriæ fines oppidum, occupauerat, ex quo vicinos non Morauiæ tantùm, ſed Auſtrię quoque agros, deprædabatur. Cumq́; Iodoco è viuis ſublato, raptores auari, arreptam ſemel licentiam, nec dum deponerent, Albertus, collecto ſedecim millium militum exercitu, in eos profectus, Znoymam arcta obſidione cingit. Neq; dubium cuiquam videbatur, quin vel primo inſultu, oppidum capi potuiſſet, ſi res, ex militaris diſciplinæ ratione, fuiſſet adminiſtrata.

*Summa dotis.*

*Albertus Quartus Znoymam obſidet.*

Aderant in ipſius exercitu proceres nonnulli, maiore domi ob genus & diuitias autoritate, quam rerum vſu præditi, quorum conſilijs fiebat, vti omnia malè ſuccederent. Tentata igitur oppugnatione, tormenta muris admota, quòd nulla re præmunita eſſent, facilè iniecto igni concremantur. Inde ſegnes ſtatim ad obſidionis moram animi, eorum præſertim, qui aduentus ſui terrore debellatum iri ſperauerant. Ita ſæpè in bellum cum alijs educuntur & illi, quos domi reliquiſſe magis ex re erat. Accurrit tandem in caſtra Sigiſmundus rex, & ſocia cum Alberto arma iungit. Procopius verò, & qui cum eo erant, maiorem belli molem in ſe parari videntes, ad dolum confugiunt, & per idoneos malarum operarum miniſtros, venenatam vtrique potionem exhiberi curant, ex qua Sigiſmundus medicorum ope conualuit. Albertus ſoluta obſidione, lectica Neoburgum delatus, præter veneni vim, ſoluto in dyſenteriam ventre, diem extremum clauſit, ad oct. Cal. Sept. anno domini quarto ſupra mille quadringentos. Hæc paulò aliter nonnulli referunt, & eſt apud pleroſq; magna in temporum ratione

*Inexercitatus miles plus damni quem cõmodi affert.*

*Albertus quartus veneno necatur.*

*1404*

Ayuntamiento de Madrid

ratione confuſio. Qui verò hæc viuente Iodoco contigiſſe narrant, mortis Alberti anno, de quo conueniunt ſcriptores, refelluntur. Corpus eius Viennę ad D. Stephani, apud patrem, eſt conditum. Ex vxore Ioanna, quam diximus, filios reliquit Albertum Quintum, & Ioannam, quæ Henrico Boiorum regulo nupſit. Malè huic ſecundam vxorem Lazius attribuit Mechtildem Palatinam, quæ Alberto Sexto multis pòſt annis juncta fuit; quod lectoris monendi, non eius carpendi cauſa dico. Hunc Albertum, cognomento Patientem, & Mirabilia mundi, alicubi appellatum reperio, quod mira quædam ab eo perpetrata eſſe, fabulatores quidam, materia ex itinere Hieroſolymitano detorta, ſuis rythmis euulgârunt. *Mirabilia mundi.*

A morte Alberti Quarti, filio eius puero, Vvilielmus tutor fuit, qui rei ſummam ſemel ſuſceptam, reliquo biennio, quo patrueli ſuperuixit, retinuit. Per idē tempus Neuſideli ad Hungariæ fines, prædones quidam itinera, & circumiacentes agros infeſtabant. Ad quos miſſi ab Archiduce milites, diſturbatis eorum latibulis, nonnullos cædunt, & ad ſexaginta captiuos Viennam adducunt, quorum pro delicti modo, aliquot ſuſpendio affectis, reliqui aut æs pro capite ſoluerunt, aut in vinculis aſſeruati ſunt. Grauiter hanc rem tulit Sigiſmundus Hungariæ rex, erantq; inter aulicos, qui, quòd ex veteri in Germanos odio, belli occaſionem quærerent, animum eius verbis exaſperarent: indignum eſſe Auſtriacos in regnum vſque ingredi, & inconſulto rege, captiuos inde, quos vellēt, ad pœnas Hungarorum genti ignominioſas, abripere. Hęc & alia ab illis jactitari, jamq; exercitum parari, rumor erat. Vvilielmus itaque, vt facti ſui rationem redderet, neque bello cauſam dediſſę crederetur, Georgium Patauienſem, & Berchtoldum Friſingenſem, Epiſcopos; Præpoſitum Viennenſem Vvilielmum, & Rembertum à Vvaldſee legatos, Budam ad regem miſit. Cum verò rex, audita legatione, rem nimis exaggerare videretur, Rembertus in hæc verba locutus eſſe dicitur. Nolimus ſanè quemquā putare, Sereniſſime rex, nos huc legatos veniſſe, quod princeps noſter bellum aut expaueſcat, aut deprecetur, ſed quod publicæ quietis rationem habeat. Neque enim pacem, aut fecialia jura abs ſe violata in eo exiſtimat, quod noxios homines merito adfecerit ſupplicio. Quod ſi verò decreueris bello injuriam (ita enim *Albertus Quintus.* *Rembertus à VValdſee.*



Ayuntamiento de Madrid

interpretari hoc eius factum videris) perſequi, non imparatum vſque adeò inuenies, nec à ſuis deſtitutum auxilio. Ego ſanè, vt de
1406. alijs qui domi ſunt nihil dicam, mille armatos per anni ſpacium alere paratus, hos meos collegas, vt me potentiores, ita vel tantundem, vel plus etiam præſtaturos, non dubito. Hæc cùm ingenuè ac liberè protuliſſet Rembertus, Hungari, re in conſilio agitata, pacatius legatis reſponſum dedêre, & à bello temperatum eſt. Eodem anno Vvilielmus, nulla relicta prole, obijt. Sunt qui leonem ab eo educatũ ferunt, ipſo mortuo, cibum à nemine ſumpſiſſe, atque inedia perijſſe. Hoc genus animalis, primùm ab Hannone Pœno, & poſt eum, ab alijs nõnullis, cicuratum legitur. Nec defuit noſtra quoq; ætate, illuſtris belli dux, qui leonem cicurem ſuis ipſe manibus pauit.

*VVilielmi mors.*

*Leo cicur.*

Vvilielmo mortuo, Leopoldus, Fridericus, & Erneſtus fratres, Auſtria Alberto relicta, reliquas inter ſe prouincias partiti ſunt. Sueuiæ prouinciæ, quæq; Rheno adiacent, Burgouia, Briſgouia, Alſatia, Ergouia & Heluetijs conterminæ ditiones Leopoldo cedunt; Erneſto Stiria, Carinthia, cum Carnis; Friderico Tirolenſis comitatus. Cùm verò Albertus Quintus puer admodum eſſet, tutelam eius quiſq; pro ſe ambiebat. Leopoldo natu maximo, procerum Auſtriacorum arbitratu, pueri tutela committitur, quam cùm fratres, imprimis verò Erneſtus, ad ſe quoque pertinere contenderet, multæ & graues turbæ, per Auſtriam extitêre. Ne verò res ſtatim in bellum inteſtinum erumperet, procerum interceſſione impetratum eſt, vti Erneſtus quoque in partem tutelæ admitteretur. Fridericus enim, quòd ditiones habebat longiùs ab Auſtria diſſitas, minus eam rem vrgebat, magiſq; pro fratre, quàm pro ſe ipſo laborabat. Sunt qui per vices tutelam menſtruo ſpatio, inter ipſos partitam fuiſſe, adfirmant. Lazius quadraginta aureorum millia, in annos ſingulos Leopoldo decreta narrat; quod vti facilè credo, ita mirari ſubit, quod Caroli Quarti hic meminerit, qui tragœdiam inter fratres ortam ſuſtulerit: is enim annos jam vnde viginta mortuus erat. Eiuſdẽ anni ęſtate jam adulta, Vvilielmi vxor vidua, in Apuliam regnũ paternum, abijt. Erneſt⁹ quoq; Stiriam petens, cum Neapolim veniſſet, à ciuibus excluſus eſt, qui Leopoldi rebus ſtudebant, ipſumq; pro legitimo principis tutore agnoſcebant. Eam rem indignè ferebat Erneſtus, ſed ne iniuriam

*De tutela Alberti Quinti contentio.*

*Erneſt⁹ Noua ciuitate excluſus.*

bello

bello vltum iret, à prouincialibus nonnullis interceſſum eſt. Neq; verò Neapoli tantum, ſed Viennæ quoque, & tota paſſim Auſtria, varia erant hominum ſtudia, varij animorum motus, cum hic Leopoldi, ille Erneſti partes ſequeretur, alius alterutrum, alius vtrunque calumniaretur; quę res multis, præſertim Viennenſibus, graui exitio fuit.

Interim rapinis, & latrociniis, Auſtria diuexabatur. Erant prædones aliquot in loco quodam vulgò Hauaſtain dicto, quorum dux, nocte quadam repentina morte extinctus, in lecto repertus eſt: quod iuſto Dei ſupremi vindicis iudicio factum eſſe interpretabantur illi, qui magnis ab eo damnis affecti fuerant. Per eoſdem dies & Morauus quidam Socolius (vulgò Scheckl) Laam ciuitatem aſtu occupauerat, & præſidio latrunculorum munierat, vnde in vicinos agros excurrens prædas agebat, quæq; agi aut ferri minus poterant, ferro & igni corrumpebat. Cuius audaciæ vti obuiã iretur, Leopoldus conſcriptis ex Auſtria ac Stiria militibus, antiſtitem Friſingenſem præficit, prę ſidium Ruſpachij collocat, & ne diuturna ipſius abſentia Viennę aliquid moueretur veritus, eò reuertitur. Friſingenſis verò Laam ea animi alacritate oppugnat, vti porta vna, defenſoribus muro depulſis, vi aperiretur. Eam Vvicardus Polheimius, ab vno tantum famulo adiutus, aliquandiu tenuit, donec aliò, nemine id obſeruante, ingruentibus vndique telis, pulſus ceſſit. Hac oppugnatione fruſtra tentata, ne abſque moræ precio tempus tereret, Friſingenſis locis quibuſdam præſidio collocato, exercitum dimiſit. Socolius auctis eo ſucceſſu animis, præſidia expugnat, nobiles aliquot, pro quibus dimittendis, vtq; Laam ciuitatem principi redderet, duo & triginta aureorum millia accepiſſe dicitur. Sequẽti anno bellum inteſtinũ in Auſtria exortum eſt, quo nullum atrocius, ab Alberti primi principatu, in eum vſq; diem fuerat. Prouinciales nonnulli & qui in ciuitatibus magiſtratus gerebant, de Leopoldi gubernatione, quam antè approbauerant, grauiter conquerebantur, impotentius agere, nec pro tutore ſe, ſed pro domino gerere, & rei ſummam ad ſe trahere dicebant. Augebat illi inuidiam ingens pecuniæ vis, ab Eccleſiaſticis, & ciuibus præcipuis Viennenſibus exacta, cuius expenſæ nulla apparebat ratio. Hæc ſuorum literis ac nuncijs edoctus Erneſtus, Grætia Stiriæ, vbi tum erat, Viennam properè aduolat.

*Socolius vulgò Scheklfacinoroſus homo.*
*Laa aſtu capta.*
*Vvicardi Polheimij fortitudo.*
*1407.*
*Bellum ciuile Auſtriacum.*

Præſto

Ayuntamiento de Madrid

Præſto ei ſunt, Fridericus, & Rembertus, Vvaldſeij, fratres, quorum ille Alberti principis aulæ præfectus erat, & alij nonnulli, vtque agnati tutelam in ſe, & rerũ gubernacula ſuſcipiat hortantur. Leopoldus irę plenus, Neapolim ſe confert, & contracto raptim milite, eccleſiaſticorum quorundam, ac procerum cum Erneſto ſentientium prædia, inuadit. Interim Friſingenſis Enſeſdorffij quam plurimos, ex equeſtri ordine & nobilitate viros, ad ſe vocatos, in Leopoldi fide confirmat. Hi ineunte autumno, iũctis viribus cõtrarię factionis agros depopulati, Egemburgũ, Droſendorfium, & Laam nec opinato aduentu capiunt, magnamq; ex iis cladem vicinis agris inferunt. Adeò verò afflictus rerum ſtatus, adeò miſeranda hominum conditio, vt nec cui tutò fidere, quemuè timere deberet, quiſquam ſcire poſſet, neq; parentes à filiorum, neque viciſſim hi ab illorum iniuriis ſecuri agitarent. Vt enim quęuis factio, quouis in loco armis ſuperior erat, ita ſubditi eam admittere cogebãtur, quorum paulò pòſt alterius factionis hominibus pœnas daturi eſſent. Itinera etiam omnia rapinis infeſta, fugam inire prohibebant. Ita miſeri illi ſuo periculo experiebantur, fieri non poſſe, vti duobus dominis, diuerſa volentibus, commodè ſeruiatur. Vienna interim multis quoq; & magnis diſſenſionum ęſtibus feruebat, operę & de plebe homines mechanici, quorum magnus ibi numerus, Leopoldum pleriq; fouebant, Senatus verò & ciues, quiq; illis ex plebe obnoxij erant, pro legitimo principe, & aſſertore ipſius Erneſto laborabant. Eorũ iuſſu, quinq; tum ex maximis plebis concitatoribus cõprehenſi, & capitis condemnati, popularium furorem magis etiam accenderũt, nihil tamen abſente Leopoldo in pręſens auſi, vindictam in ſuum tempus diſtulerũt. Interim adnitentibus vtrinq; proceribus nonnullis, conciliandę pacis & concordię conuentus indicitur Clauſtro Neoburgi. In eo Leopoldi res ſuperior fuit, ita tamẽ ne frater à tutela ꝓrſus excluderetur. Itaq; hic Grętiam Stiriæ petiit, ille magna cum pompa Viennã deductus eſt, vnde Neapolim profectus, Liberalia illic celebrauit.

*Afflictus Auſtriæ ſtatus.*

*Duobus ſeruire graue.*

*1408.* *Friderici Vvaldſeij mors.*

Per eoſdẽ dies Fridericus Vvaldſeius Viennæ vi pulueris tormentarij, incertum cuius fraude, ſub lectum abditi & incenſi periit, inſignis vir, magnaq; in principem fide. Hoc nuncio perculſus Erneſtus, itinere raptim facto, Viennã accurrit. Ea vrbs in fide principis & Erneſti manſit, reliquę ferè ciuitates ꝓ Leolpoldo ſtabant.

Proce-

Ayuntamiento de Madrid

Proceres item omnes (nam & ij, qui contra ſenſerant, poſt Friderici mortem, aut minis, aut promiſſis incitati, conſilia mutauerant) Leopoldi partes ſequebantur, ſolus ex eis Rembertus Vvaldſeius, apud principem manſit. Cumq; jam recrudeſcere bellum videretur, nouus iterum conuentus Neapoli habetur, vbi cum nihil ad ſummam rei effectum eſſet, ad D. Hippoliti fanum, feriis palmarum conuenitur. Re & ibi non tranſacta, cum domum redirent, Viennenſium legati, in inſidias præcipitarunt, quas propè Burckenſdorfium Ioannes Lauenius, & Stephanus Sebeckius collocatas habebant. Vnus ex iis Nicolaus Fluſtardus occiditur, reliqui Cunradus Vorlaufius Cos. vir ſtrenuus, Ioannes Roccius, Nicolaus Vndermhiml cum aliis aliquot, paucis fuga elapſis, capti primum in arcem Chageliam, inde Gratzenſtainam, & tandem Turenbergum rapiuntur, donec duo aureûm numûm millia ſe daturos pacti, ad duodecimum Cal. Iulij Viennam rediêre. Haud multò pòſt & Leopoldus eò venit, qui partem mœnium deiici, & catenas, quarum obiectu, platearum ingreſſus, ad ſubitos incurſus, præmuniri ſolent, auferri poſtulauit; ſed id fruſtra fuit. Interim multi ex plebe inquieti & ſeditioſi homines, tempus quod expectarant, adeſſe rati, ad Leopoldum ſe conferunt, magiſtratus atq; ſenatum grauiter accuſant. Inter criminationum capita pręcipuũ erat, quod exhauſto iam ęrario, vt ęs alienum fœneratoribus exolueretur, inſolitum vino portorium ſenatus impoſuiſſet. His addebantur & alia, quibus infenſus antè in Viennenſes Archiducis animus, magis exacerbaretur. Igitur ad Nonas Iulias, Cunradus Vorlaufius Cos. Ioãnes Roccius, Cunradus Rampelſdorfius, Rudolphus Angerfeldius & tres alij in vincula coniecti ſunt, nec vllis amicorum aut cognatorũ precibus, neq; vxorũ filiorumq; lachrymis obtineri potuit, quò minus quarto poſt die capitis ſuppliciũ de iis ſumeretur. Cumq; Angerfeldius, qui ętate cęteros anteibat, primus ad necẽ duceretur, Vorlaufius intercedens. Ego vobis, inquit, dux & conſiliorum autor fui, in quibus etſi nulla fraus capitalis admiſſa eſt, æquum eſſe duco, vt præſenti neceſſitati primus ego me offeram, vos cõſulem veſtrũ, eo quo ſoletis ordine, ſequamini. Stupuit ad hanc vocẽ carnifex, & officium facere iuſſus, educto gladio, in veſtigio hærens ſubſtitit. Ibi Vorlaufius: Exequere, inquit, quod iuſſus es, & timorem omnem exue, ego hanc mortẽ, quam

*Cunradus Vorlaufius Cos. Viẽnenſis.*

*Cos. Vienn. cum Senatoribus capite plexi.*

Ayuntamiento de Madrid

*Leopol. omniũ odiũ incurrit.*

quam innocens feram, tibi ignoſco. Hæc effatus, protenſa ceruice, magno animo ferrum recipit. Idem & alij fecêre. Horum corpora ad ædem D. Stephani, tumulo illata ſunt, vbi ex orichalco epitaphium viſitur, cum hac inſcriptione: Sta fle plange & cæt. Secundum eorum hominum ſupplicium, non Vienna ſolum & reliqua Auſtria, offenſos in Leopoldum animos ſumpſêre, ſed vicini quoque principes, Hungariҽ rex, Boëmi & Moraui fœdus illi & amicitiam renunciarunt. Domi quoque Rembertus Vvaldſeius, accito Roſembergio ac aliis nonnullis, quibus maximè fidebat, arma in illum ſumit, tumultibus, neque tàm bello quàm belli timore, feruent omnia.

*1409. GeorgiusLiechtenſtaini9 Epiſcopus Trident.*

Hunc afflictum rerum ſtatum miſeratus Georgius Liechtenſtainius, Epiſcopus Tridentinus, qui Præpoſitus Viennæ fuerat, de componendo hoc bello cogitare cœpit. Mox proceres quoſdam & magiſtratus, quibus pacem cordi eſſe ſciebat, ad ſe vocat, ſuaq; cum ipſis cõſilia confert. Horum fideli opera, eò res perducta eſt, vt duodecim viri arbitri legerentur, principes verò ſanctè promitterẽt, ſe ſuosq; eo ſtaturos, quicquid illi decreuiſſent, quibus vt maior autoritas accederet, Sigiſmundus Hungariҽ rex prҽſes adderetur. Lecti verò fuêre ex prouincialium ordine quatuor, totidem ex equeſtri, & alteri totidem ex reliqua nobilitate. Vtque melius omnia procederent, Frinſingẽſis, qui multorum in ſe odia concitauerat, Vienna exceſſit. De tutoribus ita agere viſum eſt, vti ad diem octauum Id. Ianu. Leopoldus Neapolim commigraret, Albertum in ſua poteſtate haberet, rei ſummæ præeſſet; Erneſtus turbas & diſſenſiones ordinum, inter ipſos componeret, ac fratri auxilium ferret, vterque donec concordiæ capita ab arbitris præſcriberentur, quietem coleret. Itaq; Leopoldus Neapolim, Erneſtus cum Remberto Egenfurtum profecti, paulò pòſt Viennam redeunt, in Palatio ſedem quiſque ſuam capiunt, & quamuis animi eorum nondum defecati eſſe credebantur, à neutro tamen aliquid in alterius incommodum aut contumeliam mouebatur; ita vt facilè appareret, non tàm fratres inter ſe, quàm ipſorum aulicos & proceres diſſidere, id quod paulò ſuperius de Vvilielmo horum fratre, & Alberto Quarto patruelibus, memoratum eſt. Tandem ſub finem MenſisMaij, capita pacis & concordiҽ ab arbitris compoſita, & à rege confirmata, adferuntur, iſq; per legatos fratribus

ſignifica

Ayuntamiento de Madrid

ſignificauit,ſi per alterutrum illa violarentur,eum ſibi hoſtis loco futurum.Reſpirauit igitur Auſtria,& à latrociniis ac deprædationibus paulatim expurgata eſt. Viennenſes verò Alberto vt legitimo ſuo hæreditario principi, Leopoldo verò ac Erneſto,vt legitimis illius tutoribus fidem dare, inq; eorum verba iurare non recuſârunt. Ita turbis omnibus compoſitis adulta iam æſtate Leopoldus, Erneſtus, Fridericus fratres, & Albertus patruelis filius, congeſtum per annos plurimos à maioribus theſaurum inter ſe diuiſêre. Anno ſequenti,quo, Ruperto Imperatori defuncto,ſuffectus fuit Sigiſmundus Hungariæ rex,ingens per æſtatem peſtis Viennæ ac Neapoli orta,ſex menſes tenuit. Albertus igitur,relicta Vienna,in arcem Starckenbergam ab aëris ſalubritate commendatam,à ſuis deducitur. Hanc occaſionem,declarandi ſui in principem ſtudij,Rembertus haud negligendam ratus,arcem in ſuam poteſtatẽ redigit,adiutus ad hoc fideli opera Leopoldi Eckerſauij. *Auſtria latrociniis purgata.* *Sigiſmũ. Cæſar. 1410.* *Peſtis Viennæ.*

Poſt paucos admodum dies,rebus pro pręſenti copia ordinatis,Egemburgum vnà cum principe profecti, literas inde ac nuncios ad omnes Auſtriæ ordines dimittunt; principem in ſua poteſtate haberi,itaque veniant, ipſumq; iam pubertatis annos attingentem,è tutela exemptum,rebus imponant. Dum ea inter ipſos conſilia agitantur, interim Leopoldus Viennæ in palatio,grauiter ægrotare cœpit. Habebat in altero crure fiſtulam,quam vocant, ſuppurantem, ex vulnere olim arcus diſploſi neruo illato, quam cõtumacem admodum, exquiſitiſſimis quibuſq; remediis expugnari,fluxumq; ſiſti omnino volebat. Quanquam verò medici & Chirurgi,ſummum in ea curatione vitæ periculum eſſe dicerent,ille tamen extrema adhiberi remedia iuſſit. Obducto itaq; vulnere,ſanguis & ſanies quæ ſemel eò deriuari adſueuerat, interclusò meatu,per os ac nares ea vi ebulliit,vt obitũ illi,quod medici prædixerãt,ea res maturauerit. Corpus eius ad D.Stephani,maiorum ſepulchro illatũ. Vxor ei fuit Catharina,Philippi Audacis, Sequanorum principis,filia,ex qua ſecundum Lazium vnicam reliquit filiam,cõmiti Goricenſi nuptam: alij nullam ei prolẽ fuiſſe dicunt. Fuiſſe proditur, ſtatura mediocritatem aliquantulum excedente, corpore pleno & habitiore, vnde Pinguis ſiue Craſſus à quibuſdã, ab aliis verò Superbus ſiue Ambitioſus dictus eſt,quod Francofurti in comiciis,omnes principes magnificẽtia ſuperâſſet, *Leopoldi Superbi mors.* *Leopoldus cur Superbus dict⁹.*



Ayuntamiento de Madrid

vbi prȩter aulicum famulitium, duos & quinquaginta Comites & Barones, in comitatu habuiſſe dicebatur. Dum Leopoldi manib⁹ iuſta peraguntur, prouinciales, quorũ magnus jam numerus conuenerat, Egemburgi ſua inter ſe conſilia cõferunt, qui de Leopoldi obitu certiores facti, cum neminem jam ſupereſſe putarent, qui moram rebus aut impedimentum eſſet allaturus, Viennam cum principe proficiſcuntur. Cumq; in itinere jam eſſent, Archiducis Erneſti literæ ſuperueniunt, quibus ipſorum cõſilia atq; iter approbabat, ac Albertum ad ſuſcipienda rerum gubernacula inuitabat. Is tunc annum agebat decimumquintum. Itaq; cum celeberrima

1411. pompa vrbem ingreſſus, à clero cum ſacris relliquijs obuio totaq; ciuitate excipitur, feſtus vbique plauſus, fauſtæq; aggratulantium voces, & vulgata de Chriſti ad inferos deſcenſu cantilena identidem ingeminatur, tubarum & ȩris Campani ſonitu perſtrepente, nihilq; earũ rerum omittitur, quibus publica ciuitatis lætitia declarari ſolita eſt. Seorſum deinde & ab Vniuerſitate excipitur, oratione habente Francone quodam, Theologiȩ profeſſore, tempori & præſenti rerum ſtatui accõmodatam, qua inter alia multa Salomonẽ dicebat & Ieremiã laudatiſſimos reges, adoleſcentẽ vtrunq; ad regnum euectos, Danielem quoq; etiamnum puerum iudicaſſe. Hortatur etiam vt Deum reueritus, ſuorum conſilio vteretur, & æquitatem in omnibus coleret, ſui verò nominis etymon tanquam omen non negligeret, quod Albrecht (Albertus) Germanis ſonat allweg recht (ſemper ȩquus) nomen illud patri ſuo, auo, proauo, abauoq; idẽ fuiſſe optimis pientiſſimisq; principibus, in quorum mores vitæq; inſtituta, ipſum quoq; abiturum ſpes eſſet.

*Franco Theologus.*

*Alberti nominis etymon Germanicum.*

Hanc eius orationẽ, non ſatis ȩquis auribus excipere videbantur, Erneſtus, & Fridericus, Archiduces, quod ſui nullam in ea mentionem factam audirent, quorum conſilio & opera magis quam procerum, Albertum eſſe vſurum putauerant, quod aliter ſe habere cum ex prouincialium quoque ſermone didiciſſent, ſuam quiſque domum abiêre. Auſtriaci verò vt ſub nouo principis imperio omnia eſſent tutiora, Rembertum Vvaldſeium, ſpectata multis magnisq; tempeſtatibus in principem fide, præfectum aulæ creant, vtq; regio omnis latrocinijs ac rapinis purgaretur, Peregrinũ Buchaimium magiſtrum equitum (Marſchalcum prouincialem vocant) & cordatiſſimum quemq; ex proceribus publicis muneribus

*Peregrinus Buchaimius.*

Ayuntamiento de Madrid

ribus præficiunt. Hinc à bellis ciuilibus Auſtria reſpirauit. Fridericum domi turbę exceperunt, quarum concitator pręcipuus erat Henricus quidam Rotemburgicus, magna potentia & clientelis ſubnixus, quiq; inter omnes totius regionis optimates maximè vnus præeminebat. Erat enim Atheſinæ ditionis, vetuſtæq; arcis Tirolis (vnde regioni nomen) & aliorum aliquot locorum præfectus. Nec deerant ex eccleſiaſticis quoq;, & equeſtri ordine nonnulli, qui principi minus obſequentes, aduerſos de ipſo rumores ferebant, neque alio ferè nomine, quàm Fridericum cum vacua pera, vulgò appellitabant. Ad horum contumelias facilè diſſimulabat Fridericus, ab Henrico maior metus incumbebat, vt qui ſummo magiſtratui abſq; collega præfectus, maxima ſecum momenta rerum traheret. Nec deſunt exempla, quibus docemur, ſumma ferè imperia ab ijs vel euerti vel occupari, quibus maximi honores à principibus delati fuerant. Henricus igitur, exaſperato in Principem animo, Stephanum Ingolſtadienſem, Erneſtum ac Vvilielmũ Monachienſes, Bauariæ, regulos, multis magniſq; promiſſis, vti Friderico bellum inferat, inducit: tempus jam eſſe, quo prouinciã à ſuis olim maioribus, qui Romanorum inde arma depuliſſent, poſſeſſam, ſibi vindicare ſine magno negocio poſſint, omnia prona atque facilia eſſe, imparatum à bello illum, moxq; à ſuis, quibus odio eſſet, deſerendum, ſe quoq; vires non contemnendas ad hanc rem adlaturum. Hanc occaſionem arripiendam principes rati, arma expediunt, & conſcripto milite, Oeni vallem ingreſſi, Halam oppidũ ſalis prouentu nobile, obſidione cingunt.

*Henr. Rotemburgicus.*

*Imperia à quibus occupentur.*

*Henr. Rotem. Bauaros in Tirolim vocat.*

*Hala ad Oenum obſeſſa.*

Erat eo tempore Patauienſium antiſtes, Georgius ex vetuſta Comitum ab Hohenloë (aliâs alta flãma) gente oriundus, eius interuẽtu, factis in annos duos inducijs, ab armis ceſſatum eſt. Henricus interim, neq; à contumelijs principi faciendis, ſuperſedebat ipſe, & alijs, vti idem facerent, exemplo & autoritate pręibat, multoſq; ſui ordinis & ex reliqua nobilitate in ſuas partes pelliciebat, ruſticos interim ſuis iuriſdictionibus ſubditos, multis impoſitis oneribus, impotẽtius diuexabat. Sub finẽ induciarum Stephanus Boiorum dux, Halam redit, ac canales, quibus ſalis riui ex vicino monte deducuntur, deſtruit. Intercedente Eberhardo Kirchbergico, Auguſtano Epiſcopo, res componitur, & Stephanus domum reuerſus, circa finem menſis Septembris ex hac vita migrat. Circa

*Eberhardus Kirchbergicus Epiſcopus Auguſtanus.*

 hæc

Ayuntamiento de Madrid

*1410. Tridēti ſeditio.*

hæc tempora magnus Tridenti motus, & belli inteſtini initia extitêre, Tumultuabantur nonnulli è populo & plebe Tridentina, contra Georgium Liechtenſtainium Epiſcopum, ab eccleſiaſticis electum. Eorum furori ducem ſe obtulit, Rudolphus quidam ex nobili Bellenzonorum gente oriundus, ſummam rei, Epiſcopo eiecto, apud ſuos aſſecuturum ſe ſperās, cuius rei haud inſcius eſſe Fridericus à nonnullis dicebatur. Is cum imperioſius jam agere, & Epiſcopo grauis eſſe inciperet. Henricus Rotemburgicus, qui fœdus & amicitiam cum Epiſcopo habebat, Tridentum profectus, vrbem, nec opinato impetu in poteſtatem redigit, plerisq; locis incenſis, & ciuibus motu quieſcentibus, Rudolphum nulla interiecta mora, capitali ſupplicio affici jubet. Fridericus hæc, ſuo iniuſſu, in amica ciuitate, ab homine infenſiſſimo facta, ęgerrimè ferens, cum armis eò adcurrit, ad cuius aduentum, Epiſcopus vrbe excedit, oppidani Archiducis fidei ſe ſuaq; committunt.

*Rudolphus Bellenzonus.*

*Tridētinum ab Henri. Rotemb. vexatum.*

*Sigiſmundus Concilium procurat.*

Interim Sigiſmundus Romanorum Imperator, ab initio principatus, nihil antiquius eſſe ducens, quam vti diuturna inter eccleſiaſticos diſſidia componerentur, miſſis ad ipſorum primates, legatis, generale concilium jam ante promiſſum, vrgebat, donec tandem ab Ioanne vigeſimotertio, Conſtantia Sueuię ciuitas, cõcilio locus conſtitueretur, quoad ſtatutum diem conueniretur. Is erat ad Calendas Nouembres, anni poſt mille quadringentos decimiquarti. Erant eo tempore tres, quorum quiſq; verum ſe pontificem ferens, cæteros vitio creatos contendebat. Ioannes quem dixi, Romam cum Italia & Germania pleraq;, addictas ſibi habebat, & maiorem orbis Chriſtiani partem; Gregorius verò & Benedict⁹, Piſana Synodo exautorati, Cardinales nihilominus creabant, neq; pontificatui ſeſe abdicare volebant. Ex ijs Ioannes Sigiſmundo receperat, Conſtantiam ſe venturum, ea lege ac conditione, vti à Friderico Auſtriaco, ab alpium deſcenſu, deduceretur, cuius fidei ſe committere decreuiſſet. Inter conditiones, hanc quoque fuiſſe, autores habeo manuſcriptos, quod ſi vel ob aëris qualitatem Conſtantia, vel alia quauis ex cauſa minus ipſi placeret, aut ſecuritati põtificię non ſatis oportuna videretur, vt in alia quauis ciuitate imperiali, ſub fide ac tutela Sigiſmundi eſſe ipſi liceret, aut ſi mallet ex Friderici ciuitatibus aliquam eligeret, in qua moraretur, ita tamen, ne ante concilij finem longius abeat. Itaque ſub

*1414.*

*Quibus conditionib. Ioannes ſeſe Friderico crediderit.*

Ayuntamiento de Madrid

ſub eius anni finem,& ſequentis initium,Ioannes pontifex,imperator ipſe, ingensq; ex toto orbe Chriſtiano procerum numerus, Conſtantiam venit, & concilium haberi cœpit. In hoc concilio, Fridericus in vltimum fortunarum omnium diſcrimen adductus eſt,qua de re nobis deinceps inſtituendus eſt ſermo Cùm rumor, incertis autoribus, tota paſſim vrbe ſpargeretur, eſſe inter eccleſiaſticos, qui fugam meditarentur; & Ioannes ipſe non occultis indicijs pœnitentia ſe duci itineris ſui in Germaniam oſtenderet; Sigiſmundus,ne tanti momēti res impediretur, portarum exitus, additis cuſtodibus,obſeruari iuſſit.Ibi pontifex trepidare,impenſiùs fugę conſilia moliri, ſuamq; hac re libertatem violatam dicere. Accedebat ad hæc illud quoque, qùod Imperator pecuniæ indigus,à Pontifice mutuum petebat, quod reipublicæ cauſa expēderet, qua occaſione ille eo præſidio, quod in omnem dubiæ rei euentum,ſecum attulerat,breui ſe deſtitutum iri videbat. Iniecto igitur varijs de rebus ſermone,pontifex rogare eum cœpit:eſſétne pacta fide ſtaturus, ſi ex re ſua fore cenſuerit locum mutare? Sigiſmundus his verbis perculſus,obnixè orare atque obteſtari cœpit, maneret, neque tot regum tot principum legatos ludificaretur, neque committeret,vt res tàm ſalutaris,quam ſummo ſtudio præ cæteris promouere ex officio debebat, illius culpa impedita fuiſſe videretur. Non amplius jam in ſua poteſtate eſſe, vt diſceſſum illi permittat, neq; ſatis cauſæ cur id faciat apparere, manendum igitur & concilij finem expectandum.Pontifex nullā in Sigiſmundo ſpem eſſe animaduertens: Fridericum jam anteà ſui conſilij non ignarum aggreditur: ſub eius fide ſe illuc veniſſe,ei ſe vitamq; credidiſſe, abſque eo nunquam alpes ſuperaturum, nunquam Germanis poteſtatem fuiſſe facturum, cuius facti etſi maximè ipſum pœniteret, ſperare tamen atq; confidere,Auſtrię eum principem de fide ſemel data, nihil mutaturum.

*1415.*
*Concilium Conſtantienſe.*

*Io.Pont.fugam molitur.*

*Imperator Pontifici fugam diſſuadet.*

Ad hæc Fridericus cognitum ſe habere dixit, non niſi inuito Imperatore diſceſſum parari poſſe, rem eſſe periculoſam,& inuidiæ plenam,ſe verò,quantum ſalua dignitate poſſet,promiſſa ſeruaturum. Sciebat Fridericus grauiſſimas de ſe querelas à Tridentino, Brixinenſi,ac Curienſi Epiſcopis,ad concilium eſſe delatas, neque in eo foro litem pro ſe datum iri ſperabat. Neque à Sigiſmundo valdè metuebat, quod munita oppida in vicinis locis

*Epiſcopi vicini contra Fridericum.*

 poſſide-

Ayuntamiento de Madrid

poſſideret,pacemq; & fœdus cum Heluetijs haberet.Itaque fugæ conſilium initur, cuius non expertem fuiſſe Moguntinum, quidam affirmant,Cæſari vbiq; infenſum.Cùm igitur dies fugę conſtitutus aduenifſet, (is erat Idus Martij) Fridericus ante ciuitatem cum Hermanno Ciliç comite,ludos equeſtres exercebat,ad quorum ſpectaculum cum multi exirent, pontifex quoq; inter alios, aſſumpto equiſonis habitu, inobſeruatus elabitur, ſtrigoſo equo inſidens, arcumq; ex ſella dependentem ferens. Ita ad lacum vſq; adequitans,lembum ad hoc paratum conſcendit,& remigio vſus Schafhuſiam proficiſcitur.Subſequitur eum Fridericus,& vtriuſque famuli,qua quiſque poteſt,dilabuntur,herili pleraque ſupellectili direptui relicta. Ioannes paulò pòſt Friburgum atque inde Briſacum abijt.Vulgata huius fugæ fama,maximus per totam vrbem tumultus exoritur, concurritur paſſim & clamatur: Ioãnem & Auſtriacum nefarios homines, concilij perturbatores, quouis ſupplicio dignos eſſe. Interim Imperatori & concilio literæ redduntur, quibus factum vterque ſuum excuſare nitebatur. Pontifex in Germaniam ſe veniſſe, vt œcumenici concilij decretis quibuſcunq; acquieſceret, eundem ſibi animum eſſe, nec quoquam iturum longiùs, quoad ſacro concilio & reipublicæ ſatisfeciſſet, quòd verò Conſtantia diſceſſerit,orare ne ęgrè ferant,conſtare ſibi facti ſui rationes,quas ſuo tempore eſſet redditurus. Fridericus verò fidem,qua pontifici obſtrictus erat, excuſabat, non longiùs iturum eſſe illum, nec ſi id vellet ſe permiſſurum. Cæterum hæc fruſtra ab ijs fiebant, maiorem enim inuidiam ſibi conflauerant, quàm quæ vlla excuſatione hominum animis eximi poſſet.

*Io. Pontif. Conſtantia fugit.*

*Imperator grauiter fert Pontificis & Friderici factum.*

Imprimis verò Imperator ipſe offenſam illam grauiſſimè ferens,de vtroque ad concilium queſtus eſt. Propoſito inde edicto, ne quiſquam diſcederet, miſſis ad Ioannem literit ac nuncijs, ne longiùs abiret, cauit.In Fridericum verò, infenſi multorũ animi, reliquos quoque exaſperabant. Itaque conuicijs paſſim proſcinditur, vt qui malè de relligione ſentiret, peius de ea mereretur, & negociũ tam arduum,& reip.Chriſtianę non ſolùm vtile,ſed plane neceſſarium perturbaret, abſque eo nunquam pontificem fugæ conſilia initurum, nec, quà aut quò fugeret, ſciturum fuiſſe. Indignum eſſe, qui paulò antè ad Epiſcoporum querelas, apud iudices à concilio dato, ſe reſponſurum promiſiſſet, clàm abijſſe.

Erant

Ayuntamiento de Madrid

Erant præter Epiſcopos quos ſuprà memoraui, nō pauci comites ac nobiles, qui veteri in principes Auſtriacos ſimultate, hoc rerū ſtatu, apertam in eorum perniciem eſſe feneſtram, gaudebant, nihil obſtiturum arbitrati, quo minus in ipſorum ditiones inuolarent. Quòd enim intra paucos annos, eorum opes cum dignitate, in immenſum creuerant, multi nulla in re ab ipſis læſi, quidam etiam beneficijs affecti, occultis inuidiæ ſtimulis agitantur. Hi Sigiſmundum, in vltionem huius tàm inſignis contumelię inſtigabant, jam anteà in id propenſum. Itaque dies Friderico dicitur, ad quem diem coram Cęſare & Synodo compareret. Cum verò non veniret, contra rempublicam feciſſe & maieſtatis reus peragitur, omnesq; eius ſubditi à fidelitatis ſacramento abſoluuntur, omnia eius oppida & ditiones, prædæ ac direptioni proſcribuntur. Dantur etiam ad vicinas Sueuiæ, Heluetiæ, & tractus Rhenani ciuitates literæ: Fridericum Eccleſiæ ac Imperij hoſtem, concilij perturbatorem, cui quicunq; damnum atq; incommoda inferre ſtuderet, is non impunitatem ſolum, ſed gratiam quoque ac laudem ſibi propoſitam eſſe ſciret.

*Auſtriacorum fœlicitati inuidetur.*

*Frid. Tirolenſis proſcriptus.*

Notat hoc loco Tigurenſium rerum ſcriptor, inſignem quorumdam hominum ingratitudinem, qui cum ab Auſtriacis magna accepiſſent beneficia, ipſorumq; maiores, multis jam annis, vtriuſque fortunæ vices, cum ijs toleraſſent, jam ſe in eorum perniciem armabant, non tàm vt Imperatoris dicto audientes eſſent, aut Synodi patribus gratificarentur, quàm vt ſuis quiſq; cōmodis conſulerent, prædaq; & direptionibus libidinem explerent, qua excæcati non videbant, etſi Fridericum omni ſua ditione exui cōtigiſſet, non penes ſe eius rei fructum eſſe futurum, magiſq; ſuas vires infractum quàm roboratum iri. Inter eos pręcipui ab eo numerantur Eberhardus Nellenburgicus, Vvilielmus Montfortius, Ioannes Tengius, Hugo Vverdenbergicus, Ioannes Lupodunus, Fridericus Toggenburgicus, & Ioannes Dapifer Vvaldburgicus, Epiſcopi item Curienſis, & Conſtantienſis. Itaq; arma vndiq; in Fridericum expediuntur. Ludouicus verò Palatinus, cuius ſoror illi nupta erat, Alſatiam cum copijs ingreſſus, S. Crucis oppidulū & loca quædam vicina inuadit, nullo hoſtili in affinem animo, ſed magis ex compoſito rem gerens, vt ei prouinciæ præſidio eſſet. Sigiſmundus autem à comitibus & Sueui : pleriſque ciuitatibus

*Ingratitudo.*

*Fridericus bello à multis petitur ac ditionibus exuitur.*



Ayuntamiento de Madrid

adiutus ſeriò rem agit, Steinam, Diſſenhouium, Vitodurum & Frauenfeldam capit. Schafhuſia certis conditionibus imperio ſe tradit. Curienſis, Frid. Toggenburgicus & Lindauienſes Veldkirchiam obſidione fruſtra tentāt. Euocantur & Heluetij in belli ſocietatem, qui fœdus ſibi cum Auſtriacis ad quinquaginta annos ictum excuſantes, nullo iure arma in ipſos ſumere ſibi licere, adfirmabant. Sigiſmundus verò, & concilij patres, nulla ipſos fœderis relligione cum eccleſiæ hoſte, & maieſtatis reo, teneri, contra verò, niſi arma ſumerent, eodem quo ipſe loco habendos eſſe contendebant, quin & imperatorijs literis cautum iri, ne fraudem fœderi feciſſe videantur, néue Friderico pax & venia ante concedatur, quam fœdus in locum priſtinum reſtitutum ac inſtauratum ſit. His partim exhortationibus inducti Heluetij, arma & ipſi ſumunt, vicinamq; Ergouiam inuadunt.

*Veldkirchia fruſtra obſidetur.*

Fridericus inter hæc de Heluetijs, ob fœdus quod dixi, ſecurus, ſuarumq; ciuitatū fide fretus, nihil magnopere ſibi timebat, donec trepidus adfertur nuncius, eſſe in armis Heluetios, multa iam loca occupata, plura quotidie ad defectionem ſollicitari, omnes contra ipſum, neminē pro ipſo in armis eſſe. Tum demùm cœpit, etſi tardiùs quàm debuerat, de rebus ſuis impenſiùs cogitare, & auxilia circumſpicere. Pontifex verò de rei euentu anxius, & diſturbandi concilij, in quo de abrogando papatu agi ſciebat, occaſionem per æqua per iniqua quærens, Friderico autor erat: quoniam nullus apud Sigiſmundum & Synodi patres gratię, nullus legitimæ diſceptationi reliquus eſſet locus, vt virili animo defenſionem pararet, pecuniam ſe omnem in hoc bellum liberaliter ſuppeditaturum. Neq; enim dubitare ſe, quin ad primam belli famam, qui Conſtantia eſſent abituri, & Sigiſmund⁹ ſoluto concilio non diutius ijs in locis commoraturus ſit, quo abeunte reliqui aut arma temerè ſumpta depoſituri, aut vi in obſequium redigendi eſſent. Hanc eius ſententiam, Fridericus & ab initio minus probauerat, & nunc quòd in armis Heluetios eſſe præter opinionem, ſeq; à ſuis deſeri videret, omninò repudiabat, ſeque æquioribus conditionibus omnia tranſacturum ſperabat. Poſtquàm verò omnia aduerſa nunciarentur, & pontifex ſuas identidem opes iactitaret, tandem de conducendo ex vicina Burgundia & Lotharingia auxilio, conſilium cœpit. Dum hæc inter ipſos agitantur, cōmo-

*Io. Pont. Friderico bellum ſuadet.*

Ayuntamiento de Madrid

comodùm illò venit Palatinus, qui amicè acceptus, eiuſmodi orationem ad Fridericũ habuiſſe dicitur: Vides affinis cariſſime, quo in loco res tuæ ſint, omnes propemodum amici vicini ac ſubditi tui, exemplo nequaquam laudando, fidem tibi & obſequium renunciant; & quorum maximè opibus tutum te atq; ſecurum, aduerſus quoſcunq; hoſtium conatus fore, perſuaſum habes, ij leui fortunæ flatu mutati, primi te deſerunt, deſerunt verò? imò & arma in te ferunt, alijsq; idem vt faciant, exemplo præeunt. Quæ res etſi me ac alios plæroſq; principes malè habeat, videmus tamen & dolemus, eò rem adductam eſſe, vt neq; tui colligendi, neq; vindictę de tuis ſumendę, vlla ſit facultas, niſi eũ ipſum prius tibi conciliaueris, quo potiſsimũ autore, ipſi hoc in te ſuſcipere auſi ſunt. Id quantumuis prima facie arduum ac difficile tibi videbitur, ſi mihi obſequi animum inducere voles, procliuè tibi ac facilè effecturũ recipio. Nouit ꝑfectò Sigiſmundus Cæſar, nouimus cæteri quoq; principes, & ſuperiorum temporum exemplis, edocti planè ſumus: vicinos tuis ditionibus homines atque incolas, adeò ipſos illud ſumma ope niti, vt excuſſo principum ac reliquę omnis nobilitatis imperio, popularem rebus ſtatum inducant, liberèq; ſuis legibus viuant, quæ res ne in exemplum abeat, nobis omnibus, imprimis verò tibi ipſi cauendum eſt. Quod autẽ malè affectis domi rebus, auxilium ab exteris aduocare vis, id & ſerum eſt & inutile. Cæſar primum quemq; ex nobilitate ſibi coniunctos, fortiſſimas Sueuiæ ciuitates ſocias habet. Heluetij, acre & bellicoſum hominum genus, ſub honeſti tituli prætextu, ſemel relligione fœderis exoluti, oportuna ſibi loca per Ergouiam occupata, manente bello, non reddent. Neq; video, quid contra has vires, peregrinus tibi miles proderit, quem ſi induxeris (quamuis nec illud facilè erit, cum exterorum principum legati, qui ad conclium venêre, id impedituri ſint) imprimis Heluetios ipſos, ne dum rebus tuis iniquiſſimos, ſed & alios occultè adhuc tibi fauentes offendes, & tuos, qui conciliari alia via poterant, alienos abs te reddes. In tuo interim ſolo, in tuis quaſi viſceribus geretur bellum, neq; enim Cæſar in hiſce regionibus, quod amittat, habet, tuorum opera in te debellando vtetur, & quod dici ſolet, tuo te gladio iugulabit. Contrà autem ſi exorata venia, eum tibi conciliaueris, tota rerum ſcena inuerſa, omnia tibi ex afflictis lęta, ac fœlicia exiſtent, neq; enim dubitan-

*Ludouici Palatini ad Frider. oratio.*

*Heluetij bellicoſi.*

dubitandum, quin ſupplici tibi Cæſar veniam ac pacem daturus, amiſſa reſtitui iuſſurus, deq; iniuria tibi illata, vindictam tecum vnà ſumpturus ſit. Tu modò hoc amicorum monitis dabis, & Cõſtantiam mecum ibis, illic ego te ad Cęſarem ducam, & pro te ipſe ſupplex fiam. Hęc vbi Ludouicus dixiſſet cęteri, qui aderant, orare ac hortari cœperunt, ne ſuis ipſe rebus deeſſet, nihil eius honori & exiſtimationi obfuturum, ſi Cęſari, ſi concilio ſupplicem ſe ac obſequentem exhibuerit, multò id commodiùs atq; laudabilius eſſe, quàm belli cõſilia agitantem, in extremum diſcrimen omnia adducere. His Palatini & aliorum exhortationibus, inductus Fridericus, Conſtantiam cum illis proficiſcitur, vbi ſe cõiunxit illi Fridericus Norimbergæ Burggrauius, Marchię & Electoratus Brandenburgici curator, quo in eodem concilio pòſt donatus eſt. Hi in Franciſcanorum ſodalium monaſterio, ad Cæſarem admiſſi, & cum Friderico ſupplices pacem ac veniam exorarunt, ea lege, vt is Cæſaris poteſtati ſe ſuaq; omnia permitteret. Ita paulò poſt futurum, vt omnia ſibi redderẽtur, perſuaſus ſcribit ad ciuitatum ſuarum præfectos ac Magiſtratus, vt Sigiſmundo ſe tradant, eoſq; interim à fidei iuramento liberos eſſe iubet. Erant inter ciuitates nonnullæ, quæ iam antea id fecerant, quædam etiam Cæſari pecuniam numerauerant, vt imperij ciuitatibus aſcriptæ, nullo vnquam poſtliminio ad veterem dominum reuerterentur, reliquæ, quæ in fide hactenus manſerant, paucis exceptis, in Sigiſmundi verba iurauerunt. De Heluetijs illud annotatum inuenio: quod, cùm capta plęraq; Ergouię loca, partiri inter ſe vellent, ſoli ex ipſis Vrij, in nulla prædę parte cenſeri voluerint. Dicebant enim, Cęſaris iuſſu ſe militaſſe, fœdus ſibi non bellum cum Friderico, neq; ex ipſius incommodis ſua ſe cõmoda metiri, iuſtum eſſe. Hoc eorum reſponſum cęteris riſum mouit. Dum hęc in Sueuia geruntur, Tirolenſes ac Atheſini, ne & ipſi nouum acciperent dominum, & ab Auſtriacis diuellerentur, Erneſtum Archiducem ad ſe vocarunt. Is, ne omnia ſimul fraternæ ditionis loca, ab alijs occuparentur, in Tirolim venit, ac Oeniponti ordinum conuentum agit, vbi naſcitur ei filius Fridericus Romanorũ poſteà Imperator, nono Calend. octobris, anno eius æræ decimo quinto. Erneſtus inde Bocenum atq; alia loca adit. Cumq; & in Tirolim legati à Cęſare cum literis Friderici veniſſer t, Erneſtus eos retrò, vnde venerant, abire & Cæſari

*Fridericus Conſtantiam redit.*

*Vrieſium æquitas erga Fridericum.*

*1415. Fridericus VI. poſteà Cæſar eiᵒ nominus III. naſcitur.*



Ayuntamiento de Madrid

& Cæſari nunciare iuſſit: ſatis ipſum à fratre magnificè muneratum tot ciuitatibus, quam rem ſi anteà ſciuiſſet, in tempore ſe occurſurum fuiſſe, iam verò & ſibi aliquid relinqui, haud iniquum videri. Sigiſmundus occupatam ab Erneſto regionem armis inuadere, maioris negocij rem eſſe, neque promptos ſe principum animos in hoc bellum habiturum videns, ad res Concilij promouendas animũ adiecit, in quo omnia turbis plena, operam ipſius deſiderabát. Fridericus verò (etſi pontificem fugitiuum iam Rattolficellam vſque deduxerat, iſq; in concilij poteſtate eſſet) Conſtantiæ moras trahebat, Sigiſmundi reconciliationem, & amiſſorum recuperationem, nequicquam expectans. Cùmq; à maleuolis quibuſdam quotidie vexaretur, qui lites ei grauiſſimas intentabant, conqueri cum ijs cœpit, quorum ſuaſu inductus, eò ſe contuliſſet. Illi ad cæſarem intercedebant quidem, ſed præter verba & ſpem meram, nihil obtinere poterant. Igitur Fridericus ipſe illum adit, iniquè ſecum agi queritur, qui cum ſe ſuaque omnia, quæ in poteſtate habuerat, eius fidei commiſiſſet, omnibusq; præſidijs exutus eſſet, nihilominus aduerſariorum criminationibus ac inimicorũ iniurijs impeteretur, quibus niſi integro ſtatu reſpondere non poſſet, iam enim non ſui iuris ſe, ſed ſub eius fide ac tutela eſſe, cui ſe tradidiſſet. Sigiſmundus ad hæc reſpondet, nemini ſe ius ſuum adimere ex officio poſſe, multos ei ſua quemq; ex cauſa inſenſos, vt iudicio ſe ſiſtat poſtulare, quibus vbi ex iuris formula reſponderit, tum ipſi integram in illos actionem inſtituere, pari iure licere.

*Frid. Io. pontificem cõcilio restituit.*

Fridericus facilè intelligens, nullam ſibi in Sigiſmundo ſpem, nullum in reliquis principibus præſidium eſſe, ſuosq; omnes non defeciſſe ſolùm, ſed quod vindictam & pœnas timerẽt, hoc agere, ne ex ea fortunę iniquitate emergere ſibi liceret, pręterea & literis & nuncijs, apud Tirolenſes rem ſuam non ſatis ſecurè in ſtatu verſari, admonitus, captata occaſione Conſtantia diſcedere decreuit. Ferebatur enim rumor nonnullos Oeni ac Atheſinæ vallis incolas, occulta cum Cæſare conſilia habere, quod etſi vel falſum eſſe, vel minimè ꝓceſſurum putaret, de procerũ tamen quorundã fide & propenſioribus in fratrẽ Erneſtum ſtudijs ſollicitus, conſcenſo equo, cum paucis cõſcijs ciuitate excedẽs, in Tirolim euaſit. Sunt qui ab hoſpite quodam ſuo adiutum ac deductum eſſe dicunt.

*Frid. Conſtantia diſcedit.*

Poſt

Ayuntamiento de Madrid

Poſt eius diſceſſum, Iacobus Laudenſis Epiſcopus, Italicæ nationis præſes, ſacroſanctæ generalis Synodi nomine, literas dedit ad Petrum Sporum militē, Simonem & Eraſmum de Thunno, Hiliprãdum Gleſium, & reliquos in Ananiæ ac Solis vallibus, Tridẽtinæ Eccleſiæ Syndicos, ac fiduciarios, hoc argumento: Cum omnis poteſtas ex Deo ſit, nihil ad humani generis conſeruationem vtilius eſſe, quàm vt iis qui magiſtratum gerunt pareatur, qua vna in re, vera ac ſolida laus conſiſtit. Cum igitur Georgius ipſorum Epiſcopus, à Friderico Auſtriæ principe, multis magniſq; incommodis affectus, vindictæ omni cupiditate vacuus, nihil aliud in votis habeat, quàm vt ſublatis inimicitiis, in priſtinum dignitatis gradũ reſtitutus, ſuamq; ſponſam recuperare poſſet: dandam ipſis operam eſſe, vt Fridericus cum illo in gratiam redeat, & Eccleſiam illis ſuam malè affectam reſtituat. Ea in re ſi, quod ſui officij eſt, fecerint, id Deo Opt. Max. & Synodi patribus, Eccleſiam Dei repręſentantibus gratiſſimum fore, ſin minus, pro conſeruanda Eccleſiæ tranquillitate, ſe, etſi cum animi dolore, proceſſuros. Datum Conſtantiæ VIII. Calend. Iunij, anno decimo ſexto ſupra mille quadringentos.

*Iacobi Laudenſis literæ ad Tridentinos.*

*1416.*

Interim Fridericus, cum in Oeni vallem ad ſuos veniſſet, turbata omnia per abſentiam ſuam inuenit. Nobiles plęriq; & Eccleſiaſtici ordinis primates, Erneſto fidem dederant, eumq; vt legitimum ſuum principem agnoſcebant. Ciuitates verò nonnullæ, & ruſtici plęriq;, Friderico adhęrebant, neque ab eo, cui ſemel fidem & obſequium iurauerant, nulla iniuria laceſſiti deficere volebant. Apud hos igitur, grauiſſimas de fratre Erneſto ac cæteris ordinibus querelas inſtituit Fridericus: illum non iam pro curatore ſe gerere, ſed principẽ ab his ad rerum gubernacula collocari, qui ſe viuo, hęreditatem ſuam cernerent, grauius ſe atq; indignius hoc ferre, quam ſi Cæſar omnia in ſuam poteſtatem redegiſſet. Hæc & alia queribundus, ſucceſſum rei atque exitum expectabat, plures quotidiè ad ſuas partes adiungere ſtudens.

*Frideric. de fratre querelæ.*

Eodem anno, circa medium autumnum, adnitentibus pręcipuè Ludouico Palatino, Bauariæ Duce, ac Eberhardo Neuhuſio Saliſburgenſi præſule, omnis controuerſia, quæ Vdalrico Brixinenſi Epiſcopo, cum Auſtriacis fratribus fuerat, compoſita eſt, & Vdalricus Cãcellarij officio ac titulo, quo anteà functus, etſi cum Friderico

*Cõtrouerſiæ inter frẽs Auſtriacos & Epm Brixinenſem componuntur.*

Friderico in gratiam redierat, partibus tamen Erneſti addictior fuit. Vt verò & inter fratres omnia tranſigerentur (neque enim aliter rerum ſtatus incolumis conſeruari poterat.) Merani ſtatuũ conuentus eſt habitus, in quo cùm de rei ſumma nihil conueniſſet, alius Oeniponti indicitur. Antequam verò is dies adueniret, Vdalricus præſul, cum Eccleſiaſtici & equeſtris ordinis primoribus, non inſcio Erneſto, fœdus facit, & de communi conſilio decernit, in proximo conuentu prouinciales de omni controuerſia ſine prouocatione arbitros fore, quorum iudicio vter principum ſtare noluerit, in eum ſe arma, vt in hoſtem, pro alterius defenſione, ſumpturos. Quinq; item pręfectos conſtituunt, quorum ſingulis binos conſiliarios adiungunt. Id fœdus cum in fraudem ſuam pactum eſſe, multosq́ue ipſius aſſenſu omnia fieri perſuaſos, ſubſcribere videret, vulgatis literis oſtendit, nullum ſe fœdus, nulla fœderis decreta agnoſcere, quæ ab aduerſæ factionis hominibus, ſe incõſulto, eſſent compoſita. Obteſtatur itaq; omnes, vt datum ſemel fidei ſacramentum ſeruent, neque famæ ſuæ periurij perfidiæq́ue notam inurant; Erneſtus contrà, miſſis ad quinq; præfectos ac reliquos coniuratos literis, vt in fœdere permanerent hortabatur. Iamq́; res ad bellum inteſtinum atq; adeò fraternum ſpectabat. Pro Erneſto eccleſiaſtici ac nobiles ſtabant: Fridericum ciuitates & agricolæ iuuabant, ſub quo mitiùs ſe habitos, quàm ſub præfectis, palàm teſtabantur. *Friderici & Erneſti fratrum diſsidium.*

Hunc rerum ſtatum miſerantes nonnulli cęteris cordatiores, fratrum animos ad concordiam ſollicitare, & impium hoc bellum, ex quo Cadmæa tandem victoria, & certus reipublicæ interitus expectandus erat, deprecari non deſinebant, neque fratres ipſi, rem in vltimum adducere diſcrimen aut ex re ſua, aut ex dignitate eſſe, arbitrabantur. Tenuit tandiu hæc controuerſia, donec tandem ſub anni eius finem, conciliatis ipſorum animis, omnia amica diſceptatione tranſacta ſunt, & Friderico hæreditarius Tirolenſium principatus ceſſit. Erneſtus in Stiriam rediit, In Sueuia verò omnia adhuc Friderico aduerſa erant, & Conſtantienſis Synodi patres, aſſiduis Tridentini querelis ac precibus moti, Sigiſmundum in vindictam, ab illo ſumendam, extimulabant. Crimini illi dabatur, quod clàm Conſtantia elapſus, neque iuri ſe ſiſteret, neque Tridentino adempta redderet. *Pax inter Frid. & Ern. fratres.*



Ayuntamiento de Madrid

Cæſar itaque noua iterum diplomata, nouas proſcriptionis tabulas fieri, & ad templorum valuas, ita vt de plano legi poſſent, proponi iubet. Tandem verò Fridericus, vt & Sueuicis rebus conſuleret, ac Sigiſmundum Cæſarem placaret, Merſpurgum ſe contulit, vbi primùm actio inter ipſos inſtituta eſt, circa medium Aprilem. Mox Cæſarem conſtantiam reuerſum ſecutus, Guilielmo Montfortio ipſum deducente Tetnangam vſq;, poſt vnum atque alterum colloquium, intercedentibus quibuſdam principibus, cum Cæſare in gratiam redijt, & ſuarum ditionum poſſeſſionem, ſolenni ritu, ab eo publicè accepit Octauo Calend. Maij, numeratis (vt quidam prodidêre multæ nomine) triginta aureûm nummûm millibus. Sigiſmūdus verò accepta pecunia, promiſſi fidem ſe liberaſſe adfirmabat, ſi operam daret, vt Friderico eæ ciuitates reddantur, quę in ſua poteſtate etiamnum eſſent, neque ad ipſum redire detrectarent, neq; inter Imperij ciuitates aſſcriptæ eſſent. Erat enim varia ciuitatum fortuna, & diuerſa aliarum ab aliis cōditio, quarum nonnullas Cæſar alijs oppignorauerat, in quibus erant Veldtkirchia, Frauenfelda, Heilgenbergum, & pleraq; Ergouiæ oppida; quibuſdam verò diplomata dederat, quibus cauebatur, ne vnquam ab imperio, cui ſeſe tradiderant, diſſociarentur, eæ erant Schafhuſium, Rheinfelda, Diſſenhouium & Cella. Igitur Fridericus, ſummam in recuperādis ijs locis difficultatem eſſe videns, hoc negocio in aliud tempus dilato, ad componendas Tirolenſium res, & compeſcendam nobilium quorundam contumaciam, animum intendit, vti ſuo loco dicetur.

*Fridericus denuò p̄ſcriptus.*

*Frideric. Cæſari conciliatus.*

Dum hæc in Sueuia & vicinis ei locis geruntur, interim ſub Alberto Auſtria tranquillo rerum ſtatu florebat, omnibus latrocinijs, mutuisq; iniurijs, legum vigore, ac pœnarum metu, ſublatis. Magna in eo principe, à primis ſtatim adoleſcentiæ annis, elucebat indoles, ſummarumq; virtutum ſpes, quam augebat accurata educandi ac inſtituendi diligentia. Sanis igitur cordatiſſimi cuiusque, imprimis verò Remberti Vvaldſeij conſilijs vſus, ſumma cum æquitate ius dicebat, neque de paruis etiam delictis conuictos multâ eximebat, neq; ſuis domeſticis, quantumuis charis, nimis conniuebat. Hinc maxima ſequuta eſt totius prouinciæ tranquillitas, omnibus tutò commeantibus quà cuique libitum erat. Præceptore ac morum informatore puer vſus erat

*Alberti Quinti p̄clara indoles.*

Ayuntamiento de Madrid

erat Andrea Blanco homine ſacerdote, quem adoleſcens ad rerum gubernacul aadmotus, etſi quibuſdam proceribus inuiſum Scrinijs præfecit. Is verò ętatem poſtea excuſans, à negotijs aulicis hominumq; ſtrepitu ac inuidia, ad ocium vitamquè religioſam ſe transferens, conſtructo D. Dorotheę collegio, prępfectus fuit, ac in eius locum ſuffectus eſt Caſparus Slickius Miſnenſis, qui Comitis titulo & inſignibus auctus poſtea ſub Friderico Cęſare. Sigiſmundus verò Cæſar, poſt Conſtantienſis Synodi exitum, ad regnum Boëmiæ ſibi aſſerendum animum adiecit, nam Venceſlaus rex eius frater, anno octauo & decimo, nullis relictis liberis, diem obierat. Apud Boëmos verò, & ſub regis deceſſum, & in ipſo interregno, turbulentiſſimus erat rerum ſtatus, omniaq; inteſtinis feruebant tumultibus, hac præcipuè ex cauſa: *And. Blancus.* *S. Dorothea Collegium.* *Caſpa. Schlick.* *1419.* *Venceſlai ignaui mors.*

Ioannes quidā Huſſus, cum aſſecla ſuo Hieronymo Pragenſi, à cōcilij patribus hæreſeos condemnatus, flammiſq; exuſtus fuerat, eius vero doctrinam, multi paſſim in Boëmia amplexi, arma in imbelles monachos ac ſacerdotes ſumpſerant, ſuamq; hæreſin mordicus retinere, ac cum vitæ fortunarumq; periculo tueri, animum induxerant, Sigiſmundum autem maximè oderant, eiusq; imperium detrectabant, genti ſuæ iniquum eſſe, & Huſſum fraude & perfidia in mortem adduxiſſe, palàm criminabantur. Huſſus enim Conſtantiam vocatus, fiducię tabulas à Cæſare acceperat, quibus cùm ſatis ſibi cautum eſſe putaret, in vitæ periculum ſe dedit, decernente Synodo, non ſeruandam hæretico fidem. Huſſitę igitur, in monaſteria & templa irruunt, ſacram ſuppellectilem diripiunt, vetuſtos Eccleſię ritus abolere, ſuos ſtabilire ſatagūt, mox affluente hominū multitudine, arcem Vicegradenſem, Pragę nouæ mœnibus vicinam, expugnant, præſidia oportunis Pragæ minoris locis collocata, deturbant. D. Venceſlai arcem in monte ſitam, obſidione cingunt. Hunc rerum ſtatum Sigiſmundus, Sophiæ reginæ fratris viduæ, ac aliorum nunciis edoctus: Brunnę prima Morauię ciuitate conuentum indicit, eòq; ſe ipſe confert. Adfuit & regina vidua, & Boëmorum magna frequentia, Pragæ enim inter factiones, induciæ quadrimeſtres factæ erant. Poſt ſolutum Brunnæ cōuentum, Cęſar Vratiſlauiam, Sileſiæ vrbem, profectus eſt. *Ioann. Huß, & Hieronymus Pragenſis.* *Hußitarū ſecta in Boëmia.* *Induciæ quadrimeſtres.*

Circa hæc tempora, adnitente Remberto, ac aliis nonnullis Alberto Archiduci, deſponſa fuit Eliſabetha, Sigiſmundi Cæſaris



Ayuntamiento de Madrid

*Alberto Eliſabetha Sigiſ. Caeſ. filia deſponſa.*

filia, admodum adoleſcētula. Lazius à Caſparo Slickio matrimonium hoc conciliatum eſſe adfirmat, qui Cæſari à Secretis antea fuerat: Credibile etiam eſt Cæſarem, propter Boëmos aſſiduè tumultuantes, hanc affinitatem ſibi oportunam duxiſſe. Sunt, qui Polonicas nuptias vltrò oblatas, recûſaſſe Albertum ferunt, nondum fortaſſe obliterata eius contumelię memoria, quam Guilielmo ipſius agnato factam eſſe, ſuperiori libro memorauimus. Interim Pragæ induciarum dies exierant, & Huſſitæ quammaximas ſibi vires adiungere adnitebantur. Quatuor imprimis militię pręfectos ſiuè tribunos creant, quorum ductu, reliqua multitudo regeretur. Inter illos primùm facilè locum occupauit Ioãnes quidã Troſnoui⁹, honeſto apud ſuos loco natus, & in aula regia educat⁹, qui à primis adoleſcentię annis armorũ vſu inſuetus, magnam ſibi fortitudinis ac induſtrię laudem parauerat. Huic ob amiſſum caſu oculum, patrio idiomate Ciſca, quod monoculũ denotat cognomẽ datũ. Sunt, qui priuato quodã in monaſticę profeſſionis viros odio, incitatum fuiſſe aſſerũt, ob allatum à quodã monacho ſorori ipſius, virginibus ſacris aſcriptę, vitium: cõſtat ſanè, eum ordinem, magnis ab illo incõmodis vexatum. Ciſca igitur poſt ſecundas aliquot velitationes, ac monaſteriorũ expugnationes, caſtra, quæ ad Luſinitium amnem habebat, loco natura munito, muris circumdat, & qua parte amnis nõ erat, arce ac foſſa munit, Tabor à caſtris vernaculo ſermone appellat. Id poſtea Huſſitis pręſidium fuit, qui & Taboritæ dicebantur. Pelſinam deinde ciuitatem aſtu capit.

*Ioãnes Troſnouius, cognomine Ciſca.*

*Ciſca Tabor oppidum condit.*

*Taboritæ.*

Inter hæc, Pragæ quoque, tumultibus plena erant omnia, & Czenco Vartembergicus D. Venceſlai arcem, cui præerat, Huſſiticæ factionis ciuibus tradidit. Mox facti pœnitentia ductus, exorata per literas venia, ſubmiſſis à Cęſare legatis, eandem reſtituit. Cęſar verò, collecto per Sileſiam milite, & auxiliis cõuocatis, Boëmiam ingreſſus, Cuthnam primùm duxit, vbi arcem, à Pragenſibus obſeſſam eſſe audiens, eò accurrit, ac ferro via aperta, cõmeatum, ſuis iam fame propè confectis, inuehit, atque vt Pragenſes ab oppugnatione arcis auerteret, vrbem eorum obſidet. Erant in ipſius caſtris, Albertus Saxoniæ, & Fridericus Brandemburgicus Marchio. Albertus item Auſtriacus, cum quatuor equitum millibus, qui toto eo bello, egregiam ſocero operam nauabat. Tenuit ea obſidio ad ſex f rè ſeptimanas, neque ad rei ſummam aliquid

*Sigiſmũ. bellum in Huſſitas mouet.*

O 2 quid

Ayuntamiento de Madrid

quid tentabatur. Pragenſes enim ab oppugnanda arce, ad ſuarum quiſq; rerum defenſionem conuerſi, pro aris ac focis pugnabant, ſtrenuè ipſos iuuantibus Taboritis, magnaq; hominum multitudine, indies cum armis eò confluente. Qui vrbi præerant, ne populares regi conciliarentur veriti, aſtu eos, vti probra in illum & conuicia palàm decantarent, inſtigabant. Ea re animaduerſa, Sigiſmundus omnium maledictorum impunitatem, per præconem proclamari iuſſit. Ita tandem Cæſar, poſt aliquot pugnas, non ſatis fœliciter tentatas, hoc obtinuit, vt pactis induciis arcem ingreſſus, coronam regni ſuſciperet, quo facto æquiores in ſe Boëmorum animos fore ſperabat. Cum verò præter ſpem, nihil eos de peruicacia ſua remittere videret, relicta Praga, Cuthnam rediit, fortunæ cedens, quam vt aliis in bellis, ita hoc Boëmico, etſi cætera egregius, propitiam habere non potuit. Albertus quoq; in Auſtriam reuerſus, quæſtionem de Iudæis quibuſdam inſtituit, qui ſacrum Euchariſtiæ panem, impiis manibus temerè violaſſe conuicti, flammis vltricibus exuſti ſunt.

*1421. Sigiſm. Pragæ coronatur.*

*Sigiſmun. bello infœlix.*

*Iudæorũ in Auſtria ſcelus & pœna.*

Circa hæc tempora Sigiſmundus editis publicè tabulis, quibus parentis ſui Caroli Quarti, ſingulare in Auſtriacos ſtudium, & præclara Alberti in ſe merita recenſens, Eliſabethæ hæredi filiæ eius coniugi de Hungariæ, Boëmiæq; & Morauiæ poſſeſſione cauit, quas vnica hæres eſſet acceſſura, ſi abſq; maſcula prole ipſe decederet. Quod ſi alteram adhuc filiam naſci contigerit, tum Eliſabetha, vtrum vellet è duobus regnis vnà cum Morauia eligens, alterum ſorori relinqueret. Datæ Poſonij die dominico ante Michaëlis, anno M. CCCC. XXI. Sequenti anno, qui eius ſeculi ſecundus & vigeſimus fuit, Eliſabetha Sigiſmundi Cæſaris filia, Viennam adducta eſt, & nuptiæ ſolenni ritu celebratæ ſunt.

*1422. Alberti Quinti nuptiæ.*

Interim Boëmi aliquot proceres, ac ſenatus Pragenſis, abdicato Sigiſmundo, Vitoldum Lituaniæ Ducem, per legatos in regnũ vocãt, is Coributum patruelem eò miſit. Ciſca verò hoc ipſorum conſilium minimè approbans, nullũ potius regem malebat. Moxquè arreptis armis, per Morauiam prædabundus in Auſtriæ fines excurrit, cumq; pecora omnia ab incolis in proximam Danubij inſulam tranſportata audiuiſſet, callido commento, quos habebat boues & porcos, in ripæ marginem adactos, verberibus affici iuſſit, quoad clamore ſublato, reliqui ex inſula ad ipſum tranarent.

*Ciſcæ aſtutia.*



Ayuntamiento de Madrid

Cum præda domum reuerſus,inteſtinum in Pragenſes, eorumque ſocios bellum ſuſcepit, cumquè caſtra iam ad vrbem haberet: Ioannes quidam Rochezanus ad ipſum egreſſus, omnia compoſuit diſſidia,& Ciſca cum Pragenſibus in gratiam rediit. Cæſar verò, qui Sileſios iam ac Miſnenſes, multaq; aliorum auxilia in armis habebat, magnamq; rei benè gerendæ ſpem in Boëmorum diſcordia poſuerat, poſtquam inter ſe conciliatos eſſe audiuit, aſtu Ciſcam aggreditur, regni gubernationem, magnosq; honores cum peramplo ſtipendio offerens, quæ dum parantur, Ciſca peſtilenti vulnere tactus, obiit. Hæc, vt & ſequentia Cæſaris cum Boëmis bella, cum noſtri inſtituti non ſit exactè omnia perſequi, breuiter meminiſſe propter Alberti cum ipſo affinitatem, belliq; ſocietatem ſatis eſſe duximus, reliqua ex aliis peti poſſunt.

*Ioã.Rocheʒanˢ.*

Ciſca è viuis ſublato Taboritæ, qui Orphanos ſeſe vocabant, duos in eius locum præfectos creant, nomen vtriq; Procopius, alteri Raſus, Minor alteri cognomen fuit. Raſus, quem & magnum poſteà vocarunt, primos ſub Ciſca ordines duxerat, & ab exorto primùm bello Morauiæ à ſuis præfectus, vt in ea Huſſi doctrina propageretur, operam dederat. Eam verò prouinciam Cæſar Alberto, genero ſuo, dotis nomine, aut (vt quidã volunt) quod ægrè illam à Taboritarum iniuriis defendere poſſet, dono dederat. Per Morauiam igitur in Auſtriæ fines ingreſſum Taboritarum agmẽ, Zuetlam oppidum cùm noctu diuq; oppugnaret, Albertus cum ſuis accurrens, manum cum Boemis conſeruit. Pugnatum eſt in quartam vſq; horam dubia victoria, tandem Boëmi, amiſſis curribus, prælio exceſſère, & Albertus, caſtris exutus, quoq; abijt.

*Orphani. Procopius Raſus & Proco. Minor Orphanorum duces.*

*Morauia Alberto cedit.*

*Alberti cum Taboritis cõflictus.*

Non multis pòſt diebus, Raſus cum recenti exercitu accurrens, Rhetium oppidum obſidione cingit, vi expugnatum diruit, multosq; in eo mortales trucidat, Burggrauium Magdeburgenſem, Hardeccium Comitem, Huſſitis infeſtiſſimũ, qui loco præfuerat, Pragam mittit; vbi in carcere poſtea obiit. Effuſi in prędam & agrorum direptiones Boëmi, cum Bauarorum exercitũ per ſyluas Tachouiam verſus iter habere audiuiſſent, eò ſeſe contulère.

Inter hæc Martinus pontifex, vt naſcenti morbo in tempore occurreret, Cardinalem Vintonienſem, ex Anglię regum proſapia oriundum, cum mandatis in Germaniam legauit, quo Cæſaris ac cæterorum principum animos in bellum, contra peruicaces Boëmos

*Vintonienſis Cardinalis.*



Ayuntamiento de Madrid

mos gerendum, exhortaretur. Eo adnitente, tres conſcripti fuerunt exercitus, quibus cum Imperio præfuêre Saxoniæ dux, Marchio Brandemburgicus, ac Epiſcop⁹ Treuirenſis Electores. Saxonem ſequebantur Haſſi, Thuringi, Saxones, & maritimarum Germaniæ ciuitatum auxiliares copiæ: Marchionem Franci orientales: Treuirenſem Rhenani: Imperiales Sueuiæ ciuitates & Bauari. Hi ad primum de Boëmorum aduentu nuncium, nulla re magni alicuius momenti perfecta, retroceſſêre. Impedimenta & machinæ bellicæ hoſti in prædam relicta, qui hoc rerum ſucceſſu efferatior, non tantùm domi omnia pro libito agebat, ſed vicinis quoque grauis erat. Sigiſmundus omnes hactenus in Boëmia conatus irritos cadere videns, Norimbergę cum plręiſq; Imperij principibus, de belli ratione conſilia inſtituit. *Germanorũ expeditio in Boëmos.*

Interim Pontifex, Iulianum Cæſarinum Cardinalem S. Angeli, eximia ob prudentiam vitęq; integritatem autoritate virum, in Germaniam legat, vt extirpandæ Boëmorum hæreſi, bellum paret, ac Synodo Baſileenſi mox futuræ præſideat. Is Norimbergam profectus, pro negocio ſibi iniuncto, apud Cæſarem, reliquoſq; principes effecit, vt noua iterum auxilia, nouæ copiæ decernerentur, & maiori mole bellum in Boëmos moueretur. Rei ſummæ præficitur Fridericus Brandemburgicus, cui aderant Ioannes & Albertus ipſius filij, Fridericus item Saxoniæ, & Albertus ac Christophorus Bauariæ principes. Epiſcopi quoque Herbipolenſis, Bambergenſis ac Aichſtettenſis aderãt. Moguntinus, Treuirenſis, ac Colonienſis auxilia haud contemnenda miſerant. Aduenerant quoque, Georgianæ Sueuorum ſocietatis milites, eratq; in armis totum ferè Imperium, præcipuè verò ſacerdotes, magna cura in hoc bellum incumbebant. Præter hos omnes, Albertus quoq;, exercitum per Morauiam in Boëmiam ducere iuſſus, aderat, ſed cùm Cardinalem cum alijs tardiùs ſe mouere, neque ad conſtitutum diem adeſſe videret, retroceſſit. Mox Iulianus cum numeroſo exercitu, hoſtium fines ingreſſus, villarũ aliquot incendia excitat, obuia quæq; vaſtat. Eduntur multa auaritiæ & crudelitatis exempla, nec vlla aut ſexus aut ætatis habetur ratio. Non terruit hoſtem ea res, ſed in vindictam potius armauit, cuius aduentum Germani minimè expectantes, ſubito quodam pauore correpti fugam iniêre. Cardinalis ea re perterritus, per inter- *Iulianus Cæſarinus Cardinalis.* *1416.* *Iulianus ſæuus in Boëmos.* *Iuliani ac Germanorum fuga.*



Ayuntamiento de Madrid

pretem fugientes allocutus hortatur, maneant, neque multi paucos, militiæ experti rudes, cum totius gentis ignominia, fugiant; rem eſſe cum hæreticis Deo inuiſis, à quo certam promitti victoriam. Hæc & alia multa ſurdis nequicquam auribus ingerebantur, effuſa capeſſitur fuga, qua & Cardinalis cum aliis abripitur. Accurrunt Boëmi, auctis ex hoſtium metu animis, & vltimum fugientium agmen aggreſſi, nonnullos cędunt, impedimenta in ſyluarum concædibus relicta auferunt, caſtra diripiunt, inuenta in illis Cardinalis inſignia, pro ludibrio circumferunt.

*Cardinalis Iuliani ad milites exhortatio.*

Inter hæc Albertus Auſtriacus, ad primum motæ in Boëmos expeditionis nuncium, accurrens, Præzorouiam munitum oppidum obſidione cingit, mox verò de reliquorum fuga edoctus, ſeq; hoſti imparem agnoſcens, retrò in Morauiam mouet, eamq; nondum ſibi dicto audientem ſubiicere aggreditur. Perua ſerat in eam Boëmorum hæreſis, cui addicti qui erant, Orphanorum ac Taboritarum fœderibus illigati, quorum viribus tutos ſe fore cõfidebant, Alberti iuxtà ac Sigiſmundi ipſius imperium aſpernabantur. Igitur Albertus, qui integrum ex Boëmia exercitum reduxerat, oppida quædam vi capta diripuit, quingentos circiter pagos exuſſit, agros vaſtauit, itaq; prouincialium res afflixit, vt, pace ac venia impetrata, dominum agnoſcerent, ac in relligionis negotio, quicquid futura Baſileæ Synodus decreuiſſet, id ſe ratum ſanctumq; habituros reciperent. Solus itaq; Albertus, reliquorum quieſcentibus armis, rem ſatis fœliciter gerebat. Vnde & proditum memorię inuenio, Boëmos ac ſocios ipſorum Morauos, etſi pluribus ab Alberto incommodis affectos, minus tamen ipſi, quàm reliquis Germaniæ Principibus offenſos fuiſſe, vt quem & iuſtam habere belli cauſam, & cordatè illud adminiſtrare dicerẽt. Quòd verò tot tantiſq; cõiunctis viribus, nullum operæ precium fieri potuiſſet belli, mirabantur omnes, variasq; pro ſuo quiſq; ingenio cõmentabantur cauſas. Sunt in manuſcriptis, qui aſſerunt Cęſarem noluiſſe Boëmiam hoc bello nimis vexari, quam alia occaſione ad obſequium perduci poſſe non deſperaret. Id quidem conſtat, nihil toto eo tempore ab illo factum, neq; ipſius ſed Cardinalis ductu Germanos militaſſe.

*Albertus Morauiam ſubiugat.*

*Boëmorum animi procliui in Albertum.*

Inter hæc Fridericus Tyrolenſium princeps, nobilium quorundam conatibus obuiam eundum ratus; Henricum Rotemburgi-

*Henric. Rotenburgius bonis exuitur.*

Ayuntamiento de Madrid

burgicum, omni prorſus ditione exuit, qui pœnam capitis deprecatus, filiam illi ſuam commendauit. Ea Beroni Rechbergio ex matre Ducißa Teccenſi nato, poſtea nupſit. Eandem cum Henrico fortunam ſortitus eſt, Calderani Dominus, qui viginti millibus aureis: Vdalricus & Guilielmus Starckenbergici, decem millibus annuorũ redditũum exuti ſunt; eorum auſpicia ſecuti, Georgius & Ioannes Toreri ab Horenſteino, Bernardus item & Georgius Vvaldeccij, ac alij nõnulli. Pro Toreris poſtea & Vvaldecciis interceſſit Albertus, Bauariæ dux. Reliquis adempta inter alia dominia, Stain, Ritten, Gries, prouerbio locum fecêre, quod Fridericus, proceres ſuos graui morbo laborantes, (voces enim illæ ſingula morborũ nomina referunt,) miro curationis modo, ijs liberauit, & vacuam tandem peram refarciuit. Paris quoq; Lodronius, qui principem offenderat, admiſſorum venia exorata, aliquanto pòſt ditioni ſuæ reſtitutus eſt.

*Tirolenſes Friderico rebelles puniti.*

*Frideric⁹ ſuos à periculoſis morbis liberat.*

Inde ad res Sueuicas ſeſe conuertit Fridericus. Mittuntur igitur à Friderico, Eberhardus Kirchbergicus, Guilielmus Montfortius, ac alij nõnulli ad ciuitates recipiendas cum literis Sigiſmundi, quibus veterem agnoſcere dominum iubebantur. Etſi non deerant, qui occultis ab eo literis, diuerſum facere monitos, affirmarent. Primæ ex ciuitatibus ad obſequium redière, Friburgum Briſgoïæ, Neoburgum, Secconium & Laufenbergum: Villinga & Vvaldiſhutum nunquam à fide ſui principis deſciuerant. Quæ verò ad Arulam ditiones Heluetiis in prædam ceſſerant, iis ab eo tempore Auſtriaci exciderunt, ex quibus Tigurini Kiburgenſem Comitatum: Octo veteres pagi, Bremogartum & Mellingam cũ aliis vicinis locis: Lucernates, loca illa ad Ruſam fluuiũ, cum Comitatu Rore, & Surſeio oppido cepêre: Bernates, aſcitis in prædæ ſocietatem Solodorenſibus, Bipennenſibus, Neüenburgio Comite, & nonnullis aliis, Zofingam, Arburgum, Arouium, Lenzburgum, & Pontes ſiue Brugas oppida, omnemq; illum tractum pagi Verbigeni, in ſuam poteſtatem redigêre, atque alia reliqui loca iure belli ſua eſſe interprętati, non reddidêre, & hoc Friderico, ob fidem Pontifici & Eccleſiæ præſtitam, accidiſſe conſtat. Hæc alij aliquot annis ante facta eſſe referunt, procurationis tabulæ, Comitibus à Friderico datæ, quas videre mihi contigit, annum præferunt quintum & viceſimum propè affectum.

*Auſtriacis multæ ditiones ademptæ.*

*Fridericus ob fidem ſeruatam rebus exuitur.*

Circa

Ayuntamiento de Madrid

*Anglus in Galliam mouet.*

Circa hæc tempora, ingens Carolo ſeptimo bellum erat cum Anglis, qui à Burgundionibus adiuti, magnam Galliæ partem armis ceperant, iamq; Henricus, illorum rex, eius regni titulum & inſignia vſurpabat. In eo bello Carolus, puellæ cuiuſdam Iohannę nomine, natione Lotharingę, fida opera vſus eſt, ſępè enim militem ſuis artibus commeatu iuuit, multasq; vrbes recepit, dumq; illum per loca ab hoſtibus occupata, Rhemis conſecrandum ducit, à Ioanne Lucemburgenſi capitur, & Rotemagum ad Ducem Somerſetenſem mittitur, vbi magię damnata exuritur. Itaq; Carolus, vti vires ſuas confirmaret, fœdus & amicitiam cum Friderico facit, Radegundim filiam, Sigiſmundo eius filio deſpondet. Quem ſi ante pubertatis annos mori contigeret, ne affinitas non procederet, Radegundis vel ſecundo Friderici filio, ſi quis ei naſceretur, vel Friderico iuniori, aut fratris eius Archiducis Erneſti filio iungeretur. Hæc ſponſalia, miſſis Oenipontum legatis, Simone Caroleo, & Ioanne Fraunbergico, ſolenni ritu peracta ſunt, Anno à CHRISTO nato milleſimo quadringenteſimo & triceſimo. Radegundis verò, ante maturam coniugio ætatem, obijt.

*Gallus & Austrius amicitiā iungunt.*

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER QVINTVS.

## ARGVMENTVM.

*SIgiſmundum Imp. Concilij Baſileen. & Boëmorũ concordiam ſedulò procuraſſe: deinde in Italiã profectũ ac coronatũ, nec multò pòſt mortuum; ipſiusq́, generũ Albertum tàm in Imperio quàm Hungariæ & Boëmiæ regnis ſucceſſorem factum eſſe, hoc libro conſtat. Licet autem Alberto in Boëmici regni initio Vladiſlaus Polonus & Thaboritæ contrarij fuerint; eos tamen vicit fugauitq́. Turcã item Myſiam infeſtantem retrocedere coëgit: quo peracto mortuus eſt, vxorem relinquens grauidam. Eodem anno Friderico Seniori vita functo, Auſtriæ gubernatio Friderico Iuniori, poſtea Imperatori, committitur: Ladiſlaus Alberti poſthumus naſcitur, & quadrimeſtris rex Vngariæ coronatur. Hungari moræ, quoad rex adoleſceret, impatiẽtes, Vladiſlaum Polonum accerſunt: Boëmi verò ex ſuis adminiſtratores regni creant. Albertus ꝓdigus bellum in Auſtria excitat. Cæſar Aquiſgrani coronatur: cum Tigurinis fœdus facit: Conciliũ Baſileen. alio transferre conatur; ad res Helueticas animum conuertit. Pacandæ Auſtriæ cauſa fratri Alberto Sueuiam conedit. Eliſabeta Alberti Cæſ. vidua diem obit. Vladiſlaus clade Varnenſi perit. Heluetij à Delphino cæduntur. Coruinus Hungariæ prorex, fugato ex Myſia Turca, bellum Imperatori infert: pactis inducijs Cæſar in Italiam iter facit: Eleonorã Portugaliæ regis filiã in vxorẽ ducit; Romæ coronatur: Neapoli nuptias celebrat: Borſiũ Eſtenſem Ducẽ creat: ꝑ Carnos in Auſtriã redit.*

ANNVS agebatur poſt mille quadringentos triceſimus primus, quo tempore Iulianus Cardinalis, per literas ab Eugenio Quarto P. M. qui Martino ſucceſſerat, monitus, 1431. æſtate jam adulta, Baſileam, vti Synodo generali illic haberi cœptæ præſideret, profectus, de communi patrum ſentẽtia Boëmos ad concordiam & aſſenſum Synodo præſtandum, exhortatur. Sigiſmundus quoq;, literis ad eoſdem miſſis, Romam ſe ad ſuſcipiendam à Pontifice coronam iturum ſignificat, quæ res non ſibi tantùm, ſed ipſis quoq;, ex quibus ortum duceret, inſigne decus eſſet allatura. Orare itaq; eos, vt pacis ſtudia amplexi, controuerſos in relligione articulos, Synodo Baſileenſi exponant, & amica diſceptatione, tranſactis omnibus, ad concordiam redeant, neq; alijs omnibus plus ſapere ſoli velint. Id ſi fiat, non dubitare ſe de ipſorum fide, quin regem ſuæ genti præ cæteris addictiſſimum, eo loco

*Baſileenſe Concilium.*

Ayuntamiento de Madrid

loco ſint habituri, quo fratrem, patrem, atque auum, quorum inſtituta ſequi ipſe vellet, habuiſſent. Qui Baſileæ erãt, magnis quotidie incommodis afficiebantur, ob vicinum bellum, quod Philippo Burgundiæ regulo, cum Gallis eorumq; ſociis erat. Iamque Fridericus ex fœdere Guilielmum Brunſuici principem, & Venceſlaum quendam Turrianum pecunia conduxerat, vti cum mille grauis armaturæ equitibus, in Burgundi agrum mouerent. Qui cùm in procinctu eſſent, circa anni triceſimi ſecundi initium, Synodi patres, miſſis hinc inde literis, principes exhortati, ne publicam rei Chriſtianę tranquillitatem turbare pergerent, eò rem adduxêre, vti induciæ ad ſexennium promulgarentur. Igitur Fridericus eo bello defunctus.

Alberto quoque eius agnato, per abſentiam Sigiſmundi Cæſaris, in Auſtria & Morauia res ſatis quietæ fuerunt. Solus turbare aliquid conatus Socolius (de quo in proximo libro mentionem fecimus) cum tumultuaria prędonum manu Auſtrię fines ingreſſus, vindematores infeſtabat, qui à vicinis proceribus fuſus ac fugatus eſt, ſexcẽti, abiectis armis, capti, Viennam deducti ſunt. Taboritæ verò, ob irritos exterorum conatus, inſolentiores facti, & pro libito omnia per Boëmiam adminiſtrantes, domeſticis quoque graues fieri cœperant. Nobiles igitur nonnulli, præſentem rerum ſtatum commiſerati, arma in eos capiunt, præliis aliquot ſuperiores, vtrunque Procopium cædunt. reliqui amiſſis ducibus, paruo negocio ſubiugati. Nobilium primi erant Meinardus à noua domo, & Alſcio Roſembergicus, cum quibus Pragẽſes, ac Pelſinenſes ſocia arma coniunxerant.

*Soccolius.*

*Taboritæ compeſcuntur.*

*Meinardus à Noua domo.*

Inter hæc Sigiſmundus Cæſar in Italiam profectus, Romæ ab Eugenio coronam ſolemni ritu ſuſcepit. Pòſt in Germaniam reuerſus, Baſileam primùm, vnde poſt conciliatum Synodi patribus Eugenium, Vlmam venit. Cumque debellatum iam eſſe cum Taboritis audiuiſſet, literis in Boëmiam miſſis, procerum ac reliquorum in compeſcendis rebellibus operam, & propenſa in regem ſuum ſtudia, comprobauit, vtq; in ijſdem perſeuerarent hortatus eſt. Inde Ratiſponam profectus, obuios habuit Boëmiæ proceres quam plurimos, qui Imperatorẽ ipſum ac regem ſuum conſalutabant, quos ad fidem & concordiam tuendam adhortatus, in Hungariam ſecundo fluuio nauigauit. Budę cùm eſſet, legati ad eum ex

*Sigiſmu. in Italiam it.*

*Sigiſ. coronatur Romæ.*

Ayuntamiento de Madrid

ad eum ex Boëmia miſſi, omnia in eo regno tranquilla eſſe, iamq; cum Synodo ipſis conuenire nunciant, ſupereſſe, vt ipſe veniat, pacemq; præſens ac concordiam ſtabiliat. Imperator breui ſe Iglauiam, quod eſt in Boëmiæ ac Morauiæ confinibus oppidum, venturum eſſe dicens, legatos egregiè donatos, dimittit. *Boëmorum & Concilij concordiam procurat Sigiſmundus.*

Mox rebus in Hungaria conſtitutis, aſſumpto ſecum Alberto, genero ſuo, Iglauiam ad diem dictum venit, quò frequentes iam Boëmi confluxerant. Aderant quoque Fridericus Conſtantienſis Epiſcopus, & alij nonnulli Baſileenſis Concilij legati. Ibi poſtulatis aliquot Boëmorum auditis, atque comprobatis, concordia, inter ipſos ac Synodũ pacta, Imperatoris authoritate confirmatur. Subſequitur mira animorum mutatio. Sigiſmundus antè inuiſus, fauſto feſtoq; omnium ordinum plauſu exceptus, Pragam deducitur, vbi in verba eius denuò iuratum, & vxori Barbaræ corona ab Epiſcopo Conſtantienſi impoſita eſt. *Sigiſmũdus Pragã ingreditur.*

Tandem Sigiſmundus, pacata vtcunque Boëmia, cum ætatis & curarũ incommodis, aggrauari ſe indies ſentiret, de ſucceſſore regnorumq; hærede conſtituendo, ſollicitus eſſe cœpit. Barbara quoque vxor, ætatis ſuæ ac dignitatis parum memor, de regnorũ hæreditaria ſucceſſione, poſt viri mortem, quam breui adfore augurabatur, in ſe transferenda cogitabat, nouasq; ſibi nuptias animo concipiebat. Ita quæ in iuuenculis libido eſſe ſolet: ea in plæriſq; aniculis in efferatam rabiem vertit. Viſus eſt illi ad hanc rem idoneus. Vladiſlaus Poloniæ rex, quem duorum regnorum acceſſione, quæ, nulla filiæ ac generi ratione habita, in dote ſua numerabat, permotum iri ſperabat, vt vetulam iuuenis non aſpernaretur. Accendebant eius ſpem Boëmi quidam proceres, qui aduerſæ Sigiſmundo factioni fauerãt, & Polonum Germano præferebant. Præter hos & Ciliæ vterque comes, quorum alter ipſius frater, alter nepos, magnis ea tẽpeſtate opibus & clientela pollebant, auxilia non cõtemnenda allaturi, ſperabantur, ſi vis alicunde aut bellum ingrueret. Sigiſmundus, vxoris conatus omnes, ac conſilia, penitus perſpecta habens, cùm non longè abeſſe vitę terminum & ipſe pręſentiret, & à medicis admoneretur, fluxã quorundam Boëmorum fidem ſuſpectam habens, vocatis ad ſe, quos ex Hungaria ac Morauia adduxerat, proceribus, vt itineri ſeſe parent, imperat, ſparſa in vulgus fama, loci mutationem, valetudinis re- *Barbara Imperatrix libidinoſa.* *Ciliæ comites.* *Artes Barbaræ eluduntur.*

P

Ayuntamiento de Madrid

*Sigiſmũdus deſerit Pragam.*

nis recreandę gratia, ſuaderi. Statuto die depexam barbam comit, & in canam Cæſariem virenti ſerto redimitus, aperta lectica per mediam vrbem inuectus, Praga diſcedit. Znoymam, Morauiæ vrbem, cum veniſſet, morbo atq; itineris iactatione feſſus, ibi ſubſtitit. Albertus audita ſoceri ægritudine, cum Eliſabetha vxore ad eum properat, cum quo multa collocutus, Imperator vxori primùm fidos adhibet cuſtodes, deindè primos quoſque procerum intromitti ad ſe iubet, ad quos huiuſmodi orationem inſtituit:

*Imperatrix cuſtodiæ tradita.*

Cum ab inito ſtatim Imperio, in hunc vſque diem ad publicam tranquillitatem conſtituendam, omne ſtudium contulerim, decurſo iam vitę ſpatio, cauendum maximè video, ne reliquis meis actionibus extrema non congruant. Itaque de veſtra ſalute, deque regnorum meorum incolumitate ſollicitus, hoc primùm egi: vt Pragæ mænibus, atque adeò Boëmiæ finibus, ſub honeſto inſtaurandæ valetudinis prætextu, egrederemur; ne ſi apud ſuſpectę fidei homines, mori me contigiſſet, ſecus aliquid de vobis ſtatueretur. Nunc verò vna ea apud animum meum cura reſidet, quo pacto regnis meis conſuli poſſit, ne poſt deceſſum meum turbulentis bellorum ac diſſenſionũ motibus, ſubuertantur. Ad quam rem, cum iuſto aliquo ac cordato rege opus ſit, neminem equidẽ eſſe video, qui vel veſtro ipſorum iudicio, Alberto Auſtriaco, genero meo, præferri debeat. Siue enim generis nobilitatem, ſiue prudentiam, multo rerum vſu inſtructam, ſiue virtutes alias viro principe dignas, quærimus, omnia in eo, Dei conceſſu, eximia inuenientur. Hunc ego mihi generum adſciui, hunc filium adoptaui, hunc hæredem vltimæ voluntatis declaratione conſtituo. Nec eſt, quod ipſius tantùm, aut filiæ meæ amore moueri me, quantùm publicæ incolumitatis ratione quis putet. Video enim fœlices vos fore, qui ſub Alberti Imperio viuetis. Habetis prętet iudicium meum, præclara eius in vos merita, quibus iam dudum ille effecit, vt à vobis non minus, quàm à me amaretur, ac magni fieret. Itaq; agite, & hunc vobis regem, me etiamnum viuo & vidente declarate, vt de reliquo ſecurus, æquiori animo ſpiritum Deo commendem. Hæc locutus, in lachrymas erupit. Quotquot autem aderant, bono eum animo eſſe, iubent; ſeq; Albertum regem declarare, neq; alterũ eo viuo agnituros, recipiunt, & in ipſius manum iurant. Ipſum quoq; Albertum, eiusq; coniugem Eliſabethã intro-

*Alberti honorifici laus.*

*Sigiſmundus Albertũ hæredẽ conſtituit.*

*Albertus in Regem Boëmiæ ſuſcipitur.*

Ayuntamiento de Madrid

intromiſſam, læta acclamatione regem & reginam ſalutant. Sigiſmundus inde ex fletu ſe colligens, legationem decernit, ab obitu ſuo ad Boëmiæ ordines mittendam. Legationis princeps declaratus eſt Caſparus Slickius, de quo ſuperiore libro memorauimus.

Rebus ad hunc modum conſtitutis, Sigiſmundus poſtridiè obijt, qui dies fuit octauus, aut (vt alij habent) nonus Nouembris, *Sigiſ. Cæſ. mors.* Anni triceſimi ſeptimi ſupra mille quadringentos, cum vixiſſet *1437.* annos ſeptuaginta. Albertus cum Eliſabetha, & reliquis proceribus in Hungariam proficiſcitur, Sigiſmundi funus, ac reginam cuſtodibus cinctam, ſecum adducens. Ad eius aduentum variè afficiebantur Hungari, commiſerationem multis mouebat reginæ fortuna, regis verò deſiderium & publicum regni luctum leniebat, percepta de Alberto ſpes, quem regem ſibi à Sigiſmundo datum audierant. Funere Varadinum, vti viuus ipſe conſtituerat, deportato, ac cum regia pompa ad D. Ladiſlai condito, comitia creando regi, ad Albam regalem indicuntur, quò ex procerum ſententia, ab exequijs ad coronationem ire pergens, cum vxore in *Albertus in regem Hunga. coronatur.* maxima ordinũ frequentia, nemine refragante, ipſis Cal. Ianuarij, rex ſalutatur, & veteri ritu, tum ipſe tum regina, coronantur.

Dum hæc in Hungaria geruntur, legati, quos Sigiſmundus conſtituerat, in Boëmiam profecti, in procerum conuentu, teſtamentum regis, recitant, vtq; vltimam eius voluntatem exequantur, monent: ita ipſum, ita ipſius fratrẽ, patrem, ac auum eſſe meritos, neq; fraudandam eſſe hæreditate Eliſabetham, quæ ex tam nobili auguſtaq; gente ſola ſupereſſet, in ſpem regni educata, eiq; viro nupta, quem, etſi nulla ad regnum iura adferentẽ, optare tamen atq; eligere regem deberent. Iam verò, cum Sigiſmundi filiã vnicam regni hęredem, vxorem habeat, ipſiusq; legato, rex ſit declaratus, quid tandem obſtare, quo minus in eo creando, Hungarorum iudicium & exemplum ſequantur ipſi, maiori neceſſitudinis vinculo aſtricti? Scire ipſos, nec diſſimulare poſſe, extare vetera inter Boëmorum reges & Auſtriæ principes pacta, Cæſarea approbatione confirmata, quibus ſtatutum eſſe, ſi alterutram gen- *Pacta Boëmiæ* tem abſq; prole deficere cõtingeret, tum alteram ipſius hæredem *regũ, & Auſtriæ* fore. Hæc cum legati dixiſſent, multaq; de Alberti virtutibus prę- *principum.* dicâſſent, Boëmi re diutius in conſilio agitata, tandem ad Nonas Maij Albertum regem creauêre. Soli inter_edebant ij, qui à Bar-



Ayuntamiento de Madrid

*Albert. Boëmiæ rex declaratur.*

bara regina, in conſiliũ adhibiti fuerant, vel quòd Polonis ſtuderent, vel quòd Albertum initæ cum regina ſocietatis memorem, atq; adeò vltorem eſſe futurum, timerent. Principes in ea factione erant Henricus Ptaſco, Alexius Sternbergicus (Alſcionem quidã vocant) & Georgius Podiebradius à Kunſtat. Hi nõ prius Alberto ſua ſe ſuffragia daturos, aut regnum vſurpare permiſſuros, palàm teſtantur, quàm de poſtulatis quibuſdam ſibi ab ipſo cautum eſſet. Miſſus ad regẽ cum eiuſmodi mandatis Alexius, nihil reſponſi obtinere potuit, præterquam quod Albertus diceret: breui ſe regnum, hęreditatis iure, ac potiorum ſuffragijs ſibi commiſſum, ingredi in animo habere; nihil verò, quod à ſocero obtineri non potuerit, cuiquam permiſſurum. Hoc reſpõſo ſatis (vt videbatur) detecta regis ſententia, Ptaſco ſuorum conciliabulum conuocat, ſuæ factionis vires, &, quæ ſit cuiuſq; ſententia, explorat, deq; alio rege contra Albertũ creando proponit. Ibi vno conſenſu omnes, Caſimirum, Vladiſlai Poloniæ regis fratrem, tredecim annorum puerum, nominant, ſuoſq; ad vtrunq; nuncios, mittunt. Diſſuaſores Vladiſlao erant, optimi quiq; ac prudentiſſimi ex conſiliarijs, neq; ignorare & ipſe poterat, non hæc ab ordinibus regni, ſed à paucorum ſeditioſorum cœtu agitari. Vicit tamen imperandi libido, & quę multorum conſilia ſubuertit, glorię cupiditas. Mittuntur in Boëmiam equites bis mille, quos cum maioribus copijs ſubſecuturum Caſimirum, ſpes facta. Albertus de his omnibus edoctus, ſuos per Hungariam præfectos conſtituit, &, quò pacatiora omnia relinqueret, Barbaram reginam libertati ſuę reſtituit, arcibus aliquot multatam, eiq; penſionẽ annuam duodecies mille aureûm nummûm ex fiſco perſoluendam, aſſignat. Viennam inde profectus, quę ad expeditionem, primo quoque tempore in Boëmiam ſuſcipiendam, opus eſſe videbantur, parat.

*Alberto refragantur aliquot proceres.*

*Caſimirus contra Alb. eligi. Boëmiæ rex.*

*Barbara regina liberatur.*

Dum hęc in Hungaria & Boëmia agitantur, interim Septemuiri Imperij electores, Francofurti comitia creandi Imperatoris habebant, qui Sigiſmundi de Alberto iudicio, Hungarorum item ac Boëmorum electione, & ſua de ipſius virtutibus æſtimatione, confirmati, & fœlicem ſub eo reip. ſtatum fore ominati, Imperatorem eum, vno conſenſu, creant. Ab ea electione, Auſtriacę gentis principes, Imperij dignitatẽ maieſtatemq; in hæc vſq; tempora, quaſi per manus acceptã, cum ſumma rerum geſtarum gloria

*Alber. fit Cæſar.*

ac gratia

Ayuntamiento de Madrid

ac gratia tuentur: Atq; ita vno & eodem anno, Albertus bis in regem, & tertio in Imperatorem electus, ac coronatus eſt, magno fœlicitatis exemplo, cui par, in D. Maximiliano Secundo, eiuſdem gentis Principe, noſtra quoque ætas vidit. Commoranti Viennæ Alberto, legati ab Electoribus miſſi prę̨ſtò ſunt, qui electionis ordine enarrato, ipſum à principibus expectari nunciant. *Raræ felicitatis exempla duo.*

Aderant eo tempore apud Albertum Baſileenſis Synodi legati, Fridericus item Tirolenſium princeps, quem Seniorem vocabāt, Fridericus Iunior, eiusq; frater Albertus, Auſtriaci, multiq; alij ex vtroq; regno, & reliquis ditionibus, viri nobiles. Ii pręter Hungaros, certatim omnes, concurſu in aulam facto, ad ſubeundum tātum decus vltrò oblatum, gratulabundi exhortantur. Idem Academia quoq;, & Viennenſis ciuitas, ſummis ab eo precibus efflagitabāt. His omnibus refragabantur Hungari, quibus ante ſuſceptam regni coronam, ſanctè receperat Albertus, Imperium ſe neq; ambiturum, neq; ſi offeratur, accepturum, abſq; illorum aſſenſu, qui ne abſente ipſo & Imperij negocijs diſtento, Hungariæ regnum, Turcarum iniurijs & rapinis expoſitū, relinqueret, id quod Sigiſmundi temporibus experti erant, verebantur. Vocatis igitur in aulam legatis, Albertus reſpondet; ſatis ſuperq; negocij ſibi paratum eſſe, ſuis regnis ac ditionibus adminiſtrandis, gratias itaq; Electoribus ſuo nomine agant, qui facilè alium ea ad munia aptiorem eſſent inuenturi. Cum verò & ipſi inſtarent, & reliqui tenderent, Hungari quoq; principum pręcipuè verò Friderici Iunioris interceſſione, ac promiſſis moti, aſſentirent; Albertus ſeorſum à conſilio digreſſus, magnam lachrymarum vim profudiſſe, tandem in conſilium reuerſus, electionem ratam habuiſſe, dicitur. *Hungari decus Imperij Alberto detrectant.* *Modeſtè.*

Variant hoc in loco ſcriptores, ex quibus ſunt, qui Albertum protinus in Boëmiam, & coronatum Pragæ, Francofurtum porrò, atq; inde Aquiſgranum iuiſſe affirmant: mihi verò eos vt potiores, ſequi viſum eſt, qui aliter ſentiunt, neq; enim ſemel Boëmiam ingreſſus, tàm ſubitò ſe inde expedire potuiſſet. Albertus igitur aduerſæ factioni, reliquos ſecum ſentiētes opponens, Francofurtum ad principes ibi pręſtolantes, atq; inde cum ijs Aquiſgranum perrexit, vbi cum fauſta omniū gratulatione coronatus eſt. Principes quoq; Germaniæ auxilia illi, ſi opus eſſet, in Boëmos ꝓmittunt, ac legatis in Poloniam miſſis, Vladiſlaum monent, pericu- *Alb. coronatur Aquiſgrani.*

*Albertus hortatur Polonum vt Boëmia abſtineat.*

lum eſſe, niſi ab alieno inuadendo regno abſtineret, ne pro ſuo dimicare cogatur. Boëmi quoq; ex ſuis ad eum legant, Ioãnem Rabenſteinium, & Henricum Placium, qui eum totius gentis nomine orant, ne fratrem Caſimirum publicam tranquillitatem perturbare, & regnum, quod nullo ad ipſum iure pertineret, armis inuadere permittat, veterem potiùs amicitiam cum ipſis colat. Albertum à Sigiſmundo datum, fuiſque confirmatum ſuffragijs regem, ad potentiam, quam domo adferret, vires quoque Imperij adiunctas habiturum, nihil à paucis quibuſdam ſeditioſis, contra totius regni ordines profici poſſe, quibus ſi opem ferre pergeret, non defutura ſuo regi arma, quibus & ſua tueri, & illatam ab hoſte iniuriam vlciſci poſſet. Meminerit arctiſſimam ſemper inter vtrunq; regnum fuiſſe neceſſitudinem, quam ſartam tectam cõſeruare, non minus ſibi ſuoq; regno, quàm Boëmis ex re fore. Ad hęc Vladiſlaus: Mutuam ſibi cum Boëmis amicitiam interceſſiſſe, ingenuè ſe fateri: neque alium quam antea fuerit, ſibi eſſe animum, imò veterem tueri beneuolentiam propoſitum habere; fratri verò regnum à potiori procerum numero oblatum, adimere nõ poſſe, quin & ęquius ſibi, magiſq; naturæ & rationi conſentaneum videri, cum vtraq; gens eandem ferè linguam, eadem vitæ inſtituta habeat, ex Polonis ipſos regem aſſumere, quam ex Germanis, quibus cum abſque interprete ne loqui etiam poſſint. De regno ſuo quod attineret, nullius ſe externas vires expaueſcere, ipſis potius videndum, ne ſi agnato regi extraneum præferant, ſui ipſos conſilij ſerò pœniteat.

*Poloni reſponſum.*

*Alb. Boëmiam ingreditur.*

Inter hæc Cæſar, collecto per Auſtriam milite, Boëmiam ingreditur. Huic Vdalricus Roſenſis, Meinard' à noua domo, multiquè alij proceres, Iglauiam vſque obuiam proceſſère, regemquè omni honorum ſignificatione, excipientes, vt in regnum veniret, rerumq; ſtatum præſens introſpiceret, rogauêre, id quod literis antea quoque petierant. Ptaſco verò miſſis & ipſe nuncijs orat, ne inuita ſua factione, regnum adeat, in quo ſine ſuo atque ſuorum ſuffragijs, firmam ſibi ſedem nunquam eſſet habiturus. Cæſar verò ipſum per eoſdem monet, periculo caueat, ad quietiora atque ideò tutiora conſilia animum applicet, neq; pacem ac ocium patriæ temerè perturbet, documento eſſe ſuperiorum temporum incommoda, quantò pax bello præſtabilior ſit. Eam ſi amplecti

*Ptaſconis temeritas.*

cum

Ayuntamiento de Madrid

cum ſuis vellet, omnia ab ſe ęqua conſecuturũ; ſin minus, Deũ iuſtę cauſę vindicem nõ defuturũ. Non precariò ſe regẽ eſſe, ſed iure & potiorũ electione, nec plura emercari ſuffragia opus habere.

Cum verò Auſtriacorum copiæ, quæ per Morauiam rebelles aliquot multauerant, aduenisſent, Cæſar Iglauia diſcedens, Cuthnam duxit, eamq; ſine præſidio relictam, expugnat, Ptaſconem Coloniam vſque fugientem perſecutus, cum is ſe in oppido contineret, & aperto marte decernere nõ auderet, Pragam iter inſtituit. Eò cum veniſſet, animos ciuiũ offendit ſatis promptos, & ab obuijs rex ſalutatus, in arcem deductus eſt. Erant nõnulli eo tẽpore in vrbe, qui cum Ptaſcone ſentiebant. Hi vt coronationi aut impedimentum aut moram adferrent, nouum publico conuentui diem dici debere, contendebãt. Quidam etiam ex Pragenſibus ſeorſum, ſibi commoda quædam & immunitates attribui poſtulabant: Vtriq; fruſtrati fuere. Itaq; volentibus, quotquot extra aduerſam factionem aderant, ordinibus, ac maiore ciuium numero, Albertus vnà cum Eliſabetha coniuge, adhibitis ritè ceremonijs, diademate regio inſigniuntur, tertio Calend. Iulij. Aliter hæc ab alijs, & Dubrauius quartum Maij habet, quem non ſequor, libri manuſcripti fiducia, qui diẽ coronationis, diuorum Petri ac Pauli memoriæ ſacratũ fuiſſe, aſſerit. Ptaſco nihil Pragæ à ſuis actum eſſe videns, armis agendum ratus, vires vndique contrahit, maioresq; ex Polonia expectans copias, quorundam interim agros populatur, quibus electionem Alberti maximè imputabat.

*Albertus Cuthnam capit.*

*Albertus vnà cũ coniuge Pragæ coronatur.*

His quaſi præludijs militem exercens, mox auctis viribus pręſidia Coloniæ, atque alijs in oppidis, locat, & in regem ducere pergit, ea cum temeritate; vt captos quoſdam nobiles dimiſerit iuratos ad ſe redire, quo primum die caſtra ipſum ante Pragam poſuiſſe audiuiſſent. Rex cum ſuis obuiam ei procedit, pugnæ copiam facit, quam declinans Ptaſco, per Cuthnæ montes, Soboſlauiam, atque inde ad Taboritarum oppidum, ſitu & operibus munitum, ſe confert, caſtra ante oppidum ita locat, vt vna tantùm parte eaq; perangusta aditus pateret, & ſi qua vis ab hoſte ingruat, refugio tutus eſſet in oppidum locus. Iamq; præmiſſi aliquot ex Polonia milites aduenerant, ita vt ad quatuordecim hominum millia in caſtris haberet. Alberto præter Auſtriacos & Hungarica auxilia, aderant Fridericus Saxo, Albertus Brandemburgicus

*Ptaſco ad Tabor ſe munit.*

*Albertus Tabor mouet.*

& Chriſtophorus Bauarus, is, cui Daniæ poſtea regnum obtigit. Ii ſuas quiſque copias adduxerant, Cæſar igitur per Beneſcauiam mouens, nuncijs in hoſtiū caſtra præmiſſis, venire ſe indicat, ferro decernere paratum, de Boëmię regno ſibi cum Caſimiro certamē eſſe, prælio id, non agrorū depopulatione, decidendum. Itaq; ſub ditis, innoxijs hominibus, parcerent, idem & ſe facturum, conſultiùs eſſe, omnia victori integra, quàm ſemidiruta, relinqui. Poloni ad hęc reſpondent: Scire ſe, noxios quoſq;, ac alieni aut damni aut ſanguinis auidos, Deo maximè atque hominibus inuiſos. Pugnæ verò, cum primùm venerit, copiam fore, neq; tam ſuperba eius denunciatione moueri, ſed ſpem ex ea maximam concipere, quod ſciant, faſtui & ſuperbiæ hominum, Dei numen aduerſari.

*Albertus pugnæ cupidus.*

Hoc reſponſo exhilaratus Cæſar, poſtridiè quadrato agmine ſub eorum conſpectum prodit, & ad mille paſſus caſtra ab ijs ponit. Poloni, quietem capiente Alberti milite, leui equitatu in caſtra aſſilire, ſæpius tentabant, ſed ad obuios grauis armaturę equites, & Hungaros ſagittarios tergauertūt. Id cùm ſæpius maiore cū oſtentatione, quam periculo ab illis fieret, Cæſar paratam pro caſtris aciem oſtendens, ad meridiem vſq; hoſtem operitur. Poſtquam hoſtem caſtris ſe continere, nec audere prœlium videt, militem ſtando feſſum, in caſtra reducit, miratus non tam Polonos tumultuariæ pugnæ quam ſtatariæ aptiores, quàm Ptaſconē cum ſuis acie pugnare inſuetis, non æquo dare ſe campo, ſed pugnam ante cōdictam detrectare. Eius rei cauſam, mox per exploratores didicit, maiores ab ijs copias, ipſumq; Vladiſlaum regem expectari, ante cuius aduentum, in totius rei diſcrimen deſcendere nollēt, Cæſar itaq; maturandum ratus, tormentis bellicis, quæ & maiora & plura quam hoſtis habebat, rem aggredi ſtatuit.

*Poloni pugnam detrectant.*

Erat inter tormenta vnum, cæteris grandius, quo ſæpius in caſtra emiſſo, magna hominum ſtrages edebatur, isq; in hoſtem terror irruit, vt relictis caſtris, in oppidum ſe omnes reciperēt. Octoginta homines vno ictu tranſuerberatos eſſe proditum eſt. Dirum hoc teli genus ab architecto humanæ calamitatis diabolo, Dei, noſtris ſceleribus offenſi, permiſſu, in extremā mundi ſenectam pductum, fragore ſuo indicare videtur, totā rerum machinam breui ruituram. Interea Georgius Podiebradius, cum expeditis equitibus ad Taboritas contendens, in Cæſarianorum equitum alam incidit,

*Tormenti bellici vis.*

*Georg. Podiebradius.*

Ayuntamiento de Madrid

incidit, & pugnare coactus,ſtrenuè rem gerit, victorque ad ſuos euadit,primam ex hac pugna celebritatẽ nominis,apud ſuos conſecutus. Cùm verò apud vtroſq; annona deficeret, nec Poloni in prçlium elici poſſent, Albertus nullum ſe operæ moræq; precium facere videns,Pragam reuertitur.

Poſt regis diſceſſum, qui in Taboritarum oppido erant,ad ſuas quiſq; ſedes dilabuntur. Inter hos Poloni maximè miſerabiles,fame propè enecti, per deuios ignotę regionis calles, domum ſe conferunt. Fridericus autem Saxoniæ princeps,& ipſe domum iturus, cum ſuis penè in Boëmorum inſidias præcipitauit, quorum agmen ducebant,Holitius quidam, quem Iuniorem vocabant,& Petrus Zuiretitius, quibus ſeſe in prædæ ſocietatem coniunxerant oppidani aliquot,Launenſes,& Zatecenſes. Hi Fridericum inter Pontem oppidulum, & Biliniam adorti, neq; re ſubita conſternatum, neque ab armis imparatum. Erat cum eo Iacobus Bilinenſium præfectus, cui Cæſar id, quod futurum erat præuidens,negocium dederat, vt cum ſatis firmo equitatu,Saxones per Miſniæ montes deduceret. Ab hoc adiutus Fridericus, primum Boëmorum impetum fortiter excipiens,mox in fugam eos vertit, ſexcentos occidit, quingentos ſecum captiuos abducit, pecunia redimendos. Inter hæc Vladiſlaus Poloniæ rex, nondum audita ſuorũ fortuna,cum duplici exercitu Sileſiam ingreſſus,ad Oppauiam caſtra poſuit. Cæſar,nuncio de eius aduentu accepto, vt ipſi obuiam iret, Vdalrico Ciliæ comiti, Boëmiæ adminiſtrationem committens,cum eo exercitu, quem apud ſe retinuerat,Gorlitiũ Luſatię oppidum,atq; inde Vratiſlauiam Sileſię vrbem,accelerat. Ibi præſtò illi adfuit Albertus Brandemburgicus, is, qui ob inuictum animi pariter ac corporis robur, Achillis Germanici cognomen tulit. Vladiſlaus eorum nec opinato occurſu, ſuorumq; in Boëmia clade percepta, imparem ſe agnoſcens, retrò, quà venerat, profectus,agros depopulatur.

*Frider. Saxonis pugna cum Boëmis.*

*Vladiſlaus Polo. rex in Sileſiam ducit.*

*Alb. Brandemburgẽſ. Germanus Achilles.*

Cæſar Sileſijs id petentibus, Brandemburgicum finium defenſorem, ac iniuriarum vindicem dedit, & ad fortiter agendum, illum adhortatus eſt, ſimulq; noua,de proſpero Saxonis ſucceſſu, retulit. Non opus erat Alberto longa ad virtutem exhortatione, quin per ſe ſatis animatus: in Polonorum agrum excurrens, latè prædas agebat, obuia quæq; ferro ac igni aſtabat, adeoque hoſtem

*Brandemburgicus Poloniam perpopulatur.*

Ayuntamiento de Madrid

ſtem vexabat, vt armis diffiſus, obuiam tendere nullus auderet, ſed pacis tractandæ actionem inſtitui poſtularet. Paci verò interpretem & arbitrum ſeſe interpoſuit, Rodericus quidam Burgenſis Epiſcopus, natione Hiſpanus, inſigni eruditione ac virtute clarus, qui in hoc à Concilio Baſileenſi legatus, per eoſdem dies aduenerat. Is Cæſare prius conuento, multa cum Poloniæ regis legatis egit, quorũ princeps erat Archiepiſcopus Gneſnenſis. Cùm de pace conuenire nihil poſſet, Burgenſis maximè opera, induciæ aliquot dierum factæ ſunt, intra quos Vratiſlauiæ, de pacis conditionibus, diſceptaretur. Eò Cæſar quoque profectus, fortè gradu delapſus, pedem grauiter offendit, nec deſunt ſcriptores, qui ex eo caſu ſubclaudicaſſe poſtea, affirmãt. Quare inauſpicatò ſe illò veniſſe putans, imperfecto negocio, per Morauiam, Viennam abijt. Sunt qui non hanc, ſed aliam eius rei cauſam fuiſſe tradunt, quod non ſatis ex ſua dignitate futurum eſſe duxerit, iniuriam tam inſignem, cum ſummo Imperatoriæ maieſtatis contemptu coniunctam, bello non perſequi, quodq; Poloni amicitiam aut auerſatus ſit, aut paruo æſtimârit. Ne verò totis ſe viribus, ad bellum ſtatim conuerteret, multa illi ac grauia obijciebantur impedimenta. Vdalricus enim Ciliæ Comes, quem Boëmis cum Imperio præfectum eſſe diximus, cupidine dominandi inductus, ſuamq; fugam ex aula, ac reginę ſororis captiuitatem nondum oblitus, de vindicando ſibi regno, cum nonnullis proceribus agere cœpit, ſubditorumq; animos quibus poteſt artibus, ſibi demereri, magno regibus exemplo, ne præfecturas cuiuis temerè committant, minimè verò ijs, quibus cum poſt veteres offenſas vtcunq; in gratiam reditum eſt. Cęſar de omnibus eius molitionibus per fidos homines certior factus, prudentiori, quàm quo præfecturam dederat, cõſilio datam abrogare aggreſſus, materiam illi omnem, qua hominum animos labefactabat, ſtipendia ſubduci iuſſit, quibus tãquam alis præciſis, ne altius nido euolaret, ſed intra fortunã ſuam ſe contineret, prouiſum eſt. Igitur magiſtratu ſponte abdicato, Vdalricus, relicta Boëmia, domum ad ſuos abijt. Eius præfecturã Meinardus à noua domo, ac Vdalricus Roſenſis accepêre.

*Rodericus Burgẽſis Epiſcopus.*

*Vdalricus Ciliæ comes.*

*Amico reconciliato haud facilè fidendum.*

*Vdalricus Roſenſis.*

Inter hęc bellum etiam Hungarię, ab Amurate Turcarum tyranno, imminere nunciabatur. Is, morte Sigiſmundi audita, in ſuperiorem Myſiam (quæ nunc Raſcia appellatur) vires & arma ſua conuer-

*Amurathes Turcarum tyrannus.*

Ayuntamiento de Madrid

conuerterat. Georgius eius prouinciæ regulus (Deſpoten Græco vocabulo dicunt) viribus impar, in Hungariam, ad imploranda vicini regis auxilia, venerat. Interim Amurates Synderouiam arcem cum oppido, in quo Georgius filios cum pręſidio reliquerat, obſidione cingit, & pro inſita genti ferocia, acerrimè oppugnat. Crebri itaque nuncij ad Cæſarem aduolant, metum ab hoſte immaniſſimo, præſensq; adeò periculum, regni ceruicibus impendere nunciant, ſociam ac vicinam ciuitatem in extremo verſari diſcrimine, ſolius Saui amnis obiectu, Turcam à Pannoniæ finibus, ſubmoueri, quare copias eò mittendas, quam ad rem, pręſentia regis opus eſſe.

*Synderouia à Turcis obſeſſa.*

Cæſar hoc rumore perculſus, quāta poteſt celeritate, in Hungariam pergit, ac rei neceſſitate, moram non admittente, nec expectatis maioribus copiis, caſtra, inter Tibiſcum & Danubiū amnes, munit, eò vndiq; auxilia properari mandat. Turcæ, quò propius Hungarorum auxilia adeſſe, audiunt, eò acrius oppugnationem vrgere, omnia moliri, pericula contemnere, dies noctesq; pugnam continuare, feſſis requietos ſubmittere, nihilq; ad extremam diligentiam reliquum facere, quoad oppidum vi expugnarent. Victores, pro ſuo more, cœdem in omnes cuiuſuis ætatis & ſexus, exercent. Georgij filios duos, Stephanum & Gregorium, captos, candenti æris lamina oculis obtenta, excæcant. Hoc genus carnificinæ, mitiorem caſtigandi modum interpretabantur, quo oculi feruore exſiccati, videndi vſum amitterent, formam retinerent. Eorum ſoror, Tyranno in concubinatum aut mœchimoniū data, ſeu potius in fœdiſſimam ſeruitutem, mancipata eſt. Tertius frater Lazarus, cum patre in Hungariam profugerat. Magnus ex hac Turcæ victoria terror vicinorum animos inuaſerat, ſed Turca, firmatis præſidio locis oportunis, retroceſſit.

*Synderouia expugnata.*

*Excæcationis exemplum.*

Orta deinde in caſtris regiis ſeditione, Albertus exercitum dimiſit, non tam ea re motus, quam quod ex ventris profluuio multos miſerè abſumi videret, ac ipſe eadem quoq; lue laborare incepiſſet. Cauſam tam pernicioſi mali, nimium fuiſſe æſtum perhibent, quem ipſe ſibi immoderato peponum eſu, immedicabilem reddiderat. Budam primum delatus, cum morbum ingraueſcere ſentiret, Viennam verſus iter arripuit, vel quod aëris mutationem morbo remediū allaturā ſperabat, vel ſi omninò moriendū eſſet, in pa-

*Albert. ex Peponū eſu ægrotat.*

Ayuntamiento de Madrid

in paterno ſolo potiùs, quàm inter exteros mori volebat. Diſſuadebant iter medici, melius eſſe, & valetudini commodius, eodem in loco commorari, demonſtrantes, cum omnis agitatio inteſtina exulceret. Ille verò omnibus medicorum placitis, patriæ deſiderium præferens, ita eam anhelabat, vt palàm diceret, ſe non dubitare, ſi in Auſtriam eò peruenire, vnde Vienna videri poſſit, liceret, quin ſanitatem eſſet recuperaturus. Itaque iter ingreſſus, Strigonium venit, vbi ad tempus ab agitatione conquieuit, mox refectis pauliſper (vt videbatur) viribus, cùm in pagum quendam Neſmel dictum, veniſſet, vi morbi victus, vltimam voluntatem literis mandari iuſſit, & Chriſtianis ſacris munitus, obijt ſexto Cal. Nouembris, anno redempti orbis, milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono. Sunt, qui ſub ipſam mortem hac orationis formula vſum eſſe, prodidêre: Omnipotens æterne deus, ignoſce ijs, qui morti meæ cauſam præbuêre, quibus & ego, ex animi ſententia, propter te ignoſco, atque, vt mei miſerearis, oro.

*Alberti Cæſ. mors.*

*1 4 3 9.*

Obijt Albertus, cum non minore ſuorum ac Chriſtianæ reip. iactura, quam dolore, Princeps longè optimus, pietatis ac ęquitatis obſeruantiſſimus, ſummaq; liberalitate, vnde Honorifici cognomen obtinuit, præditus, de quo magna ſibi optimi quique ſperanda, propoſuerant. Fuit Albertus ſtatura paulò ſupra mediocrem, colore ſubfuſco, aſpectu venerando, fortitudine mira, intentus in religionem, & ſingularis pietatis cultor, veſtibus vtebatur non nimis ſplendidis, ſed quas baltheus precioſus decorabat, gladium ſemper ad manũ habuit. Filias ſuperſtites reliquit duas, Annam, quæ Guilielmo Saxoni, & Eliſabetham, quæ Caſimiro Polono, poſtea nupſêre. Suſtulerat melioris quoq; ſexus prolem, quem Guilielmum quidam: alij Georgium nomen habuiſſe, & infantem obiiſſe, prodidêre. Vxorem verò reliquit grauidam. Ea viri corpus Albam regalẽ deduxit, vbi in maxima hominum frequentia, lugentibus certatim, ſeq; ipſos magis, quàm ipſum miſerantibus, iuſta ei perſoluta, corpusq; regio ſepulchro illatum eſt.

*Albertus cur Honorificus dictus.*

*Alberti liberi.*

*Fridericus Senior obijt.*

Eodem illo anno, ad ſeptimum Calend. Iulij, obierat Fridericus Senior Auſtriacus, Tirolenſium Princeps, de quo ſuperiore libro multa diximus. Huic duas fuiſſe vxores inuenio. Prior Eliſabetha, Ruperti Bauari Rom. Imperatoris filia, poſt editam prolẽ ſibi cognominem, & ſtatim à recepto baptiſmo mortuam, & ipſa obiit,

Ayuntamiento de Madrid

obiit, anno eius ſeculi nono. Altera fuit Anna, Friderici Ducis Brunſuicenſis filia, pietate in pauperes ſanè eximia, ex qua ſuſtulit Vvolfgangum, Sigiſmundum, Margaretham & Heduigem. Reliquis in prima infantia mortuis, ſolus patri ſuperuixit Sigiſmund⁹: obiit anno triceſimo ſecundo. Friderici corpus in Monaſterio Stambs, apud vtranq; vxorem & liberos, conditum eſt. Multa de hoc Friderico hodieq; apud vulgum celebrantur, incertum an vera omnia. Id quidem conſtat, aliquoties ipſum, relicta aula, mutato habitu, ignotum inter ruſticos verſari ſolitum, eorum liberas, de præfectis ſuis & reliqua nobilitate, querelas, audiuiſſe, cuius rei cauſam eſſe dicebat, quod aliter verum de ſuis ſcire non poſſet.

*Friderici vxores.*

*Mauſolæũ Principum Tirolenſium.*

Poſt eius obitum Fridericus Iunior, Erneſti filius, ex Stiria, ad Tirolenſes profectus, Sigiſmundi agnati tutelam ſuſcepit, cum priùs prouincialibus diplomate cauiſſet, quarto pòſt anno ſe ipſis principem tutela exemptum, eſſe reſtituturum, mox verò ad tertium Non. Auguſti Halæ ad Oenum indicto conuentu, Tirolenſibus ac Atheſinis, vetera priuilegia & immunitates, rata habuit. Inde cum primùm de Alberti Cæſaris obitu, nuncium accepiſſet, in Auſtriam, principis ſui deceſſu perculſam, ſe contulit, Prouinciales ad S. Berchtoldi vicum, conuentui diem dixerant, eò & Fridericus cum fratre Alberto Sexto venit. Ibi inter ipſos actum eſt, vt Auſtriæ gubernatio Friderico committeretur, qui, ſi Alberti Cæſaris vidua, melioris ſexus prolem edidiſſet, pro tutore: ſin alterius: pro hęrede ſe geſturus eſſet, adſcito in commercium fratre. Signantur hac de re literæ, fratrumq; principum, & procerum aliquot ſigillis muniuntur. Fridericus itaque cum fratre, ipſis D. Nicolai feriis, Viennam vrbem ingreſſus, cum ſummis honoribus à ciuibus excipitur.

*Frid. Iunior Sigiſmundi tutor.*

*Frider. Auſtria committitur.*

Sequentis anni initio, ſeptemuiri Imperij Electores, iactura optimi principis mœſti ac ſolliciti, Francofurtum de more, ad electionem noui Cæſaris, conuenêre, & ad tertium Calendas Aprilis Fridericum Auſtriacum, vno conſenſu Rom. Regem, creauêre. Miſſi ad eum legati Neapolim Auſtriæ, vbi tum agebat, Electorum voluntatem, & electionis ordinem, exponũt. Ille, nec opinato hoc nuncio perculſus, ſumpto deliberandi ſpatio, quid potiſſimum facere deberet, & cogitare apud ſeſe, & cum iis, quos habebat fidiſſimos, conſultare cœpit. Incumbebat ei magna curarum 1440.

*Frideric. Cæſar eligitur.*

Q moles,

Ayuntamiento de Madrid

moles, quod Alberto Cæſare, ac Friderico Tirolenſi mortuis, ſolus omnium, prouinciarum Auſtriæ gubernationem, in ſe receipiſſet, frater verò à prima vſque adoleſcentia ita vitam inſtituiſſet, vt parum præſidij in ipſo collocari debere, appareret, in Boëmia quoque & Hungaria regnis, Auſtriæ vicinis, turbari multa videret. Rurſus animo ſecum reputans, magnam ſibi ſuæq; genti dignitatem, magnum ab Imperio emolumentum, opesq; & auxilia, quibus præſens rerum ſtatus indigeret, acceſſura, exacto, quod ad conſultandum ſumpſerat, ſpatio, die D. Georgij memoriæ ſacro, legatis reſpondit: Electorum, atq; adeò totius Imperij iudicium, ſe nec eleuare nec contemnere, ideoq; electionem ratam habere, ac grato animo accipere. Sperare ſe, ipſos ad Dei Opt. Max. laudem & reipub. Chriſtianæ vtilitatem, omnia ſua conſilia collaturos, ac ſibi, nec ętate nec rerum vſu ad tantum onus ſuſcipiendum, ſatis inſtructo, opem laturos. Cętera ſe cum ipſis pręſentem acturum. Hoc reſponſo accepto, legati Francofurtum ad Electores læti rediêre.

*Albertus ſextus cognomine prodigus.*

*Frideric⁹ huius nominis quartus Imperator.*

Inter hæc Eliſabetha regina, poſt curatum viri funus, Pontifices ac regni proceres, ad ſe vocat, eosq; oratione ad præſentem rerum ſtatum accommodata, alloquuta, per Ludouici aui materni, per patris Sigiſmundi, perq; Alberti mariti memoriam, & præclara in ipſos merita, obteſtatur, ne ſe viduam, ne conceptam ex rege ſuo, eodemq; Roman. Imperatore prolem, negligant, ſed vtriuſque ratione habita, de creando interrege idoneo, conſilium ineant, in quo liberam ſe ipſis poteſtatem permittere, quod ſe & fœminam & iuuenculam, tantæ rerum moli ſufficere agnoſceret. Hæc vbi multis cum lachrymis expoſuiſſet, proceres benè ſperare iuſſam, relinquentes, poteſtatem ſibi conceſſam, contra reginæ mentem interpretati, ſtatim comitia creando regi indixêre. Quæ vbi haberi cœpta, placuit Vladiſlaum Poloniæ regē accerſere, eiq; reginā viduam cum regno dotali, tradere. Interceſſit regina, poteſtatem ſe non creandi regis, ſed interregis dediſſe, vt electionem ſaltem differrent, quoad peperiſſet, precata eſt. Perſuaſa tandem ab illis, quorum potentiæ refragari nec auderet, nec poſſet, vt legati mitterentur, aſſenſa eſt. Id tamen exorari nitebatur, ac tandē obtinuit, vt legatis expreſsè mandaretur, ſi enixa maſculum ipſa fuiſſet, re nondum cum Polono tranſacta, vt reuocati, omiſſa legatione, in Hungariam reuerterentur.

*Vladiſlaus Polonus in Hungariam vocatur.*

Sunt,

Ayuntamiento de Madrid

Sunt, qui decretum in conſilio fuiſſe, affirmant, quicquid regina diceret, omninò vocandum eſſe Vladiſlaum, puerum autem, ſi maſculum etiam peperiſſet, cum longum ſit eius ætatem expectare, Boëmia ac Auſtria contentum eſſe debere. Ex hoc eorum facto, magna diſcordiarum ſemina vtrinque iacta, multaq; inter Hungaros ac Polonos bella exorta ſunt, quæ vtriſq; incommodo, regi etiam exitio fuêre. Miſſi igitur in Poloniam legati, cum in itinere adhuc eſſent, regina exactis menſibus, ſcitum admodum infantem, peperit, cui Ladiſlao nomen datum. Mater regina, quiq; aderant proceres, nuncium celerem poſt legatos mittunt, qui eos aſſecutus, regem Hungaris natum, neq; Polono amplius conuentu opus eſſe, nunciat: quare pedem referant, ſciantq;, legationem ſibi, omnemq; cum Vladiſlao agendi poteſtatem, eſſe ſublatam. Legati, hoc nuncio commoti, quid potiſſimum agendum ſibi eſſet, vehementer dubitabant. Cùm verò, quid petituri aduenirent, iam rumor antè latus, in aula vulgaſſet, nec abſq; periculo regredi liceret, rectà ad regem profecti, rem ſibi ab initio mandatam, exponunt. Lęto omnium plauſu legatio excipitur, nec mora, exercitus, qui Vladiſlaum in Hungariam comitaretur, decernitur. *Ladiſlaus Alb. Cæſa. Poſthum⁹ naſcitur.*

Eliſabetha, paternum infanti regnum ſua culpa auferri dolẽs, animo angebatur, & conſilio ſuorum conuocato, pactum cum Vladiſlao matrimonium, reſcindit, cuius poteſtatẽ nullam, poſt acceptum de puerperio nunciũ, legati habuiſſent. Erant eo tempore, qui dicerent, non defuiſſe Polonos, qui regi authores eſſent, vt Hungariam nato legitimo hæredi relinqueret; contrà autem èx Hungaris fuiſſe, qui ipſum animarent, neq; ab eo conſilio immunem fuiſſe Coruinum, quod Vladiſlaum magna animi fortitudine ac potentia pollentem, Turcarum viribus opponere iam tum agitaret. Qui verò ex ꝓceribus Ladiſlao, Alberti Poſthumo, addictiores erant, de corona illi imponenda, antequam Polono regni poſſeſſio firmaretur, ſolliciti conſilium iniêre. Erantq; non in aula ſolum, ſed in alijs regni partibus Epiſcopi & proceres non pauci, apud quos Sigiſmundi & Alberti memoria effecit, vt nefas eſſe ducerent, eorum hæredem auito regno defraudari. Nonnullos mouebant beneficia ab illis accepta, reliquos ætas pueri, matris ſexus, ac vtriuſq; orbitas & commiſeratio. Itaq; qui ex legatis redire auſi fuerant, in carcerem conijciuntur. Cùm verò Polonum *Eliſabetha pactum cum Vladiſlao matrimonium reſcindit.* *De coronando Ladiſlao infante conſilium inſtituitur.*



Ayuntamiento de Madrid

iam in itinere, neq; procul abeſſe nunciaretur, Dionyſius Zechius Strigonienſis Metropolita Cardinalis, Mathias Veſprinienſis, & Benedictus Iaurinenſis Epiſcopi, necnon alij multi primates, cum tota ſua factione, Albam aduolant. Reginæ aderant multi proceres, atq; inter illos Vdalricus quoq; Ciliæ Comes, & frequens nobilium ordo. Ibi Strigonienſis, Ladiſlaum in matris gremio vagientem, nec dum quadrimeſtrem, adhibitis ritè cęremoniis, in Regem Hungariæ initiauit, ſacramq; ei coronam impoſuit. Iuramentum à rege præſtari ſolitum, Vdalricus pueri nomine dixit, moxq; alij, protenſis ad coronati pùeri caput manibus, fidos ſe illi ac obſequentes fore, iurauêre. Inter fauſtas omnium acclamationes, Regina ab vberrimo lachrymarum imbre, temperare nõ potuit, quam vagienti regi complorantem, nemo ſiccis oculis aſpicere ſuſtinuit, quæ res poſtea ex euẽtu in omen tracta eſt.

*Ladiſla⁹ infans coronatur.*

*Coronatio ominoſa.*

Peracta coronatione, Regina Friderico Cæſari de rerum ſtatu ſcribit, vrgeri à nonnullis proceribus nuptias Polonicas, quas cordi ſibi nũnquam fuiſſe. Ob eam rem, qui miſſi in Poloniam legati, ſuo iniuſſu eas pepigiſſent, in vinculis teneri, coronam regni Ladiſlao puero iam impoſitam, interim verò Polonum à ſuis introductum, puero vim parari. Orare atque obteſtari, vti qui viduarum & pupillorum defenſionem, rex Romani Imperij ſuſcipere ex officio deberet, pueri regis agnati curam & tutelam ne deſerat. Inde cum proceribus regina Viſſegradum munitiſſimã arcem contendit, in qua ſacram regni coronam, recondi mos erat. Ibi Regina, futuri temporis diſcrimina, animo quaſi prędiuinans, aſtu quodam, omnes quotquot aderant, fefellit, ac ne quis præter filium alius regno inaugurari poſſet, coronam ſuo loco reponendam ſubtraxit. Id quo modo procuratum eſſe, in manuſcripto codice inueni, libuit paucis referre. Solebant Hungari coronam ſuam pannis quibuſdam ſericis inuolutam, in capſulam reponere, eamq; procerum aliquot ſigillis conſignatam, multis ſeris includere. Regina igitur quæ hoc nouerat, cuidam ex pediſſequis, faſciculum quendam, eodem modo ex pannis conuolutum, iam antea dederat, cui neſcio quid rei, quod & pondere & tactu coronam referebat, indiderat. Huic puellæ, [ex Fraunauerorum gente fuiſſe perhibent] inſpectantibus Hungaris, corona cum pannis datur, quæ magna cum dexteritate, pro vera adulterinam protulit, ea

*Eliſabetha coronam Hungariæ aſtu ſubducit.*

*Eliſabetha oẽs qui aderãt optimates fefellit.*

Ayuntamiento de Madrid

lit,ea capſulæ incluſa obſignatur. Adueniente demum Vladiſlao, Eliſabetha ſuis rebus metuens,cùm rege puero, & corona in Auſtriam ad Fridericum euaſit.

Dum hæc in Hungaria geruntur,Boëmi, Alberti morte, pro ſuæ quiſque factionis ſtudio, variè affecti,Pragam omnes conuenerant,vbi de regni ſtatu conſultantibus, nuncij crebri adferuntur, natum eſſe Ladiſlaum, & ab Hungaris pleriſque coronatum. Boëmi igitur, ne officio ſuo deeſſe viderentur, legatos ad Reginam miſêre,qui comitia ipſos habere indicant,ad quæ idoneos & ipſa homines ex ſuis legare poſſet, qui cauſam pueri agerent. Eliſabetha puerum legatis oſtentans, per omnia ſacra obteſtatur, ne Alberti filium,Sigiſmundi nepotem,paterni ac auiti regni poſſeſſione deturbent,hunc ſibi regem natum, Deiq; munere conceſſum. Itaque diem comitijs non tam arctum præfigant, miſſuram legatos, quos & æqua poſtulaturos, & digna poſtulatis reſponſa relaturos eſſe, conſideret. Erat inter legatos Procopius Rabenſtainius,equeſtri dignitate multaq; literarum cognitione & humanitate prȩſtans.Is egregiam Ladiſlao operam,id quod Reginæ matri promiſerat, nauans, æquiores illi quorundam animos reddebat. Ptaſco verò, & qui cum eo ſentiebant,ob Alberti memoriã,filio eius hæredi & futuro aliquando vindici,iniquiores erant. Ad horum ſententiam, proximè accedebant & alij nonnulli, qui ob turbulentum ex ſuperioribus bellis regni ſtatum, nõ expectãdam pueri ætatem, nihilq; in eo præſidij eſſe contendebant, regno,in quo rex puer ſit,ſacras etiam literas malè ominari, viro nõ puero opus eſſe. 1441.

*Procopij Rabenſtainij laus.*

Poſt longam diſceptationem, placuit legationem ad Albertum Bauariæ principem mittere, eiq; regnum, certis quibuſdam conditionibus,committere.Fridericus verò à Procopio monitus, Alberto ſcripſerat, Boëmis nullum ſe eligendi regis poteſtatem facturum,neque fas eſſe,Ladiſlao pupillo,ſuum paternum & auitum regnum eripere.Albertus, hac Cæſaris denunciatione accepta, legatis reſpondet: Gratias Boëmis agere,quod ſe vnum ex omnibus elegiſſent,cui parere vellent,dignumq; tanto regno iudicâſſent. Multa ſe idcircò ipſis debere, neque id vnquam beneficij obliuioni daturum. Adeſſe autem Alberti Cæſaris ſobolem, legitimum Regni hæredem, quem ſuo iure diſpoliare, cuiq; iniuriam

*Boëmi Alberto Bauaro regnum offerunt.*

*Alberti Bauari integritas & modeſtia.*

 facere,

Ayuntamiento de Madrid

facere, neque diuino, neq; humano iure liceret. Ita Albertus, raro inter principes exemplo, oblatum vltrò regnum, recuſauit, & maiorem ſe, ſpreto regno, monſtrauit, et, ſi verum fateri licet, clariſſimum egit regem. Nam regnum apud eos eſt qui ſpernunt: nō qui cupiunt. Sunt, qui propoſitas conditiones diſplicuiſſe, aſſerunt. Hac ſpe deiecti Boëmi: alios iterū legatos ad Fridericum mittunt, vtq; regnum tutorio nomine gubernandū ſuſcipiat, petunt. Ptaſco verò legatorum vnus, ſeorſum ab alijs, Cęſari autor erat, vt neglecto pupillo, regnum ipſe ſibi vendicaret, cui; vt Auſtriacorum maximo natu, id ex fœdere liceret. Cæſar, exploſa eius ſententia, palàm legatis reſpondet: Cum videat tantùm ſibi à rebus ſuis ocij non cōcedi, vt regni Boëmici ſtatū componere poſſet, cōmodum videri, vt ipſi ex ſuis magiſtratum creent, qui rem ex ęquo & bono ita adminiſtret, vt meminerit, rerum benè, an ſecus geſtarum, reddendam eſſe rationē. Sibi interim curæ futurum, vti rex puer benè educetur, qua in re, nullum ſe priuatum ſpectare emolumentum. Huic Cæſaris conſilio acquieſcentes Boëmi, Ptaſconem & Meinardum ſuæ vtrunq; factionis principem, rebus præficiunt. Non diu inter eos cōcordia ſeruari potuit, qui diuerſa in relligione ſentiebant. Ea enim diſſenſio, hominum animos tantò magis diſtrahit, quantò maior cuiq; de animæ ſalute cura incumbit. Ptaſcone poſt è viuis ſublato, qui Taboriticæ factionis erant, ne Meinardi opes nimis ſtabilirentur, Gorgium Podiebradium illi collegam, aut ęmulum potiùs adiunxêre. Neq; maior in Hungaria tranquillitas erat, quò cùm Eliſabetha redijſſet, fluxam ſuorū fidem, multaq; ſibi contraria, inuenit. Poſtquàm enim, decreta Vladiſlai coronatione, nō inueniretur corona, & reginæ dolus appareret, erupit bellum ciuile, quo Vladiſlaus à Coruino adiutus, Reginæ factionem opprimere nitebatur, Vdalricus contrà Cilienſis pro illa pugnans, non minora ijs damna inferebat, qui cum Vladiſlao ſentiebant. Ne verò coronationi longior mora obijceretur, Vladiſlao corona D. Stephani Hungarorum olim regis impoſita eſt, quam ex calua mortui ablatam, quidam in funeſtum augurium trahebant. Sed nos, omiſſis Hungariæ ac Boëmię rebus, ad Fridericum reuertemur.

*Non q appetūt, ſed qui ſpernūt regna, apti ſunt.*

*Fridericus oblatum Boëmiæ regnum recuſat.*

*Henr. Ptaſco & Meinardus Boëmiæ gubernatores.*

*Bellum ciuile Hungar.*

*Vladiſlaus coronatur rex Hungariæ.*

Huic imperij initia difficilia fuêre, nam præter alia angebat ipſius animum Eccleſiaſticorū diſſidium, quorum nōnulli cum Eugenio,

Ayuntamiento de Madrid

genio, contra Synodum Baſileenſem ſtabant, reliqui Amedęum, Allobrogum regulum, Pontificē Max. agnoſcebant. Ex hoc ſchiſmate, cum magna in rempub. incommoda redundarent, nihil nō attentabat Fridericus, vt diſſentientes inter ſe partes, in concordiam redigeret. Itaq; antequam ad coronam Imperij accipiendā, Aquiſgranum iret, Moguntię conuentum indicit, quò plęriq; aut ipſi venturi, aut ſuo nomine legatos miſſuri, ſperabātur. Sed quod Electores, præcipuè verò Iacobus Treuirenſis ad Cæſarem profectus, ex certis quibuſdam argumentis vereri ſe, dicerent, ne ea tractatione, animi quorundam magis exaſperarentur, dilatum fuit negocium, iterumq; nouus conuentui dies in annum ſequentem indictus Francofurti. *Schiſma.*

Intereà Friderico domeſticum bellum exortum eſt, vnde minimè debuit. Albertus enim Sextus eius frater [Prodigum nonnulli vocant] iniquam paternæ hæreditatis diuiſionem cauſatus, Vdalricum Cilienſem, & alios quoſdam ſibi adiunxerat, quorum viribus adiutus, Labacum primarium Carniolæ oppidum, ad fluuium eiuſdem nominis ſitum, obſidione cinxerat, ac omne genus telis, oppugnabat. Ab oppidanis verò, & ſubmiſſo ex Auſtria milite, profligatus, caſtra cum reliquo apparatu bellico, prædę relinquere coactus, abierat. Cumq; exercitui ſoluendo non eſſet ipſe, milites ab eo dilapſi, vti pecuniam à Friderico extorquerent, Auſtriæ fines rapinis infeſtabant. Ex his initiis, maiora pòſt incommoda extitēre, de quibus in tempore dicturi ſumus. Anno quadrageſimo ſecundo, cum præſtitutus conuentui dies adueniſſet, pauci admodum prę́ſto fuêre, neque de tollendo ſchiſmate, quicquam agi potuit. Iterum ergo conuentus Norimbergam indicitur, ad quem Cæſar, rebus in Auſtria vtcunque compoſitis, profectus eſt. *Albertus Prodigus bellū in Auſtria excitat.* *Albertus Labacum obſidet.* *1442.* *Nouus cōuentus Norimbergæ.*

Erant eodem illo tempore, inter Tigurinos & Suitenſes, eorumq; confœderatos, ingens ſimultas, ex qua, cùm multis ſeſe dānis & incōmodis affici viderent Tigurini, vt ſuas quoq; opes ſtabilirent (nam & vicinæ plęræq; ciuitates contra ipſos erant) de fœdere cum Auſtriacis ineundo, conſilium cepêre. Et quanquam ob priorum temporum offenſas, ipſos ſibi non ſatis propitios fore putarent, magnam tamen fiduciam in eorum clementia collocabant, quos ſciebant, multis ante hac poſt gr[a]ues acceptas iniurias, *Tigurini et Suitenſes diſſident.*



Ayuntamiento de Madrid

lenes ſe ac exorabiles præbuiſſe. Igitur per Guilielmum Hachbergicum Marchionem, Auſtriacorum præfectum, & alios idoneos homines procurant, vt de propoſito ſuo, Principes fiant certiores. Cumq; iam Fridericum ex Auſtria in Sueuiam iter facere, audiuiſſent, conſulem ſuum Henricum Schuendenum, equeſtris ordinis virum, cum Archigrammateo, ac alijs quibuſdam, obuios miſere. Hi cum Saliſburgi illum conueniſſent, cum munere honorario, quod adferebant, Oenipontum reiecti ſunt, quò cùm veniſſet Cæſar, accepto munere, legationem audiuit. Eius capita in hunc modum recenſet Mülnerus: Fateri Tigurinos ſe, multa Auſtriacis incommoda attuliſſe, quo tempore inimici fuiſſent, nunc verò culpam deprecari, amicitiam & fœdus cupere, in quod ſi recipiantur, fidos impoſterum ac obſequentes ijſdem fore. Præterea Kyburgi Comitatum, quem oppignoratum ſibi habebant, Auſtriacis certis quibuſdam conditionibus tradere, paratos eſſe. Auditis eorum poſtulatis Cæſar, vti ſe Aquiſgranum ſequerentur, iuſſit. Cæſar inde Norimbergam petiit, vbi, cùm nihil de concordia Eccleſiaſticorum procederet, Francofurtum porrò, atque inde cum Principibus Aquiſgranum, ad coronationem profectus eſt, quam, alijs negociis diſtentus, hactenus diſtulerat.

*Auſtriacorum lenitas & clementia.*

*Guili. Marchio Hochbergicus.*

*Legatio Tigurinorum ad Frid. Cæſarem.*

Non abs re facturus eſſe videor, ſi quam breuiſſimè hic inſeruero, quo ordine Fridericus eo tempore Aquiſgranum vrbem ingreſſus ſit, vti eam rem in ſcheda quadam annotatam repperi. Primus inter Principes ingreſſus eſt, Fridericus Saxoniæ Dux, qui Margaretham, Cæſaris ſororem, in matrimonio habebat, cum millequingentis equitibus, inter quos plurimi comites ac nobiles, aureis ornamentis; famuli ipſorum argenteis culti, viſebantur. Hos ſequebatur Ludouicus Bauarus Palatinus Rheni, mille equites ornatiſſimos adducẽs. Tertio loco Leodienſium antiſtes, mille quadringentis equitibus comitatus, ingrediebatur. Hunc ſecutus eſt Montenſis regulus, cum octingentis equitibus. Poſt hos, Eccleſiaſtici cum ſacris reliquiis, qui Cæſari ante vrbem obuij venerant, longo ordine procedebant. Sequebatur hos aulicus Cæſaris comitatus, in cuius medio ipſe, aureo ſupra loricam baltheo cinct⁹, equitabat. Proximè ipſum anteibat Saxoniæ Elector, nudum manu gladium geſtans. Latera ſtipabant Colonienſis & Moguntinus præſule.. Ponè ſequebatur Treuirenſis, principesq; alij,

*Frideric. Cæſar Aquiſgranum ingreſſus.*

alij, reguli, & ex equeſtri ordine quam plurimi. Vltimum agmen claudebant Eccleſiaſticorum Electorum aulici, pulcherrimo ordine. Aderat inter alios quoq; Ludouicus Sanctæ Cæciliæ Cardinalis, à Baſileenſis Synodi patribus eò miſſus, vti electionem ratam haberet, ac coronationis ſolennitatem præſens, condecoraret. Hunc, exorto diſſidio, Leodienſis extra vrbem concedere iuſſit, mox verò à Colonienſi reductus eſt. Poſtero die Brandemburgicus Elector, cum ſuis aduenit. Ante coronationem Cæſar inſtituta ad principes oratione, hæc inter cætera dixiſſe legitur: Cùm vno omnium Electorum conſenſu, nulla ſua ambitione, Imperium ad ſe delatum ſit, non debuiſſe ſe ipſorum iudicium contemnere, quominus, etſi priuatis negociis domi occupatus, abundè quod ageret haberet, reipublicæ ſui copiam faceret. Sperare viciſſim, ipſorum ſibi opem & conſilia, in rebus neceſſariis, non defutura. Præterea ſcire ipſos, multa Sigiſmundi temporibus Auſtriæ domui ablata eſſe, quæ, vt recuperentur ſibi curæ futurum: quod ſi ad hæc, & ad alia Imperij munia ipſum iuuerint, tum ſe rempub. pro dignitate & publico commodo benè geſturum, quam rem Deum adiuturum confideret. Poſtea die dominico, qui erat decimus ſeptimus menſis Iunij, in ſummo templo peracta eſt coronatio, ſacra ſolemneſq; ritus procurante Colonienſi præſule.

*Quo Comitatu & ordine ingreſſus ſit.*

*Friderici oratio ad principes.*

*Fridericus coronatur.*

Pòſt coronationem, ictum eſt fœdus inter Auſtriacos & Tigurinos, quod literis conſignatum, legati, quibus comes eſt datus Iacobus Dapifer Vvaldpurgicus, Imperialis Sueuiæ præfectꝰ (Aduocatum vocant) ad ſuos attulêre, cum magno omnium gaudio. Heluetij verò, qui hactenus, quid Tigurinis apud Cæſarem negocij eſſet, cogitare non potuerant, re iam vulgata, ægerrimè hoc ferebant, magiſq; contra eos animis exaſperabantur. Fridericus inde Francofurtum profectus eſt, vbi legati aliquot ciuitatum, vt iura ipſis & priuilegia de more confirmaret, petiêre. Id pleriſque omnibus conceſſum, præterquàm Heluetiicis. Norimbergam deindè cum veniſſet, circa Idus Iulij, de componendo Eccleſiaſticorum diſſidio, conſultari cœptum eſt. Conuenerunt eò & Electores, ſed tardiùs, præter Palatinum, qui domi occupatus, ex ſuis miſerat cum plena agendi poteſtate. In hoc conuentu variæ erant Principum ſententiæ. Erant, qui Baſileenſe Concilium continuandum,

*Fœdus Tigurinorum cum Auſtriacis.*

*Iacobus Dapifer à Vvaldpurg.*

*Conuentus Norimbergæ inſtitutus.*

Ayuntamiento de Madrid

nuandum, eòq; plures viros doctrina ac pietate claros, eſſe conuocandos, quorum diſceptatione omnis controuerſia, decideretur. Alij neq; huius, neque Ferrarienſis concilij ab Eugenio collecti, decretis ſtandum, ſed tertio quodam loco nouum denuò inſtituendum, ac de integro omnia eſſe inſtauranda, iudicabant: horum in conſilio vicit ſententia.

*Legati principum ad Synodũ Baſileenſem.*

Mittuntur itaq; Baſileam legati, inter quos erat Thomas Haſelbachius Theologus, quem in his ſequor. Hi Cæſaris ac Electorum nomine, patres exhortantur, vt intra anni tempus, aliud generale concilium, alibi in loco ab illis denominando, celebrandũ decernant; id ſibi in tanta animorũ perplexitate, cõmodiſſimum videri, ne perditis ac inquietis rerum turbatoribus, occaſio relinquatur, qua nunc huius, nunc illius authoritatem eleuantes, dum alteri ſe obſecuturos, prę ſe ferunt, vtrunq; in contemptum adducere pergant. Scire ipſos Oecumenici Concilij authoritatẽ, in qua fidei norma, atq; adeò Eccleſię ſalus, verſatur, firmã ac incõcuſſam retineri debere, aliter rem Chriſtianam in præceps ruiturã. Orare itaque, vt ad pacis ſtudia, quæ hoc modo conciliari optimè poſſet, omnem ſuam induſtriam conferant. Hæc, vbi legati expoſuiſſent, Patres reſpondêre: Probari ſibi Principum voluntatem, eximiamq; in Eccleſiam Dei, communem fidelium matrem, adfectionem. Baſileenſem Synodum, iam initio fuiſſe ac eſſe generalem, cuius authoritatem qui contemneret, non vtique illum in Chriſtianorum luſtro, cenſeri debere. Locum verò abſq; magno rerum incommodo mutari non poſſe, neq; videre ſe, quænam alia ciuitas Baſileæ præferri poſſet, ſiue aëris ſalubritatem, ſiue loci regionẽ ſpectes, Italis iuxta ac Germanis, aliarumq; prouinciarum incolis, acceſſu percommodam. Paratos ſe nihilominus, omnium actorum rationem dare, & ne calumniandi ſeſe occaſio ſit, quamcumq; Germaniæ ciuitatem adituros, ſi de certis ſibi conditionibus caueatur. Eas hic recenſere nihil attinet.

*Patrum reſponſum.*

*Baſilea concilio habendo opportuna.*

Cæſar nihil in huius negocij tractatione profici, videns, ad res Helueticas animum conuertit, easque præſens aliquando inſpicere decreuit. Præmiſerat iam eò Guilielmum Grunenbergicum, & Turingum Halouilium, ijsq; in mandatis dederat, vti ciuitates & alia per Ergouiam vicinasq; ei ditiones loca, quæ Friderico Seniori patruo ſuo adempta erant, reſtitui poſtularent,

*Guilil. Grunenbergius.*

*Turingus Halouilius.*

ac Hel-

Ayuntamiento de Madrid

ac Heluetijs dicerent: quærere Cæſarem, vtrum Imperio illa, an ſibi ipſis vendicaſſent? Si Imperio, iam ea ad ſe pertinere: ſin ſibi, non licuiſſe id ipſis, durante fœdere, quod dato vtrinq; ſacramẽto, cum Friderico pactum erat, à quo nulla iniuria læſos ſe fuiſſe, ipſi faterentur. Velle igitur Cęſarem ac iubere, omnia ſibi integra reſtitui, neque iniurias magna cum contumelia illatas, neglecturum, niſi ſoli Rom. Imperatorem legitimè electum, ac coronatum agnoſcere, recuſarent. Heluetij hac legatione perculſi, non, niſi de communi confœderatorum conſilio, ad hæc reſponderi poſſe, dicunt, conuentum priùs habendum, ex cuius ſentẽtia Cæſari abundè ſe reſponſuros. Nec mora, conuentus apud Lucernates eſt habitus, vnde miſſi ad Tigurinos legati, capita fœderis nuperfacti, in ſcriptis ſibi exhiberi poſtulant, ea illis ſemel atque iterum prælecta ſunt, exemplar quod ſecum ferrent non datum. In iis verò fœdus Heluetícum exceptum erat.

*Frid. Cæſar per Heluetios ablata repetit.*

Dum hæc apud Heluetios fiunt, Cæſar per Alſatiam & Briſgouiam, loca quædam viſens, Friburgi dies aliquot commoratus eſt. Ibi ſiniſtri ad eum rumores perferuntur, de fluxa Tigurinorum fide, qui ea de re admoniti, ſollicitè ſe purgant, vtq; neglectis maleuolorum calumniis, ad ſe veniat orant, ſe ſuaq; omnia in ipſius poteſtate fore. Itaque initio Septembris Fridericus eorum vrbem ingreſſus, magno cum honore excipitur, obuiis cum ſacrorum apparatu ſacerdotibus. Habuiſſe in comitatu dicitur, ad mille equites, currus ſex & triginta. Quarto poſt eius aduentum die, Tigurini Friderico, vti Rom. Imperatori fidem & obſequium iurant, deindè eidem, vt Auſtriæ principi, Alberto item fratri ac Sigiſmundo patrueli (nam & illi aderant) initum ſe fœdus ſanctum ac inuiolabile conſeruaturos, facto itidem iuramento, promittunt. Idem principum nomine Guilielmus Hochbergicus Marchio, ipſorum præfectus, & Grunenbergicus præſtitêre.

*Tigurini fluxæ f...ei accuſantur.*

*Frid. Cæſar Tigurum venit.*

Poſtridiè Cæſar, triginta nauium claſſe, per lacum nauigauit Raperſuillam, proſequentibus eum Tigurinis. Ciues pro præſente rerum copia, quam honorificentiſſimè eum excipiunt, & in verba iurare iuſſi, abſq; mora obediunt. De Tigurinis verò graues querelas proponunt, magnas ab ipſis iniurias ſe accepiſſe, nullam cum ipſis concordiã habere ſatis fidam poſſe, qui fœdus Heluetícum excepiſſent, à quo ſibi, qui Auſtriacis v terib⁹ dominis parerent,

*Cæſ. Tiguro Raperſuillam nauigat.*

*Raperſuilenſiũ de Tigurinis querelæ.*

Ayuntamiento de Madrid

rent, nihil fidi nihil pacati eſſet expectandum. Tigurini ſuperiorũ temporum iniquitatem, ac belli incommoda excuſant, fidos ſe vicinos impoſterum fore, opemq; rebus dubiis adlaturos pollicentur, idq; ab illis mutuum ſe expectare, dicunt.

*Cæſar Tigurum redit.*

His peractis, Cęſar Tigurum reuertitur, vbi rebus conſtitutis, ſub finem eiuſdem menſis, Vitodurum ꝓfectus, ciues in fide cõfirmat, iterũ iuramento ſe aſtringere iubet. Kyburgum deindè arcem viſit. Mox impedimẽtis aliquot, cum parte comitatus aulici, Conſtantiam pręmiſſis, quò & ipſum iturum fama erat, Badenam primùm, atq; inde Regijcampi cœnobio, proauorum fundatione, ac ſepulchris quibuſdã inſigni, obiter perluſtrato: Brugas diuertit. Arouia inde, Zoffinga, ac alijs Ergouię locis aditis, Solodoro Bernam petijt. Bernates, ſummos venienti honores exhibuêre.

*Cæſar Bernam viſit.*

Multi eo tempore mirabãtur, quod Cæſar cum paucis tàm ſecurè per Heluetiorum agros iter faceret, erantq; nonnulli, qui id nimis inconſideratè ab eo fieri putabant. Magnam verò ſecuritatẽ parit animus innocẽs, eaq; ſui fiducia magnis plerunq; viris, etiam apud ſuſpicaces, fauorem potiùs, quàm metum conciliat, vis enim niſi à quibus timetur adferri ſolet. Ita & Fridericus, etſi ob negatam hactenus priuilegiorum confirmationem, aliiſq; de cauſis multos, non ſatis æquos haberet, neminem tamen metuens, nec ipſe metuendus vlli, per Heluetios liberè iter faciebat. Berna Friburgum abiit, vbi cum ſummo hominum gaudio exceptus eſt. Friburgenſes enim, qui propenſis in Auſtriacos animis, ac integra ſemper fide fuerant, ipſum diem laudibus ferunt, quo principem ſuum, eundemq; Rom. Imperatorem, apud ſe videre contigiſſet. Hoſpitia itaque publicè omnibus, qui cum eo venerant, aſſignata, lautia præbita, ludi & ſpectacula exhibita, nihil ad honores, animorumq; lætitiam declarandam omiſſum, omniſq; ſumptus ex ærario publicò liberaliter eſt ſolutus.

*Innocentia ſui ſecurum reddit*

*Friburgenſium animi in Auſtriacos.*

Friburgi, iterum adfuerunt Heluericarum aliquot ciuitatum legati, qui commoda ſua, & immunitates, à Cæſare comprobari, ſupplices orabant. Iis reſponſum: nihil à Cæſare obtineri poſſe, niſi priùs omnia Auſtriacorum dominio ablata, reſtituantur, qua in re, ſi iniquè ſecum agi putent, integrum ipſis eſſe, iure corã principibus agere, qui ad proximum D. Martini feſtum, Conſtantiæ conuentum eſſent celebraturi. Cęſar poſt hęc in Allobroges profectus,

*Cæſar Heluetiis niſi ablata reſtituant, ſuas immunitates confirmare nõ vult.*

Ayuntamiento de Madrid

fectus, Loſanam atq; Geneuam venit, vbi ei Sabaudiæ princeps, Felicis Pont. filius, cum ſororibus adfuit. Inde Biſontium pergẽs, Burgundiæ ducem conuenit: mox alio itinere, quam venerat, per agrum Montiſpeligardicum ad Germanos reuerſus, ad tertium Id. Nouembr. Baſileam ingreſſus eſt, deducentibus ipſum Eccleſiaſticis, cum magna ſacrorum pompa, longoq; Epiſcoporum ac procerũ Eccleſiaſticorum ordine. Quanquam verò Cæſar in tanta animorum diſſenſione, vtra cum parte ſentiret ipſe, non apertè ꝓderet, Felici tamen, vti Pontfici Max. honorem præſenti habuit. Inſtituta fuerunt aliquot inter ipſos colloquia, ſed ijs effici non potuit, vti Cæſar Eugenio damnato, Fœlicem agnoſceret, Synodoq; Baſileenſi ſubſcriberet. Tantum ad cõcordiam ipſos exhortabatur. Sunt, qui Felicem narrant filiam Friderico ætate ac forma florentem, cum ducentis aureûm numûm millibus, pactum eſſe, ſi reiecto Eugenio, ipſum agnouiſſet, quam rem auerſatum Cæſarem apud ſuos dixiſſe, ſacra illum quę ab alijs vendi ſolerent, empturum ſibi videri, ſi qui venum daret inueniat. Qua in re cum nihil proficeret, Conſtantiam abiit, quò vt Heluetij quoq; vocati aduenirent, fiduciæ tabulas ad eos miſit. Venerunt eò Bernenſiũ, Lucernatum, Suitenſium, Glaronenſium, & Tugianorum legati. Cum Cæſare verò aderant Auguſtanus, Brixinenſis, Curienſis, & Chiemenſis Epiſcopi, Rudolphus Sileſiæ dux, Iacobus Badenſis, & Guilielmus Rötelenſis Marchiones. Comites prętereà multi ac proceres, principumq; aliquot & ciuitatum legati. Coram his ad Cæſarem intromiſſi Heluetiorum legati, ac dicere iuſſi, verba cõmuni omnium nomine faciente Rudolpho Erlachio, ſupplices orant, vti Cæſar, more à maioribus vſitato, priuilegia ſuarum ciuitatum rata eſſe iubeat, quod eius beneficium in ſe collatum gratis animis ſint proſecuturi.

*Cæſar Sabaudiã ac Burgundiam adit.*

*Cæſar Pontifici præſenti honorem exhibet.*

*Cæſar Conſtantiam redit.*

*Rudolphus Erlachius.*

Cæſar, re cum ſuis deliberata, per Brixinenſem reſpondet: nec velle ſe, nec cum dignitate poſſe, ipſorum petitionem admittere, quoad hæreditarias Auſtriacorum ditiones toties fruſtra repetitas, eadem qua ceperant iniuria, retinerent, ijs verò reſtitutis, ſi quid ab ipſo poſtularent, quod ex officio Rom. Cæſaris præſtare debeat, facilè id abs ſe impetrari paſſurum. Ne vero contra ac æquum eſſet facere videatur, permittere ipſum, vti ad æquam iuris diſceptationem Tiguri ad Calend. Febru. inſtituendam, deueniatur, vbi

*Cur Cæſar Heluetiorum priuilegia rata habere noluerit.*



Ayuntamiento de Madrid

tur, vbi ex Imperij principibus deligantur arbitri, aut ſi malint, coràm præfecto prætorij Rhenani, vbi omnes Imperatoris cauſæ controuerſæ, decidi ſolent. Quod ſi hoc nimis longum videatur, 1443. ne moram ipſe quęſiuiſſe putetur, ſtaturum ſe principum illorum arbitrio, qui tum præſentes aderant. Erlachius ad hæc reſpondet, nulla ſibi collegisq́; hac de re, mandata abeuntibus data, nihil igitur tranſigi poſſe, de ſola priuilegiorum confirmatione nunc agi, quam, vbi obtinuerint, tum ſe de reliquo negocio ad ſuos eſſe relaturos, ſperare commodum ab illis reſponſum datum iri. Ita re infecta, legati domum abeunt. Fridericus Arbonam poſtea nauigans, eques inde Sangallum ciuitatem pergit, vbi exacto à ciuibus fidei ſacramento, Veldkirchiam, atq; inde per mõtem (vulgò Arleberg) in Noricum penetrans: Auſtriam ingreſſus eſt, quò eũ negocia vocabant. Eam omnem prouinciam Cæſar offendit, minimè pacatam, graſſantibus paſsim rapinis & latrociniis, nec dum enim Alberti milites, quos ad Labacum in fugam actos fuiſſe diximus, quieti ſeſe dederant. Itaque vt fratrem huius domeſtici incendij, quaſi fomitem abs ſe dimitteret, certis quibuſdam conditionibus cum illo egit, vt decreta ſatis magna pecuniæ ſumma, in Sueuiam & vicinas Heluetiis ditiones, habitatum ad ſex annos concederet. Fratre in Sueuiam profecto, Fridericus Cęſar, ad purgandam rapinis Auſtriam animum conuertit. Cum Alberti militibus, quod hi iuris aliquam ſpeciem prætendere culpæ ſuæ viderentur, primùm tranſigitur, vt pro ſtipendio debito, quibus defraudari ſe querebantur, acceptis ſeptuaginta aureûm numûm millibus, quieſcant.

*Latrocinia per Auſtriam.*

*Albertus ſextus in Sueuiam cõcedit.*

Interim in Boëmia, Georgius Podiebradius, à ſuis incitatus, iamq́; maiora animo agitans: Pragam omnem cum arce in poteſtatem redegerat, ac Meinardum collegam in vincula coniecerat, quo denique mortuo, ſolus rebus potiebatur. Is de ſuorum conſilio, legatos totius regni nomine, ad Fridericum Cæſarem mittit, qui regem puerum Boëmis tradi poſtularent, nuſquam melius, quam in auito regno educandum, vbi mores ac inſtituta gentis vnà cum lingua, à primis ſtatim ãnis, addiſcere, ſuorumq́; animos ſibi conciliare poſſet. Boëmiæ regnum eo in ſtatu verſari, vt præſentia regis omninò ſit neceſſaria, neque enim aliter ſubditos in officio retineri poſſe. Cæſar teneram pupilli ætatem excuſans, in medium

*Boëmi Ladiſlaũ à Friderico poſtulant.*

Ayuntamiento de Madrid

medium produci illum, ſuiſq; videndum exhiberi. Ibi egregiam indolis regiæ ſignificationem puer de ſe dediſſe, traditur. Erat inter nobiles Ioannes à Brandeſio cognomento Giſcra, homo bellicoſus, & qui per ea tempora contra Vladiſlai factionem fortiter ſe geſſerat. Is regis manum exoſculatus, narrare exorſus, quantis ſe periculis pro caro ipſius capite obieciſſet: tu verò, inquit, mi rex, quo animo hæc accipis? qua tandem remuneratione, operam tibi fideliter nauatam, compenſabis? Puer ad hæc tacitus, Cæſaris diſpenſatori ſacculum, ex quo ſtipem dare ſolitus erat, clam, aut forſan ipſo diſſimulante, eripit, depromptos inde ſex numos, Giſcræ in volam ingerit. Ille crumenę inſutos, palàm omnibus oſtentabat, regiæ liberalitatis argumentum. Legati re non impetrata, domum indignabundi reuerterunt. *Ladiſlai præclara indoles.* *Ioan. Giſcra.*

In Hungaria interim Eliſabetha, Ladiſlai mater, cum iam inter ipſam ac Vladiſlaum de concordia propè conueniſſe videretur, conciliante illam Iuliano Cardinale, diem ſuum obiit, non abſq; veneni ſuſpicione. Ægerrimè eius mortem tulit Vladiſlaus, omnem cum ea fœderis ac ocij publici ſpem ſublatam eſſe auguratus. Poſt reginæ obitum Hungari propè omnes, qui cum illa ſenſerant, ad Vladiſlaum defecêre, ea res, magna eius factioni momenta attulit. Boëmi contrà, qui ſub Giſcra aliiſq; præfectis Caſſouianæ prouinciæ, loca quædam munita tenebant, ad Fridericum regis Poſthumi tutorem, reſpiciebant. Is verò pupillum impenſiore cura aſſeruari iubens, Boëmos eius vindices latius in hoſtem excurrere, & ex eorum agris, qui aduerſę factionis erant, prędas agere patiebatur. Circa hæc tempora Ioannes Huniades Coruinus Tranſſyluanæ regionis (quam Germani ſeptem caſtra nuncupant) regulus, rem bellicam, contra Amuratem Turcarum tyrannum, ea cum animi fortitudine adminiſtrabat, vt ſolus ferè ex Chriſtianis, ferociſſimæ genti terrorem incuteret, multaq; Turcarum millia, paucis admodum copiis iuſtructus, fuderit. Cuius victoriis inſiſtens Vladiſlaus, maiori ſtipatus exercitu, & ipſe in hoſtem profectus, magna eum clade adfecit, adeò vt Amurates ad pacem vltrò petendam animum inclinarit, quam, Deſpote Seruiæ adnitente, facilius admiſit Vladiſlaus, quod inteſtinis bellis fluctuare Poloniam nunciaretur, & Fridericum Cæſarem aduerſarium haberet, à cuius amicitia Hungari pleriq; non erant alieni. *Eliſabetha reg. moritur.* *Ioan. Huniades Coruinus.* *Deſpotes Seruiæ princeps.*



Ayuntamiento de Madrid

*Pax inter Turcam & Hungaros.* Pax igitur in decem annos facta eſt, Hungaris in Euangeliũ Chriſti, Turcis in ſuum Alcoranum iurantibus. Hanc pacem Iulianus Pontificis legatus, quam, ne fieret, impedire nequiuerat: factam, diſturbare omnibus modis nitebatur.

*Iulianus pacem diſſuadet.* Cumque Vladiſlaum facti ſui pœnitere iam cœpiſſet, adfuit Cardinalis, qui in frequenti primatum conſilio diſſeruit, pacem nec rectè nec ordinè factam, atq; ideò irritam eſſe debere, Violatę paci prætendi poſſe, quod ſine Pont. Max. aſſenſu, ac inconſultis aliis Chriſtianis principibus, non licuerit Vladiſlao, cum hoſte omnium communi, pacem vllam aut fœdus facere, fidem vtriſque datã Chriſtianis quàm Turcis ſeruari æquius eſſe, cum illis, quàm cum his fœdus & antiquius & ſanctius intercedere. Addebat porrò, non eſſe negligendam pulcherrimam rei benè gerendæ occaſionem, teneri à noſtrorum claſſe Ægeum pelagus, Turcarum vires bellis ſuperioribus attritas, tota Europa depelli, aut hoc tempore: aut nunquam aliâs poſſe. Quod verò ad promiſſorum fidem attinet, omnem ſe ſcrupulum, omnem conſcientiæ labem eximere. His rationibus perſuaſus Vladiſlaus, in Turcam ducit.

*Dracula Valachus.* Huic ad Nicopolim occurrit Dracula, Valachiæ montanæ regulus, vir iuſtitiæ laude, & virtute bellica inſignis. Is regem dehortatur, ne cum tam paucis, hoſtium cædi ſe obijciat, ſæpè Turcam maiores ſecum copias venatum educere. Habebat Vladiſlaus ad quindecim millia equitum ex Hungaris & Polonis, peditatum ex cruce ſignatis non ita magnum. His copiis fretus, reiecto prudentis viri conſilio, ad Varnam cum Turca congreſſus, cuius equitatu fuſo fugatoq;, in Ianicerorum phalangem, in qua Amurathes ipſe erat, incidit, vbi fortiter pugnans, occubuit. Coruinus rebus deſperatis, fugæ ſalutem inuenit. Ferunt Amurathem inclinata ſuorum acie, Chriſti numen inuocaſſe, vt ſi Dei filius eſſet, pœnas à ſuis violati fœderis exigeret, ac tum demum fortunam belli, mutatam fuiſſe. Vtitur ſanè in corripiendis ſuis & malorum opera Deus, cuius tum vindictæ, hanc cladem omnes aſſcribebant. Etſi enim illa, quæ Iulianus in conſilio ediſſeruerat, ſpeciem aliquam iuſtitiæ habebant, & ab animo non malo proficiſcebantur, conſultius tamen fuerat, pacem aut non feciſſe, aut factam ſeruaſſe. Fuit verò & Turcis victoria non incruenta, ita vt Amurathes dixerit, actum de ſe fo[illegible], ſi iterum ad eum modum vincendum ſit.

*Vladiſlaus occiſus.*

*Amurathis ad Chriſtum obteſtatio.*

*Clades Chriſtianorum ad Varnam.*

Incidit

Ayuntamiento de Madrid

Incidit hæc pugna in quartum Idus Nouemb. anno ſalutis noſtræ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoquarto.

Eodem hoc anno Heluetiorum ciuitates, quæ Suitenſium partes contra Tigurinos ſequebantur, miſſis certatim nunciis, eos ſollicitabant, vt fœderi, quod cum Auſtriacis principibus habebant, renunciarent, neq; vicinorum in ſe odia & arma excitarent. Tigurini, in nullius iniuriam aut contumeliam fœdus abs ſe factum, reſpondent, quod ſeruare vti iurati ſint, ita in animo haberent. Itaque res in apertum bellum erupit. Erant apud Tigurinos Iacobus Hochbergicus Marchio, & Ludouicus comes Helfenſtainius, cum multis nobilibus, ad octingētos quadragintaquinque equites, peditum verò duces erant Ioannes Rechbergicus, Thuringus Halouilius & Burcardus Monachus, viri ſtrenui. Præter hæc præſidia ab Auſtriacis miſſa, ab initio ſperauerant Tigurini acceſſuras & ab Heluetiis nonnullis copias auxiliares, hi vero omnes ob Auſtriacum fœdus, ab illorum ſocietate diſceſſerant. Excitantur vtrinque villarum, pagorum, ac prædiorum incendia, ſollicitantur ad defectionem arces, ac oppida: nonnullę ſe dedūt, aliæ vi expugnatæ, quædam etiam in fauillas redactæ ſunt. Tandem ſub Iunij menſis finem, Heluetij omnes Tigurum vrbē obſidione cinxêre.

*1444. Tigurini ad renunciandū fœderi Auſtriaco ſollicitantur. Bellum Tigurinum. Tigurum obſident Heluetij.*

Non longo tempore poſt, Ludouicus, Caroli Galliæ regis filius, (Delphinum vocabant principem à rege dignitatis gradu ſecundum) cum triginta pugnatorum millibus, rectà Baſileam ire perrexit. Aduentus eius cauſæ feruntur duæ. Sunt, qui ab Auſtriacis accerſitum affirmant, vt Tigurum obſidione ſolueret, ac Heluetiorum cōtumaces ſpiritus frangeret. Alij Eugenij artibus euocatum eſſe dicunt, vti concilium Baſileenſe diſturbaret. Huic obuiam profecti Heluetij, dum pauci cum plurimis egregiè pugnāt, propè ad vnum cæſi, victoriam multo ſuorum ſanguine emptam, reliquêre, raro exemplo, & quod cum Spartanorum conflictu ad Thermopylas conferri poſſit, numero enim Galli hic, vt illic Perſæ, ſuperiores extitêre. Ad Tigurum quoq; malè ab Heluetijs pugnatum, & obſidione vrbs ſoluta eſt. Nos verò ad Hūgaros & Fridericum, vnde digreſſi ſumus reuertemur.

*Delphinus in Germaniam venit. Helueticorum clades apud Baſileam.*

Poſt Vladiſlaum à Turcis cęſum, Coruinus domum reuerſus, omni ope adnitebatur, vt conuulſum reip. ib. ſtatum reſtitueret.



Ayuntamiento de Madrid

Cumquè hinc à Turca, illinc ab Imperatore Friderico metueret, ſtatuit illi prius obuiam ire. Itaque legionibus nouo milite expletis, in Myſiam ſuperiorem profectus, ad Sauum amnem, magna cum celeritate hoſtem aggreditur imparatum, quo fuſo ac fugato, victor in Pannoniam redit. Inter hæc comitiorum regalium dies aduenerat, quæ primores regni ad campum Racos (id loco nomen) ipſis feriis Pentecoſtes indixerant, & omnium ſuffragiis in regem Hungariæ denuò eligitur ac confirmatur Ladiſlaus, Alberti filius Poſthumus. Qui quod eſſet puer (nam annum agebat quintum) placuit proregem creari, qui interim ſummæ rei præeſſet cum Imperio, donec rex ad ætatem regno maturam perueniſſet. Eminebat inter competitores Coruinus ſumma virtute, recentibusq; in patriam meritis, ideoq; cęteris omnibus citra cuiuſquè inuidiam prælatus cum fauſta feſtaq; aggratulatione, regni Hungarici Prorex ac gubernator ſalutatur. Mox de communi cõſilio ad Fridericum Cæſarem legati mittuntur, qui electionis ordinem exponentes, Regem ſimul & coronam regiam repeterent, neque regnum abſq; rege eſſe diutius poſſe, & ſacram coronam alibi quam in regno aſſeruari, nefas eſſe dicerent. Fridericus audita legatione reſpondet: Quod Hungariæ proceres regem tandem ſuum agnoſcant, rectè id ab iis fieri, eamq; ſe mentem ipſis perpetuam precari, noua electione nihil aliud, quam coronationem iam antea ritè peractam, denuò approbari in eo, qui naſcendi lege rex eſſet. Puerum verò regni impotem, nuſquam melius quam apud ſe educari poſſe, cui illum mater non ſine grauibus cauſis cõmendaſſet. Nam in regnum ea ętate mittere, qua in tam variis hominum ſtudiis abuti facilè quis poſſet, quid aliud eſſe, quam diſſenſionibus materiam præbere? Habere Hungaros Proregem, virum prudentia ac fide inſignem, ei rerum gubernacula, vt commiſſa ſint, ita relinquenda videri: donec rex ad ætatem rebus maturam adoleſcat. Sibi interim curæ fore, ne quid in eius educatione, ad optimam & animi & corporis informationem, deſiderari poſſit. Coronam verò apud regem manere, cui ſemel impoſita eſt, æquum eſſe.

*1445. Ladiſlao regnũ Hungar. confirmatur.*

*Io. Coruin⁹ Prorex Vngariæ.*

*Educatio pueri regis vbi optima.*

Hæc vbi legati ad ſuos retulêre, ilicò Proregi bellum contra Fridericum Imperatorem decernitur. Coruinus itaque contracto duodecim millium exercitu, in Auſtriæ fines hyberno tempore irrumpit,

*Coruin⁹ Cæſari bellum infert.*

Ayuntamiento de Madrid

irrumpit, agrum Sempronianum ac Neapolitanum depopulatur, ad Viennæ montes vſq; & Hamburgum prędas agit, quę ferri aut agi nequeunt, flammis corrumpit. Incendiarios ducebat Renaldus Rozgonius. Cæſar à militibus imparatus, Neapoli ſe continuit, ciuitate non ad ſubitos tantum incurſus, ſed ad ſuſtinendam quoq; obſidionem natura & arte ſatis munita. Prorex igitur Neapoli fruſtra tentata, cum & hyems inſtaret, neque à Cæſare quicquam extorqueri poſſet, præda grauis domum rediit. Sub anni exitum Raccolſburgi conuentum fuiſſe, manuſcriptus quidam liber habet, vbi adnitente Vdalrico Cilienſi comite, induciæ ad biennium inter Hungaros & Auſtriacos factæ ſunt, arce Rabi reddita, & Ladiſlao Bano, quem captiuum Cæſar detinuerat, liberato. Hiſtorici de his nihil meminêre. *Coruinus Neapolim fruſtra tentat.* *Biennales induciæ inter Hungaros et Auſtriacos.*

Eodem ãno, Albertus Friderici frater, cum trecentis equis Tigurũ ingreſſus, bellum in Heluetios vrgebat. Ii Raperſuilam ſæpè tentantes, ſubmittentibus auxilia & commeatum Tigurinis, nihil efficere potuerũt. Parantur vtrinq; rates & nauigia, quibus per lacum inuecti, crebras edebãt pugnas. Tigurini quoq; Bremgardiã noctu profecti, molas ſuburbanas deſtruxêre, oppido vt potirentur parum abfuit. Ponte ſiue Bruga dein fruſtra tentata, Vvilam obſidẽt. Heluetij pulſis Tigurinis, Vvila ac aliis locis egreſſi, Turgouiæ agrum depopulantur. Mox lacu nauibus traiecto, cum Erlibachium veniſſent in Tigurinorum inſidias ſylua proxima collocatas, præcipitarunt. Multi eo anno inter ipſos conflictus fuêre, multa vtrinque damna accepta ac reddita, quæ hic recenſere omnia non eſt conſilij. Sequenti anno Hugo Montfortius Ioãnitarum (vt vocant) Magiſter apud vtroſq; obtinuit, vt factis induciis, de pace concilianda ageretur. Interpoſuit ſuam quoque authoritatem Ludouicus Elector Palatinus, qui vocatis ad ſe Conſtantiã partium legatis, iudices dedit, Auſtriæ principibus ac Heluetiis Vlmenſem ſenatum, Tigurinis ac Suitenſibus Forotiberienſem vulgò Keiſerſtulenſem, quorum arbitrio controuerſia omnis tolleretur. Ita poſt longam diſceptationem, pax tandem facta eſt. *Albertus bellũ cõtra Heluetios vrget.* *1446.* *Pax inter Tigurinos ac Heluetios facta.*

Per eoſdem dies, ex arbitrio Alberti Brandemburgici, ſublata eſt quæ de Sigiſmundi Tirolenſis hæreditate paterna, inter Fridericum Cæſarem, eiuſquè fratrem Albertum, & Tirolenſes interceſſerat diſceptatio, & Sigiſmundus tutela exemptus, prouinciæ *Sigiſmund⁹ tutela exemptus.*

ſuę gubernacula ſuſcepit, inducta omnium iniuriarum & incommodorum obliuione, & venia ſubditis promiſſa, ac vtriuſq; principis fide confirmata.

*Albertus Sext⁹ vxorem ducit.* Circa ea tempora Albertus Auſtriacus, vxorem duxit Mechtildem Ludouici Palatini filiam, Ludouici Vvirtembergici viduã, fœminam diuitem & pecunioſam, quod percõmodè matrimonium ei ceſſit, iam enim pecuniam omnem à Cæſare aſſignatam, *1447.* in ſumptus bellicos, alioſq; vſus expenderat. Moritur inter hæc Eugenius Pontifex, cumq; Baſileenſis Concilij Patres, reliquos Cardinales, eo ſublato, Felicem tandem agnituros, & in gratiam ſecum redituros ſperarẽt, illi Thomam quendam Sarezanenſem, in Eugenij locum ſuffecêre, qui Nicolai Quinti nomen ſortitus eſt. *Thomas Sarezanenſis in Pontificem eligitur & Nicolaus V. vocatur.* Hanc eorum electionem ratam habens Cęſar, crebris mandatis Baſileenſes vrget, vti Concilij patribus commeatum, quem literis cauerant renuncient, parere detrectantes, inobedientiæ accuſat. Illi miſſis legatis ſe purgant. Cum verò Cæſar nihil remitteret, ſoluitur tandem Concilium, manente nihilominus ſchiſmate. Qui verò Baſileæ fuerant, nouam Concilio ſedem eligunt Loſanam, vbi anno demum nono & quadrageſimo, adnitentibus Cæſare, Galliæ, Angliæq; regibus, aliiſq; principibus, Felix pontificatu ſeſe abdicans, in Cardinalium ordinem redactus eſt. *Concilium Baſ. transfertur Loſanam. 1449.* Nicolaus verò à Synodo confirmatus, & ſublatis diſſidiis, pax & concordia inter Eccleſiaſticos conſtabilita eſt.

Circa hæc tempora, multi per Auſtriam prędones, agros viaſque publicas infeſtabant, quorum nonnulla latibula Vdalricus Eitzingerus à popularibus adiutus, reliqua Ioannes Buchaimius & Chriſtophorus Liechtenſtainius deſtruxerunt. Erant verò inter *Latrocinia per Auſtriam inhibentur.* prædones, qui munitiora occupauerant, quam vt à tumultuario milite expugnari poſſent. Igitur ex prouincialibus iuſtus conſcribitur exercitus, cui Cæſar cum Imperio, præfecit Vdalricum Cilienſem, eiq; ſeptingentos equites ex ſuis miſit. Is quod reliquum erat prędonum in Auſtria ſuſtulit, multi ferro cęſi, qui viui in manus venerunt, ſuſpenſi ſunt. Erat Pancratius quidam Polonus, qui Galitzio in Hungariæ finibus oppido occupato, multis incommodis vicinos diu affecerat, nec vllis pactionibus, vt ab iniuriis ſuperſederet, adduci potuerat. In hunc profectus Vdalricus, oppidum validis tormentis quatit. Moram obſidioni fecit pulueris

defectus,

Ayuntamiento de Madrid

defectus, quo ſubuecto, rebus ſuis diffidens Pancratius, Proregis Coruini fidei ac tutelę ſe committit, qui datis ad Cilienſem literis, quibus promittit: nihil imposterum damni Auſtriacis ex eo loco illatum iri, oppidum ipſe præſidio munit.

His ita tranſactis, Hungari nouos iterum legatos, nouos ad Fridericum Cæſarem nuncios identidem mittunt, regem & coronam reddi poſtulant. Auſtriaci quoque, de principe tutelæ eximendo, ſuisq; tradendo, muſſitabant. Boëmi verò minaciùs etiam vrgebant, qui cum audiuiſſent Fridericum Romam ad coronationem iter parare, legatos ad eum ex ſuis mittũt Vdalricum Roſembergicum, Zdenconẽ Sternbergicum, & alios quoſdam proceres, qui regem ſibi dari expoſcunt, ſine cuius præſentia regni ſtatus conſiſtere diutius nequeat, aliter ſe alium ſibi regem creare cogi, cuius rei gratia, iam indicta eſſe comitia, Cæſar legatos abs ſe Pragæ ad comitia præſtò futuros, dicit, per quos ad ipſorum poſtulata ſit reſponſurus. Auſtriacis verò ac Hungaris idem quod antea, reſponſum dedit.

*Hungari regem & coronam repetunt.*

*Boëmorum minæ.*

Poſtquam verò comitiorum dies aduenisset, proceres regni Praga, ob infectum aërem, relicta, Beneſcauiam frequentes conuenêre. Adfuerunt & Cęſaris legati, ex quibus Æneas Syluius coram conſilio, cui pręſidebat Podiebradius, verba fecit, & oratione admodum leni vſus, Cæſarem affirmauit Boëmorum poſtulata, quibus cum fœdus ſuæ genti ac amicitia eſſet, Hungarorum & Auſtriacorum precibus haud grauatìm prælaturum, ſi ex re ipſorum regisq; ac regni commodo id fore videretur. Nunc verò longè aliter ſe rem habere: cùm rex per ætatem regno immaturus, gubernatore indigeat, nemini dubium, quin plures, in regno, tot viris illuſtribus ſubnixo, ad eam dignitatem ſint aſpiraturi, qua ex competitione quanta ſint oritura diſſidia, quem non videre? Adhoc cum ærarium ferè nullum ſit, & publici vectigalium redditus attriti, regis verò aula, more maiorum inſtructa, multis egeat, vnde tandem pecuniam redigi poſſe? Hæc conſiderantem, & cum animo ſuo reputantem Cæſarem, conſultiùs putare, his Boëmos incommodis liberare, puerum regem ſuis impenſis eductum, apud ſe retinere, & pro ſanguinis propinquitate cauere, ne in cuiuſquam poteſtatem is veniat, qui eius ætate, in ſuum commodum, aut aliorum fraudem, abuti poſſit. Nunc verò in animo habere,

*Aeneas Syluius, Cæſaris nomine orationem ad Boëmos habet.*

*Ad vitanda diſſidia Cæſar puerum regẽ apud ſe retinet.*

Ayuntamiento de Madrid

bere, Ladiſlaum in Italiam ſecum adducere. Hortari interim, vti in fide permaneant, regnum per idoneos homines benè adminiſtrent, néue, Ladiſlao regi legitimo, alium quemuis præferentes, Dei atque hominum offenſionem incurrant. Id ſi faciant, Cæſarem ipſis regem, cum primùm iuſtam ætatem attigerit, primis eſſe traditurum. Boëmi hac oratione vtcunque deliniti, Cæſaris conſilio acquieſcere ſe dixêre. Actis quoque gratiis, quod aliis ab ipſo prælati eſſent, ex nobilitate ſua comites ſe daturos promittunt, ac reditum ipſius quietis animis exſpectaturos, quem fauſtum & ſoſpitem adprecarentur.

*1451. Cæſar Boëmorũ animos lenit.*

*Frider. Cæſaris iter in Italiam.*

Cæſar pacatis Boëmis, quorum motus maximè timuerat, iter in Italiam parat, vt coronam & approbationem Imperij à ſummo Pontifice ſuſciperet, quod hactenus propter diſſenſiones Eccleſiaſticas, fieri non potuerat. Sciebat præterea, Eleonoram Eduardi Luſitaniæ regis filiam ſibi deſponſam, in itinere eſſe, quam Romam ſecum ad coronationem ducere, ac matrimonium illic perficere, cogitabat. Ex Hungaria verò quietiora omnia nunciabantur, & Coruinus Prorex, qui per eos dies, Marte non ſatis propitio cum Turca conflixerat, pacatum ſibi Fridericum quam offenſum malle, ideò nihil in ipſum moturus eſſe credebatur. Soli ex Auſtriacis nonnulli, cum Ladiſlaum iter comitaturum audiuiſſent, aliquid moliri videbantur. Sed quod multi ex proceribus, ſe cum ipſo ituros recepiſſent, cæteros parùm curabat.

*Hunniades cum Turca non ſatis proſperè cõgreſſus.*

Annus agebatur quinquageſimus primus, cum Fridericus iam certus eundi, literas ac nuncios ad ordines Imperij miſit, quibus, quo tempore Italiam ingreſſurus ſit, ſignificat, atq; vti omnes, qui eum de more comitaturi ſint, ad diem dictam conueniant, iubet. Rhenanis ac Sueuis Eſlinga & Campidunum ciuitates conſtitutę, vnde per Atheſinam vallem, ac Tridentinum agrum in Italiam tranſirent, Auſtriaci Boëmi ac Hungari Villacum euocati, reliqui qua cuiq; proximum erat. Ferrariam atque inde Florentiam Senaſq; ire iuſſi, atque illic Cæſarem præſtolari. Interim ipſe Auſtriæ gubernationem proceribus quibuſdam committit, inter quos erant Vdalricus Schaunbergicus Senior, Georgius Buechheimius, Rudigerus Stubenbergicus, Sigiſmundus Eberſdorffius & Cunradus Eitzingerus. Mox cum Ladiſlao pupillo, præcipiti iam autumno Græciam Stiriæ profectus, ibi quoq; res omnes conſti-

*Auſtriæ gubernaculũ quibus abſente Imperatore cõmiſſum.*

Ayuntamiento de Madrid

conſtituit. Villacum denique pergit, vbi ei præter alios Albertus frater prǫſtò fuit, cum pulcherrimo equitatu. Cæſar eo cum parte copiarum præmiſſo, ipſe cum Ladiſlao & reliquo comitatu Villaco diſcedens, poſtridiè Calend. Ianuarij, ad Italiæ fines peruenit, atque prope Cornelianum oppidum, à quatuor Senatoribus Venetis ſummo cum honore exceptus eſt, ex quibus Bernardinus Iuſtinianus, luculentam & officij plenam habuit orationem. Dein ab ijs Taruiſium, Veronamq; ac Patauiam deducitur, per omnem Venetorum ditionem, commeatu liberaliter exhibito. Interim ex Germania, complures Ferrariam vſq; profecti, Cæſarem ibi operiebãtur, qui cum eò tandem veniſſet, multò iam comitatior Bononiam atque inde Florentiam venit, vbi ex itinere ſubſtitit, dies aliquot quieti daturus. *Bernhardinus Iuſtinianus. 1452.*

Inter hęc ſponſa ipſius Eleonora, poſt longam maris iactationem ex Hiſpania aduecta, ad Liburnum Hetruriæ portum appulerat, vnde Nicolaum Longimannum à Falckenſteino ſacerdotem, qui cum Iacobo Mezio legatus ad ipſam venerat, Cæſari obuiam mittit. Is in itinere, vbi Cæſar eſſet, percontatus, ad Nonas Februarij Florentiam venit. Ad Cæſarem intromiſſus, quo in loco reginam reliquiſſet, narrat, à qua miſſum ſe, vti rogaret, quo eam portu, nauem egredi iuberet. Cæſar vehementer eo nuncio gauiſus literas ad ſponſam dat, vtq; Piſas ſe conferat iubet. Mox ad excipiendam illam mittuntur: Michaël Magdemburgi ac Rudolphus Sileſiæ Principes, Vdalricus Sternbergicus, Albertus Eberſtorfius, comes quidam Schaunburgicus, Ioannes Vngnadius, & Vdalricus Sunpergerus, prothonotarius, cum aliis multis. Præter illos diuerſo itinere Piſas profecti ſunt, Æneas Syluius Epiſcopus Senenſis, Albertus Potendorffius, Georgius Volckenſtorfius, Bernhardus Tahenſteinerus, Balthaſar Ratembergerus, vxores item Potendorffij & Tahenſteineri, alięq; illuſtres matronę ac virgines, in quibus Margarethã & Vvalburgam Zinzendorfias, Vrſulã ac Dorotheam Neydecceras, formæ gratia præcelluiſſe proditum eſt. His Cæſar ad ſponſam miſſis, Senas ipſe perrexit, vbi eam operiri decreuerat. Quæ, poſtquàm propiùs iam adeſſe, nunciaretur, Senenſis magiſtratus cum tota nobilitate ac ciuibus, obuiam primi proceſſêre. Inde Ladiſlaus Rex & Albertus Archidux, cum ſuo vterque comitatu, poſtquàm comitum, nobilium, & *Eleonora Portugallenſis Frider. Cæſ. ſponſa.* *Principes viri Cæſaris ſponſæ obuiam miſſi.* *Cæſar ſponſam ſuam Senis operitur.*

ex Im-

Ayuntamiento de Madrid

*Cæſaris ſponſa Senis ad ipſum venit.*

ex Imperij ciuitatibus miſſorum ingens multitudo, longo ordine ingrediebantur. Hos ſecuti ſunt viri Eccleſiaſtici. Cæſar verò cum Cardinale Rom. Põtificis legato, ad ingreſſum ciuitatis intra duas portas ſubſtitit, vbi exoptatam diu ſponſam amplexatus eſt. Eo loco Senenſes, ad rei memoriam, ſignum ex marmore poſuêre.

Poſt aliquot dies, Cæſar Romam verſus mouens, Viterbium venit, quò eum poſtridiè aſſecuta eſt ſponſa. Ibi cum Cardinale conuentum eſt, de iuriſiurandi Romæ præſtandi formula. Nicolaus verò Pontifex, qui initio rebus ſuis non tam ab ipſo Cæſare, quam ne quid Romani turbarum excitarent, timuerat, molemq; Adriani (quam S. Angeli caſtrum hodiè vocant) portasq; vrbis atque alia loca oportuna munierat, poſtquàm & literis multorum & nunciis pacatum aduenire, ac omnia quieta didiciſſet, cum Viterbij, tum alijs ſuæ ditionis locis, quæ Cæſar aditurus eſſet, magnos ei honores cõmeatusq; ac lautia exhiberi iuſſerat, vtq; Romæ pro dignitate exciperetur, omnia præparabat. Ad octauum Id. Martias vbi in agrum Romanum, atque ſub vrbis conſpectum veniſſent, caſtris de more poſitis, cõſedêre. Cæſari hoſpitium prębuit domus, illic à mercatore quodam Florentino pridem exædificata. Poſtero die, Albertus ordinem ex omni equitatu inſtituit, & quo quiſque loco incedere debeat, præſcribit. Inter alia ex voluntate præceptum eſt, ne præpter Imperij aquilam vllum aliud ſignum explicaretur. Eam rem multi ægrè ferebant, imprimis vero, Georgiani collegij ſignifer, Henricus comes Fürſtembergicus, indignum eſſe dicebat, & præter collegij inſtitutum, malle ſe ab ipſis vrbis mœnibus domum reuerti, quam occultato vexillo intromitti. Argentoratenſes quoque, non prohibitos fuiſſe maiores ſuos explicare vexillum, iaciebant, quo tempore cum Rudolpho in Boëmos militaſſent. Has eorum voces, Fridericus ſua autoritate facilè compeſcuit, vrbemq; hoc ordine ingreſſus eſt.

*Pontifex Cæſarem liberaliter excipit.*

*Henricus Fürſtenbergicus.*

*Quo ordine Frideric. Cæſar Romam ingreſſus ſit.*

Primi omnium Sueui reliquum agmen præcedebant, hos ſequebantur qui à S. P. Q. R. obuiam miſſi erant, purpureis ſagulis induti omnes. Dein Cæſar ipſe cum rege Ladiſlao, Alberto fratre, cui Imperij aquila commiſſa erat, alijsq; principibus, Comitibus, Baronibus ac nobilibus, eorumq; famulis ac comitatu aulico ingrediebatur. Proximus ab eo locus Eleonoræ aſſignatus erat, quã ſequebatur Imperiali‑m ciuitatum equitatus. Obuiam verò ad

portam

Ayuntamiento de Madrid

portam vſque Caſtelli venêre, purpurati ſenatus patres tredecim, cum multis Epiſcopis, Abbatibus, & omnium ordinum viris Eccleſiaſticis, ex quibus Pontificis vicem præerat Spoletinus prçſul. Ipſe verò Pontifex, ad D. Petri ſella eburnea in gradibus collocata, ſedens, aduenientes expectabat, cuius manum ac pedem dextrum Cæſar, Ladiſlaus rex, Albertusq; & Eleonora poſtquam deoſculati ſunt, aſſurgens ordine omnes excepit. Qui templum ingreſſi, poſt abſolutas precationes, in deſignata ſibi quiſq; hoſpitia conceſsêre. Sequentes aliquot dies Cæſar, delubris, diuûm templis, & vrbis terrarũ olim dominæ reliquiis viſendis, inſumpſit. Ad decimum ſextum Cal. Aprilis Pontifex in D. Petri æde ſacris operatus, Fridericum Cæſarẽ & Leonoram, adhibito ſolemni ritu, ſolitisq; cerimoniis, matrimoniali vinculo coniugauit, beneq; ipſis ac ipſorum poſteritati ominatus eſt. Tertio pòſt die (quam dominicã Lætare vocant) Cæſar de more vnctus, & in Rom. Imperatorem conſecratus, coronam & alia Rom. Imperij inſignia accepit, acclamante populo Romano: FRIDERICO PACIFICO À DEO CORONATO IMP. VITA ET VICTORIA. Coronatur & ſponſa, ſolito ritu, fauſtisq; omnium precationibus Auguſtorum nomine vterque ſalutatur.

*Pontifici ab Imperatore & Rege pedes exoſculantur.*

*Cæſaris matrimonium.*

Peracto coronationis ritu, & gratulationis hymno decantato, Fridericus Imperator, ex veteri maiorum inſtituto, in ponte Tyberino ante palatium Sancti Angeli fratrem primùm, deindè alios multos equeſtri dignitate inſigniuit. Ad trecentos fuiſſe memorant, in quibus Magdemburgicus & alij nonnulli, etſi antea eo honore decorati, propter diei ac loci celebritatem tamen denuò eum ſuſcepêre. Per hos dies Alfonſus Aragonius rex Neapoleos, Cæſarem per legatos ſuos, vti ad ſe cum Imperatrice veniret, precatus eſt, qui id ob regis affinitatem (erat enim ſponſæ ſuæ auunculus) facilè abs ſeſe impetrari paſſus eſt. Itaque Ladiſlai cura, Æneç Syluio commiſſa, & ciuitatum equitibus Romç apud illum relictis, ipſe cum ſponſa ac reliquo comitatu, Neapolim ſe contulit, vbi ſummis cum honoribus exceptus, paſſionis ac reſurrectionis dominicæ memoriam celebrauit, vrbemq; regionemq; circà amœniſſimam, perluſtrauit. Interim nuptias ei Alfonſus regali pompa ac luxu inſtruxit, quibus adiuncta eſt venatio, ad Angnianam paludem, quarto ab vrbe lapide, tentoriis ſub dio collocatis,

*Impe. trecentos creat equites.*

*Alfonſus rex Neapolitanus.*

*Impe. cum coniuge Neapolim venit.*



Ayuntamiento de Madrid

catis, ad triginta hominum millia epulis adhibita, vini omne genus copia ex fontibus affabrè factis ſcaturiente, qui ſpectatum aduenerant, refecti & aliquod dierum eſculentis onerati domum rediêre. Præ cæteris autem Germani humaniſſimè tractati, ac omnis generis munificentiæ ac liberalitatis officia ipſis exhibita ſunt: omnia enim quæ à mercatoribus emerunt, gratis data fuêre: quòd illa omnia liberaliter Alfonſus poſteà ſoluturus eſſet. Dum verò Imperator à Roma abeſt, interea Ladiſlaus, quin ab Hungaris & Auſtriacis, (neſcio quibus conſpirantibus) abriperetur, parum abfuit, præceptore eius Nicolao Crottendorffio, vt cœpta iuuaret, pecunia ac promiſſis corrupto, vti poſtea compertum eſt. Ea de re per literas certior factus Imperator, Alfonſo valedicto, Romam redire maturauit, relicta apud auunculum Leonora. Romę cum eſſet, ex Germania crebri adferũtur nuncij, principes quoſdã noua moliri, multa etiam in Hungaria & Auſtria per eius abſentiam agitari conſilia, ex quibus noui iterum tumultus expectandi videantur, nec quietam omni ex parte Boëmiam. Fridericus igitur reditum in Germaniam maturandum ratus, valedicto Pontifice, eodem itinere quo venerat, Ferrariam peruenit, vbi octauo Idus Maij, quo die tum Chriſti domini Deiq; noſtri Aſcenſio celebrabatur, Borſium Eſtenſem, Ferrariæ Modinæq; ac Rhegij ducem, & Rouigij comitem creat, à quo clinodium illi dono datum fuiſſe, memorant, quod parens eius viginti vno aureûm numûm millibus præſtinauerat. Aderat præter alios, Galeacius Franciſci Sfortiæ Mediolani principis filius, eximia formæ dignitate multa bonæ indolis cõmendatione adoleſcens, qui non contemnenda & ipſe munera adferens, oratione blanda ac officioſa vſus, Cæſaris animum, nonnihil offenſum, patri conciliauit, votique compos ac militari baltheo donatus, abiit. Vrſini quoq; numeratis quindecim ducatorum millibus Plumbini principatum (is veteribus Portus Traianus eſt) attribuit.

*Liberalitas Alfonſi.*

*Nicolaus Crottendorffius.*

*Borſius Eſtenſis creatur dux.*

*Galeac. Sfortia.*

*Plumbinum Vrſinis conceſſum.*

His peractis, Fridericus Sueuorum ac Imperij ciuitatum comitatu abs ſe dimiſſo, ipſe cum reliquo ſecundo Erydani fluuio Venetias nauigauit. Cùm propiùs ad vrbem veniſſet, obuiam habuit Franciſcum Foſcarum, Venetorum principem, Bucentauro inuectum cum trecentis ſenatoribus & flore nobilitatis. Aderant triremes, & omne genus nauigia, auro purpuraq; exornata, ad centum vi-

*Franc. Foſcarus Venetorũ Dux.*

Ayuntamiento de Madrid

tum viginti. Imperator in principis nauem exceptus, perſonante bellicorum tormentorum ſtrepitu, ſimul ac muſico inſtrumentorum concentu, per mediam vrbem in ædes vſque Eſtenſes deducitur, nihilq; ad ſummos honores in eo excipiendo à Venetis omittitur. *Frideri. Cæſa. Venetias venit.*

Inter hęc Eleonora imperatrix, quam Neapoli apud auunculum regem relictam fuiſſe diximus, octauo pòſt die quàm abierat Cæſar, diſcedens, terreſtri itinere Manfredoniam, aliâs Apeneſte Apuliæ oppidum, atque inde nauibus Venetias delata eſt, quam, ad D. Nicolai obuiam profecta principis vxor, cum ducentis primariæ dignitatis matronis, excepit, lætoq; eam vrbis applauſu & gratulatione in hoſpitium vſq; deduxit. Decem omnino dies in vrbe manſum, quibus variæ ludorum oblectationes & ſpectacula inter publicas epulationes exhibita fuère. Sunt, qui Fridericum inter ſeria colloquia, quæ illi cum Foſcaro fuère, dixiſſe ferunt: ſemper ſe nomini Veneto amicum ac beneuolum fore, animum verò præſagire, magnos poſt ſe bellorum motus inter poſteros ſuos ac Venetos aliquando exorituros. Poſt hæc Cæſar, relictis Venetijs, Portum Naonis petijt, vnde per Fori Iulij & Carnorum fines in Stiriam profectus, adulta iam æſtate, Neapolim Auſtriæ venit. Admonitum in itinere inſidias vt caueret, dixiſſe refert Æneas Syluius, non adeò ſuſpectam ſibi ſuorum eſſe fidem, vti periculum timeat, Ladiſlaum vnum peti, quo ſi vſus ferat, in medium prolato, Auſtriaci Hungari & Boëmi, perindè atque olim proiecto Eridis pomo, tres deæ, inter ſeſe eſſent digladiaturi. *Friderici Cæſaris de Venetis præſagium.*



Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER SEXTVS.

## ARGVMENTVM.

*AVſtriacorum bellum contra Fridericũ Imp. Vdalrico Eyzingero duce, ſuſceptum, quo Marte geſtum, & quibus arbitris compoſitum ſit, hic liber indicat. Deinde refert quomodo Ladiſlaus, Vdalrici Ciliẽſis opera tutela exemptus, Auſtriacis & Hungaris reſtitutus, & ab ipſis exceptus ſit, Boëmiæ item coronam acceperit. Vtq́; Eyzingero procurante, Cilienſis, qui primum à rege locum tenebat, magno cum ludibrio aula ejectus: ſed breui tempore regi conciliatus, Eyzingerum rurſus deiecerit, & Coruinum, iiſdem artibus, quibus ipſum Eyzingerus priùs in regis odium inducere conatus ſit. Porrò Mahometes Belgrado, Coruino acriter pugnante, & Capiſtrano milites cœleſtib⁹ monitis accendente, repellitur. Cilienſis à Coruinorũ factione occiditur. Imp. Cilienſem Comitatum in ſuam poteſtatem redigit. Maximil. primus naſcitur. Ladiſlao deſpõdetur Magdalena Francica, dumq́; p adducenda ſponſa legati expediuntur, aliaq́; ad nuptiarum ſolemnitatẽ neceſſaria parantur, Ladiſlaus ſubito morbo correptus, humanis cedit rebus: cuius hæreditas magnorum inter Auſtriæ principes motuum cauſa fuit. Boëmi Georgium Podiebradium regem creant. Hungari verò Mathiam Coruinum; hunc contra Frid. Imp. à quibuſdam electus eſt, hinc belli Hungarici fax & origo. Concordia inter Auſt. principes de Ladiſlai hæreditate facta, ex parte Alberti non fuit diuturna. Eyzingerus arma in Albertũ ſumit. Boëmiæ Rex in Auſtriam ducit. Inter Sigiſmundum Auſt. & Epiſcopũ Brixinenſem ſimultas oritur.*

FRIDERICVM ex Italia reducem, noui ſtatim tumultus & domeſticum bellum excepit. Hungari enim Boëmiq; & Auſtriaci, Ladiſlaum principem ſibi tradi, certatim flagitabant, à cuius præſentia meliorem rerum ſtatum ſibi quiſque promittebant. Auſtriaci verò, inter quos familiã ducebat Vdalricus Eyzingerus, agente adhuc in Italia Cęſare, ſeditionem mouerant, & popularium opibus confiſi, præfectos quoſdam ab eo conſtitutos, à rerum gubernaculis depulerant. In horum conſortium ſiue vltrò, ſiue ab Eyzingero adſcitus, intulerat ſe Vdalricus Cilienſis comes, homo quietis impatiens; Miſſitantur nuncij cum literis in Hungariam ad Coruinum, in Boëmiam ad Roſembergicum, aliosq; vtriusq; regni, nonnullos quoque Morauiæ proceres, accerſuntur vndiq; auxilia. Statim verò, vbi Neapolim appuliſſe Fridericum audiuiſſent, legatos Viennam ad eum mittunt,

*Vdalricus Eyzingerus.*

principem

Ayuntamiento de Madrid

principem tutela ſolutum, poſcunt, recuſanti bellum denunciāt, arma & vim minantur. Imperator auditis eorum poſtulatis, animos lenire, ac commodum reſponſum promittere, nunc Hungarorum, nunc Boëmorum petitiones cauſari, & ne ſi ipſis Auſtriaci præferantur, vel alterutri vel vtriq; ægrè ferant, cauendum dicere, rem indies prolatare. Illi moram omnem exoſi, feſtinare alius alium adhortantes arma rapere, quæq; bello vſui fore putabant, expedire, & quod in tali re ſolet, tumultuari incipiebant. *Auſtriaci bellū Cæſari indicūt.*

Sub finem Auguſti Cilienſis ac Eitzingerus, cum ſuis vterque popularibus & clientela, Viennenſibus item ac aliarum aliquot ciuitatum voluntarijs militibus vrbe egreſſi, cum vel Haimburgum vel Trautmanſdorfium petituri viderentur (erant enim illic qui in fide permanſerant, & Boëmi nonnulli, ab Ioanne Fuchſio intromiſſi, totum ferè oppidum exuſſerant) itinere conuerſo Neapolim ire accelerant. Ad primum ſtatim aduentum, atrox ante portam & cruentū excitatur prœlium. Viennenſes, quos ad quinque hominum millia adfuiſſe proditur, duo ſecum aduexerant inſtrumenta bellica, inſigni magnitudine, quibus ſemel atq; iterum exploſis, magnam Cæſarianorum cladem ędebant, mox verò, vbi poſt miſſilia cominùs ad gladios & ſtatariam pugnam ventum eſt, oppidani ab ingruenti multitudine ſuperati, pedem intra mœnia referre coacti ſunt. Cumq; inter pugnæ & fugæ conſilia trepidaretur, ac hoſtis auctis inde viribus acriter vrgeret, quò minus is cum fugientibus portam ingrederetur, vnius viri virtus obſtitit. Is erat Andreas Paumkircherus, vir ſtrenuus, qui viſo periculo, ſub ingreſſum portæ, hoſtium omnem impetum cum paucis pugnando ſuſtinuit, quoad redintegratis ex ira & pudore animis, oppidani aliquot conuerſi inſtantes repulêre. *Viennenſes numeroſo milite Neapolim contendunt.* *Andreas Paumkircher, ſe ſolus hoſtium conatibus obijcit.*

Poſt hanc pugnam, Cęſariani intra mœnia ſe continuêre, Auſtriaci caſtris ante vrbem poſitis, obſidioni neceſſaria parauêre. Erant in eorum caſtris ad ſedecim pugnatorum millia, ex Boëmis ſolus cum ducentis equitibus, ac peditibus octingentis Roſembergicus, ex Hungaris nemo aduenerat. In hoc rerum diſcrimine conſtituto, Cæſari fidum ſe ac amicum præſtitit Georgius Podiebradius, Boëmiæ prorex, qui obſeſſum audiens, vndecim millium exercitu coacto ad opem illi ferendam accelerabat. Cùm verò in itinere audiuiſſet, iam de pace inſtitutam eſſe actionem, retrouerſus, per *Neapolis ab Auſtriæ obſeſſa.*

 ſus, per

Ayuntamiento de Madrid

ſus, per occaſionem Roſembergici agros depopulatur. Pacis verò Auſtriacæ arbitri fuêre Carolus Badenſis Marchio ac Sigiſmund⁹ Volckenſdorffius, qui eo anno ad Archiepiſcopatum Saliſburgicum peruenerat. Eorum interuentu, Cæſar Ladiſlaum ſe Vdalrici comitis tanquam auunculi poteſtati commiſſurum promittit, ea lege: vt Berchtolſdorfij interim eſſet, neq; rempub. antè capeſſeret, quàm in publico conuentu per principes cognatos, Hungarorum item ac Boëmorum legatos, omnia eſſent tranſacta. Conuentui Viennæ ad tertium Idus Nouembr. dictus eſt dies. Itaque obſidione ſoluitur Neapolis, & Ladiſlaus à Saliſburgico, Magdemburgico, & Vdalrico Schaunbùrgico, aliisq; pceribus Berchtolſdorffium deducitur. In comite verò Cilienſi & Auſtriacis, qui cum eo ſentiebāt, conuentorum fides deſiderata fuit. Quam primum enim in ſua poteſtate principem habuêre, non expectato conuentu, de adducendo ipſo Viennam, rebusq; imponendo, cōſilia pridem habita executi ſunt. Igitur Viennæ vrbis conſul, cum Senatoribus aliquot Berchtolſdorffium profect⁹, Principem gratulabundus ſalutat, dein cum Vdalrico, quæ volebat collocutus, domum redit, quæq; excipiendo ex dignitate Ladiſlao idonea eſſe putabat, ſollicitè parat.

*Carolus Badenſis Marchio. Sigiſ. Vvolckēſdorſius Salisburgenſis præſul.*

*Noua Ciuitatis obſidio ſoluta.*

*Ladiſla⁹ Auſtriacus traditur.*

Non multò pòſt Cilienſis, Eitzingerus, aliiq; proceres Viennam eum adducunt. Ad Viennę montem cum veniſſet Ladiſlaus, obuios habuit pueros ad quatuor millia: eorū ſinguli vexilla manibus præſentabāt, in quibus gentilitia principis inſignia depicta erant, feſtisq; eum cantilenis excipiebant. Ex monte in planiciem deſcendenti, occurrit Eliſabetha ſoror, cum frequenti lectiſſimarum virginum ac matronarum aulicarum comitatu: Ladiſlaus equo deſiliens, ſororem amplexus, tentorium illic tenſum ingreditur, vbi nonnihil refectus, cum vlteriùs paulò progrederetur, Viennenſium ciuium vxores ſertum quoddam ex vnionibus artificiosè concinnatum, ei obtulêre. Poſt eas pręſtò fuit Academię rector cum ſuis, quos lōgo ordine ſequebantur Eccleſiaſtici cum infinita hominum multitudine. Ita inter fauſtas gratulantiū voces, per mediam vrbem ad D. Stephani deducitur, vbi ob acceptum tandem principem Deo Opt. Max. laudes decantantur, & pro eius ſalute vota nuncupantur. Inde in palatium deducitur, tota ciuitate in lætitiam feſtosq; ludos effuſa.

*Quo ordine Ladiſlao obuiam itum ſit.*

*Ladiſlaus Viennā ingreditur.*

Poſt

Poſt hæc Ladiſlaus ex conſilio eorum, qui aderant, Viennæ primùm, atque inde cæterarum quoque ciuitatum magiſtratus nouos creare, præfecturasq́; ac ſacerdotia conferre, atq; alia principis munia obire cœpit. Interim conuentui dictus aderat dies, ad quem venêre Ludouicus Bauariæ, Guilielmus Saxoniæ, Albertus quoq; Marchio Brandemburgicus Principes: Ioannes Friſingenſis, Fridericus Ratiſbonenſis, & multi alij ex Germania prælati, ac nonnulli aliorum principum legati, Boëmiæ item ac Morauię reguli & proceres non pauci. A Cęſare legati aderant, Carolus Marchio Badenſis, Ioannes Stubenbergicus, Ioannes Vngnadius, Æneas Syluius, Vdalricus Riderus, Leopoldus Aſbachius & alij quidam. Ex Hungaria quoque aduenerat Coruinus Prorex, qui omnium maximè oculos in ſe conuertebat. Ei proximus à rege locus in conſeſſu attributus, ob res pręclarè geſtas. Audiuntur ante alios legati Cæſaris. Hi inter alia grauiter conqueruntur, de proceribus quibuſdam Auſtriacis, qui in Cęſaris contumeliam, optimè de ipſis meriti, & qui ex ęquo & bono egiſſet hactenus, Ladiſlaum ante tempus Viennam adduxiſſent, rebus impoſuiſſent, neque eorum, quæ Neapoli pacta conuenta fuerant, ſeruaſſent fidem. Ad hanc legatorum expoſtulationem Cilienſis, ad cuius arbitrium maximè tunc omnia agebantur, reſpondet: pacta illa, quæ detento adhuc Ladiſlao, legitimo ipſorum domino, feciſſent Auſtriaci, non debere ſeruari, cui iam tutela exempto, votiq; tandem compoti & tamquam victori, ſuorum armis in libertatem vindicato, nullas poſtea leges à Cæſare præſcribi, æquum eſſe. Atque illud eſt, quod Syluius memorat, legatis à comite vti victis à victore fuiſſe reſponſum.

*Ladiſlaus nouos vbiq́; magiſtratus creat.*

*Coruino magn. habetur honor.*

*Cilienſis ſuperba ad legatos Cæſaris oratio.*

Erant eo tempore inquieti aliquot homines, & domeſticarum diſcordiarum incentores, qui ambiguis in vulgum rumoribus ſparſerant, Fridericum id operam dare, vti Ladiſlaum Auſtriæ ditione omni exuat, egiſſe eo nomine Romæ cum Pontifice, atq; diploma (quod monitorium vocant) ſuper ea re ab ipſo impetraſſe. Habere prætera literas à Treuiro & Saxone electoribus ſignatas, quibus ſupremus Auſtriæ princeps, ac moderator vnicus ille declaratus ſit, qui in ea ſtirpe cæteros ętate anteiret. Quod ne malitioſè fingi abs quoquam videatur, vel ex edictis alijsq; ipſius literis id doceri, in quibus Auſtriam vbiq; ſuam prouinciam, Viennam

*Querelæ de Friderico Imperatore.*



Ayuntamiento de Madrid

nam aliasq; ciuitates ſuas identidem vocaret. Indignam rem eſſe, nec ab Auſtriacis, qui Alberto, eiusq; hæredi Ladiſlao, ſacramentum dixiſſent, nullo modo ferendam. Ad pontificem quod attineret, iniquum eſſe atque exempli inauditi, neq; ſtatui ab eo quicquam potuiſſe, non audita & altera parte, cuius plurimum ea res intereſſet.

Hæc & alia temerè iacta, & vt cuiusque animus erat, variè intellecta, magnam Friderico inuidiam faciebant: imprimis verò omnem de pace actionem impediebat, quod Fridericus ſummam pecunię ſatis magnam, pro educatione principis & aliis impenſis, quas eius nomine aliquot annos fecerat, poſtularet. Nihil itaque inter ipſos conuenire potuit. Secundum hanc legationem auditus eſt Coruinus, qui oratione graui inſtituta, poſt regi ſecunda initæ gubernationis auſpicia precatus, ipſum ſuis reſtitutum gratulatus eſſet, nõ minus verè quam magnificè de ſe ipſo deq; rebus abs ſe geſtis perorauit, ſuoq; ac Hungarorum omnium nomine fidem regi & obſequium promiſit. Mox finita oratione, de ſedili aſſurgens, proregis munus regi reſignauit, & in genua ſubſidens, ſeq; fortunasq; ſuas illi cõmendauit. Rex humo leuatũ amplexus, Patrem appellat, gubernatoris munere aliisq; honorum acceſſionibus donat, ac pòſt paulò ſolemni pompa cunctis fauſta adprecantibus, Comitem Biſtricenſem creat, multisq; muneribus donatum ac promiſſis cumulatum abs ſe dimiſit.

*Ioannis Coruini oratio.*

*Ladiſlaus Coruinum appellat patrem, eumq; Comitem Biſtriciæ creat.*

Dum hæc Viennæ aguntur, Georgius Podiebradius Boëmici regni ordinibus, Pragam conuocatis, de communi ſententia decernit, legatos in Auſtriam mittendos, qui regem in regnum vocent. Suo verò & Roggenzanæ factionis nomine ſtatuit, capita quædam deſcripta, regi primos regni limites ingredienti eſſe offerenda, quibus ab ipſo confirmatis, de nonnullis in religione articulis ipſis caueatur, imprimis verò calicis vſus in Euchariſtiæ ſacramento retineatur. Cùm verò & Hungari regis ſui pręſentiam non minus quam Boëmi efflagitarent, Cilienſis, in cuius manu rex erat, conſultius fore putauit, priùs illum in Hungariam, vbi & natus & coronatus fuerat, deducere. Sub finẽ igitur Ianuarij Poſonium rex venit, ea vrbs in primo Hungariæ ex Auſtria ingreſſu, ad Danubium ſita, Preſburgum vulgò nomen habet. Ibi Hungari (nam eorum conuentum gubernator Coruinus ante illic egerat)

*1453. Ladiſlaus Poſoniũ, vulgò Preſburgum, profectus eſt.*

Ayuntamiento de Madrid

rat) regi Ladiſlao ſacramenta dixêre, multique dies feſti lætè acti ſunt. Ne verò vlterius in regnum iretur, eaq; res Boëmorum petitionibus moram adferret, Cilienſis Hungaris reclamantibus Viennam cum rege ad Liberalia reuertitur.

Hoc anno de concordia Cæſarem inter & Ladiſlaum aliquoties actum, & quanquam Nicolaus quidam Cardinalis legatus pontificius, ac alij principes intercederent, nihil tamen ad ſummam rei tranſigi potuit. Hungari interim pro ſe quoq; adniſi, ſacram regno coronam & arces quaſdam reddi petebant, quas, tutorio nomine retentas, Ladiſlao iam ad maturam rebus ætatem adulto, reſtituere deberet. Imperator ſumptus, quos fecerat, excuſat, neque, niſi numerata priùs pecunia, aliquid impetrari abs ſe paſſurum dicit. Tandem ex quorundã conſilio, quibus pax quàm diſcordia potior viſa, Neapolim cum mandatis miſſi, Eyzingerus ac Varadinus præſul, Alberto Cæſaris fratre ſe interponente, de cõtrouerſis aliquot capitibus, & pecunia Cæſari numeranda, cum ipſo egêre, & de nonnullis ita conuenit, vt ad Ladiſlaum eiuſque conſilium relata, ſi approbarentur, tum demùm rata haberentur. Ladiſlaus ſumpto deliberandi ſpatio, eoque à Cæſare prolatato, cùm reſpondendi tẽpus adueniſſet, cõditiones attulit, quibus acquieſcere Cęſar noluit. Itaq; re infecta ab omni actione deſitũ eſt.

Inter hæc Vdalricus comes, aſſiduis Boëmorum petitionibus fatigatus, diem illis per literas indicauerat, quo ad ipſos proficiſci rex decreuiſſet. Dum igitur Boëmi, ad excipiendum pro dignitate regem, ſe parant; Ioannes quidã Smiritius (fortè an Smirſitskius, nam eo nomine hodieq; nobilis cenſetur familia) procerum haud poſtremus, ſcripto regem monet, ne dubiæ Boëmorum fidei ſe committat, neu periculo caput obijciat. Literarum exemplum apud Syluium, quem ſecuti ſunt Bonfinius & Olomucenſis, qui literas à Cilienſi ad Georgium miſſas, eamq; rem Ioanni capitalẽ fuiſſe aſſerunt. Cùm enim, ſuppreſſo nomine, in concilio de facto quęreretur, omnes, atq; adeò ipſe, ſuo loco ſententiam rogati, patriæ hoſtem eſſe, qui talia ſcripſerat, & capite plectendũ ſtatuêre. *Io. Smiritius.*

Per eoſdem dies Cilienſis, iam antè ob ſuperbiam atq; auaritiam plæriſq; inuiſus, cum minimè id putaret, variantis fortunæ vices experiri coactus eſt. Erat inter Auſtriæ proceres præcipua authoritate Vdalricus Eyzingerus, cuius iam aliquoties meminimus. *Eyzingeri machinationes in Cilienſem.*

Ayuntamiento de Madrid

mus. Is cùm initio in magna apud regẽ gratia fuiſſet, mox Cilienſe primum locum adepto, contemni, & in capiendis conſilijs præteriri cœperat, ex quo orta inter ipſos inuidia: Eyzingerus ad omnem vlciſcendi occaſionem intentus vigilabat. neque diu abfuit materia. Inſtabat iam tempus, quo rex in Boëmiam ire conſtituerat, cùm verò iter illud, & coronationis celebritas, non parua indigeret pecunia, ad hoc exhauſtum ſuperioribus bellis ærarium, neq; in negotiatoribus ſatis præſidij eſſet; Comes ordinum conuentum regis nomine indixerat Neoburgi, quod à tritico nomen habet. Ibi multa de pecuniæ inopia, & itinere ſuſcipiendo præfatus, liberali ordinum contributione adiuuandum eſſe regem diſſeruit, ne omnium rerum indigus, parumq; ex dignitate regia, ad coronationem ire cogatur.

*Ei͡zingeri ad proceres oratio.*

Dum ſuper ea petitione deliberatur, Eytzingerus idoneum tempus adeſſe ratus, primos quoſq; procerũ, quos ſibi obnoxios aut ꝓpinquitate alijsq; neceſſitudinib⁹ illigatos habebat, quosq; aut ſibi addictos aut comiti infenſos nouerat, ſeorſum ab alijs alloquitur, comitem nimis impotenter agere, neq; diutiùs ferendũ arguens, ſolum eum, reliquis inconſultis, pro ſuo arbitrio, omnia adminiſtrare, qui paulò antè regem in Hũgariam adduxerit, eundem Boëmis ſe adductur ũ promiſerit, Auſtriam pecunijs exhauriat, quam magis in ſuum quàm in regis vſum inſumat. nec enim deeſſe illi quo ſcorta alat, & conuiuia luxu propè regio inſtruat. Indignum eſſe, & Auſtriacis omnibus ignominioſum, id ab externo homine, luxuria & auaritia perdito, illos pati, qui antè paulò Fridericum Rom. Imperatorem, virum bonum, eumq; legitimum principis tutorẽ, paulò liberiùs agentem, ſumptis armis, ad æquiora compuliſſent. Quare obuiã eundũ eſſe ipſius conatibus, idq; in tempore, anteꝗ̃ effrænis illa licentia in ſuperbum dominatum, diuq; affectatam tyrannidem vertat. Adeſſe pulcherrimam occaſionem, qua vti ſe optimè ſcire, neque dubitari debere, quin ſi regem pecunijs inſtruxerint, addictum ſibi illum ſint habituri. Hæc & plura in hanc rem prolocuto Eyzingero, adeò in comitem accenſa fuerũt odia, vt data acceptaq; fide, dextris ſimul iunctis, in Cilienſem coniurarint. Eyzingerus, omnia ſibi ex ſentẽtia ꝓcedere videns, cum paucis ex procerũ cœtu delectis, regẽ adit, de pecunia in iter Boëmicum decreta edocet. Eo animi delinimento

vſus

Ayuntamiento de Madrid

vſus ſubiungit, eſſe aliquid rei, quod remotis arbitris, ſoli cum rege communicare, à repub. eſſe ducerent. Igitur cæteris exire iuſſis, Eitzingerus regẽ allocutus: meminiſſe debere ait, Auſtrię ſe principibus ortum, nullos Auſtriacis magis ſibi fidos habere, quorum conſiliis vti, æquum eſſe. Se verò diutiùs regem celare non poſſe, Vdalricum comitẽ, iam dudum Auſtriacis grauẽ ac inuiſum eſſe, qui niſi ſuo loco moueatur, magnos à popularibus motus impendere, qui videant expilari pecunia ſubditos, omnia reipu. vectigalia comiti prædæ eſſe, ipſum diuitias domi extruere, regem inopia laborare. Et quod dicere liceat: auctoritatẽ eius viri nimiã videri, qui titulum regi relinquens, ſolus rerum potiatur, omniaq; pro libidine adminiſtret. Nihil magis hominum animos efferare, & ad iura tã diuina quam humana violanda, tranſuerſos agere, quam dominandi libidinem, cui in ſecundo loco conſiſtere, nunquam ſatis eſſe videatur, primum ſemper appeti, neq; dubium eſſe, quin ille qui collegam dudum non ferat, potiorem aliquando non ſit laturus. Id caueri, & Cilienſem aula eijcere nõ magni negocij rem eſſe, ſi conſilium illud fideli ſilentio tegatur. Hæc vbi Ladiſlao approbâſſe viderentur, Cilienſem aliosq; intromittunt, pecuniam ab ordinibus decretam, primo quoque tempore colligendam, atque interim Viennam redeundum, & illic, ne quid per abſentiam regis moueatur, omnia eſſe conſtituenda dicunt, reliqua, vti conuenerat ſilent. His ita geſtis Eitzingerus Viennam præcurrit, magiſtratum, quem ſui ſtudioſum habebat, quid in conuentu decretum, quid cum rege ſeorſum actum ſit, edocet, benè ſperare iubet: Rex cum alijs Viennam & ipſe redit.

*Eitzingeri ad regem oratio.*

*Dominandi libido homines efferos reddit.*

*Ladiſlaus Viennam redit.*

Poſtridiè Eitzingerus omnibus rebus conſtitutis, ac præſidio mille armatorum in Auguſtinianorum ſodalium æde collocato, primo diei crepuſculo in aulam cum ſuis pergit, regemq; conuenit. Cùmq; ex comitis familiaribus nemo admitteretur, ille noui aliquid parari à ſuis admonitus, in aulam properè venit. Ibi illi Eitzingerus, iuſſu regis, qui præſens aderat, familiaritate regia conſilioq; & aula interdicit. Ille re ſubita perculſus, inimicorum has eſſe machinationes, aliud ſibi ex meritorum conſcientia, de regis animo perſuaſum, quem omnem iniuriam prohibiturum ſciret, dicere, ſua in ipſum ipſiusq; parentes merita commemorare, néue aliorum malitia ſuam ipſe benignitatem corrumpi, ſeq; præter me-

*Cilienſis aula eijcitur.*



Ayuntamiento de Madrid

ter meritum ſuum,ſuperbiſſimis hoſtibus ludibrio eſſe patiatur, orare. Ladiſlaus ad hæc tacens ac cogitabundus adſtabat, cuius animus,ne comitis oratione flecteretur,timens Eitzingerus, nihil ſe iniuſſu regis agere proteſtatus,ipſum vt loquatur rogat. Rex igitur, quæ iuſſus erat, dixiſſe eum affirmat. Tum verò comes ad proceres egreſſus, vim ſibi atq; iniuriam fieri conquerebatur; ſororem item regis, vt pro ſe intercederet,orabat. Cum verò nihil ſpei reliquum eſſe videret, neceſſitati ac inuidiæ locum dare ſtatuit, atque ex aula ſe proripiens, cum quatuor tantùm comitibus extra vrbem euaſit. Inſultabant abeunti Viennenſes, erantq; nõnulli,qui lapidibus ipſum petere in animo habebant, neq; eorum manus effugiſſet,niſi eum Marchio Brandemburgicus ad portam vſq; deduxiſſet. Hanc ſubitam rerum mutationem expertus, comes,documento eſſe poterat, quam lubricus ſit primus apud reges locus, quam non fidendum ſit fortunæ: præſertim aulicæ: quæ ſæpe quos libitum eſt in altum extollit, vt lapſu grauiore decidant. Vdalrico Cilienſi ex vrbe, vt diximus profecto, Vdalricus alter Eitzingerus,iuſſu regis,ex ordinibus prouinciæ quoſdam legit,qui per abſentiam illius ſummæ rei præeſſent. Rebus ad hunc modum conſtitutis, Ladiſlaus ſub initium menſis Octobris Iglauiam venit, vbi à Boëmis magna cum lætitiæ ſignificatione exceptus,Pragã deducitur. Quatuor equitum millia cum rege iuiſſe memorant, nec minorem fuiſſe Boëmorum numerum. Quinto Calend.Nouemb. in ſummo templo quod in D.Venceſlai monte ſitum, coronatio ſolito ritu peracta eſt,imponente capiti regis diadema Cardinale Strigonienſi. Sumptus omnis à Boëmis collatus eſt,adeò liberaliter,vt ſuperfuerit,quo arces nonnullæ regni magna pecunia oppignoratæ redimerentur. Peracta coronatione,Podiebradius quædã ſuæ factionis poſtulata regi obtulit, vtq; ea confirmet,orat. Rex in alijs omnibus Sigiſmundi aui & Alberti patris inſtituta ſeruaturum ſe,reſpondet, eaq; omnia quæ illi probauerant,rata habiturum,id quod Iglauiæ ſe facturum recepiſſet. In relligionis rebus nihil ſtatuere poſſe, legatos Romam mitti ſuadere.

*Lubricus apud reges primus locus.*

*Ladiſlaus Pragã proficiſcitur ad coronationem.*

*1454.*

Mittuntur itaque legati,quibus pontifex reſpondet, breui ex ſuis adfuturos, qui præſentes inſpiciant, quomodo ea ſeruentur à Boëmis,quæ cum Baſileenſi Synodo conuenerant. Is poſtea Io-

*Boëmi legatos Romã mittunt.*

annem

Ayuntamiento de Madrid

annem Capiſtranum miſit, ex Franciſcanorum familia celebrem vitæ ſanctimonia ac eloquẽtia virum. Erat per idem tempus apud Ladiſlaum regem, primo ferè loco, Pancratius Dñs à Blanckenſtainio, cui cum Eitzingero, quo dudum familiariter vſus fuerat, magna tunc ſimultas intercedebat: facilè enim amicitia inter aulicos ſoluitur. Is itaq; vti aduerſario moleſtiam exhiberet, omnes captabat occaſiones, quarum hæc commodiſſima illi viſa eſt. Venerat Pragam Albertus Eberſdorffius, qui prouincialium nomine regi indicauit, ita eos, quos Eitzingerus ex ordinibus lectos, rebus impoſuerat, magiſtratum gerere, vt niſi aliud ſtatuatur, timendum ſit, ne quid turbæ excitetur. *Iohannes Capiſtranus.* *Pancratius à Blanckenſtain.* *Albertus Eberſdorffius.*

Hac occaſione Blanckenſtainius tamquam anſa arrepta, querelas prouincialium apud regem fouere, rem in maius tollere, omnia exacerbare, magnaq; inuidia Eitzingerum onerare, quoad regis animum eò perpulit, vti Vvolfgangum à Vvaldſee, ſupremũ Auſtriæ præfectum crearet; qui omnia prouinciæ negocia adminiſtrare, Viennenſi regimine (vti vocãt) exautorato, nouum conſtituere iuberetur. Fiunt ſuper hac re literæ, quas Eberſdorffius Viennam lætus ad proceres ſecum attulit. Ii verò non regiminis tantum nouandi, id quod in literis expreſſum continebatur, ſed vlterius progreſſi, ſenatum magiſtratusq; vrbanos reformandi licentiam ſumpſêre, & abdicato conſule (ciuium præfecto) alium conſtituêre. Viennenſes hoc ipſorum facto, priuilegia ſua violari videntes, ad Vdalricum Cilienſem literas ac nuncios mittunt, vti Ladiſlai gratiam quouis modo recuperet, monent, ac quamprimum is Viennam redierit, in aulam redeat, non defutura illi ciuiũ ſtudia. Id verò faciebant Viennenſes, vt reſtituto in priſtinum locum comite, haberent quem proceribus opponerent. Eitzingerus vbi per ſuos, quid Viennæ fieret, didiciſſet, Pragã aduolat (nam Schrattendalij aliquot dies fuerat) & re cum Podiebradio communicata, apud regem curat, vti Blãckenſtainius aula eiectus, intra diem quartum Praga excedere cogeretur. Ladiſlaus inter hæc cum anno ferè integro Pragæ fuiſſet, conſtituto vtriuſq; ciuitatis magiſtratu, ac duobus præſidibus Sbincone Lepore & Henrico Strazio commiſſa regni cura, gubernatore ſecum abducto, Vratiſlauiam primam Sileſię vrbem profectus eſt. Neq; enim perſuaderi potuerant Sileſij, vti extra regionis ſuæ limites regi, contra leges *Vvolfgangus à Vvaldſee.* *Cilienſis à Viennenſibus reuocatur.* *Blanckenſtainius contrà exſpellitur.* *Sileſij limites ſuos egredi nolunt ad fidem regi dandam.*

Ayuntamiento de Madrid

ges patrias & priuilegia ſua, fidei ſacramentum dicerent. Diſceſſum regis lubenti animo accepêre, qui ex Roggezana factione Pragæ erant, quod viderent diuturnam ipſius moram parum ſibi idoneam, cum enim ipſe neq; eorum poſtulata admitteret, neq; templa inuiſeret, ac alieni ab ipſis animi ſigna ſatis manifeſta ederet, multi quotidiè ab illis deficiebant, & in religionis quoque negocio, vti alijs in rebus ad principis ſeſe mores vitæq; inſtituta cõformabant.

*Lad. Vratiſlauiam venit.*

Ad Oct. Idus Decembris, qui dies D. Nicolai memoriæ ſacer eſt, Ladiſlaus rex Vratiſlauiam ingreſſus eſt. Aderant illi præter Sileſiæ regulos, multosq; ex vtroque regno Auſtriaq; ac Morauia proceres, Guilielmus & Otto Bauariæ, Fridericus & Albertus Brandemburgi principes. Vratiſlauienſes ſummos aduenięti honores exhibent, ac quinto poſt die in verba iurant, applaudente ad regis conſpectum multitudine, ſuper ætatem cordati principis indolem, & formoſi oris decus præ ſe ferentis. Annum eo tempore agebat Ladiſlaus decimum quintum. Vratiſlauiæ rex (etſi ſunt, qui anno ſuperiore id per legatos factum eſſe dicant) ſororem ſuã Eliſabetham, Caſimiro Poloniæ regi deſpõdit. Inde Viennam iter cõuertit, vbi aduentus ipſius, quò minus eo tempore expectatus, eò gratior fuit; iam enim rumor ſparſerat, regem ab Eitzingero & Podiebradio de induſtria ita alijs rebus diſtineri ac circumduci, ne in Auſtriam nedum Viennam venire permittatur. Ingens hoc tempore Caſimiro Polonię regi bellum cum Germanicorum militum ordine in Boruſſia fuit. Ciuitates enim pleræq; de acerbo militum dominatu querentes opem regis implorabant, qui arrepta ea occaſione, quam dudum quæſiuerat, omnem eam regionem regno ſuo adiungere ſtudebat. Fridericus Cæſar, controuerſiarum cognitione ac arbitrio ad ſe delato, Boruſſiæ ciuitatibus aliquoties iam antea iniunxerat, vti fœderi, quod inter ſe fecerant relicto, magiſtratibus ſuis parerent, neque Poloni defenſionem implorarent, ſed id fruſtra fuit, & poſt diuturna bella ciuitates Caſimiro ſe tradidêre, qui ordinis magiſtro ac militibus pacis conditiones dedit, quales victi ferè à victoribus accipere ſolent. Sed ad intermiſſa redeatur. Vdalricus Ciliæ comes, quo tempore Ladiſlaus in Boëmia fuit, multa attentauerat, vti Cæſaris animum ſibi conciliaret. Id cum non ſuccederet, Venetis in Franciſcum Sfortiam

*Eliſab. Ladiſlai ſoror Caſimiro Pol. nubit.*

*1455.*

*Bellum Caſimiri cum ordine Teutonico.*

*Ciuitates Boruſſiæ Caſimiro ſe dedunt.*

Ayuntamiento de Madrid

Sfortiam bellum parantibus,operam ſuam addixerat,ſi de ſtipendio ſatis honeſto,ſibi caueretur. Cum verò & ea ſpes falleret, nam pax inter ipſos conuenerat, Ladiſlai gratiam, omni ſtudio recuperare ſtatuit. Et quamuis primam ei ſpem Viennenſes fecerant, non ſatis tamen præſidij rebus ſuis comparatum eſſe videns, niſi procerum aliquot ſtudia accedant,per oportunos homines quorundam animos tentare aggreditur.

Erant inter proceres,qui Eitzingeri conſilia minus ꝓbabant, & veteri cum comite amicitiæ aliquid dandum eſſe putabant,qui Eitzingero,ne & ipſe inſoleſceret,opponendus eſſe videbatur. Hi captato cum rege colloquio,malè actum eſſe dicebant ab Eitzingero, qui Cilienſem calumnijs oppreſſum,per inuidiam aula eieciſſet, vti eius locum ipſe occuparet; ea fide comitem, eo rerum gerendarum vſu ac dexteritate præditum, præſenti rerum ſtatui quàm maximè neceſſariũ videri. Hęc & alia dicẽtes, cùm ſecundis à rege auribus accipi,quæ dicebantur,viderent (magis enim ex aliorum inſtinctu,quam ex animo ſuo rex ipſum eiecerat) nuncios ad ipſum mittunt, quo loco res ipſius ſit docent, vti quam honeſtiſſimo comitatu poteſt in aulã poſtliminio redeat, regemq́; nihil in ſe grauius conſulturũ confidat. Comes vbi hęc audiuit, mille equites eximiè ornatos ſecum adducens, Viennam venit. *Cilienſis regis animum ſibi conciliat.* *Cilienſis in aulam reuertitur.*

Rex extra vrbis mœnia obuiam egreſſus, honorificè aduenientem excipit. Cæteri regem ſecuti idem quoque fecêre, maiorq́; in recipiẽdo illo honor,quam in eijciendo ignominia apparuit. Eitzingerus verò, ne ſibi eueniret, quod in alios conſuluerat, vltrò exulatum cum ſuis abijt. Id eius conſilium laudaſſe comitem ferunt,quod mutari facilè regum voluntates, & leui momento hac aut illac impelli,iam doctus eſſet. Mihi quoq; hęc exempla recenſenti, non malè is dixiſſe videtur,qui regum amicos ſupputatorũ digitis,aut calculis aſſimulauit,qui loco moti, nũc plus nunc minus,interdum & nihil valent. Interim Hungari,cum primum regem ex Boëmia reducem Viennæ eſſe audiuêre, legatos ad eum mittunt, in regnum veniat, orant, ſuisq́;, regniq́; rebus præſens conſulat, plurimum ad hominum animos conciliandos, habere momenti, ſi res ſuas regi curæ eſſe, ſeq́; non negligi videant. Comes priſtino dignitatis gradui reſtitutus, comiter legatos affatur, breui regem aduenturum promitit, & de regni rebus ex more in- *Eitzingerus diſcedit.* *Hungari regem vt in regnum veniat orant.*

 ſtitutoq́;

Ayuntamiento de Madrid

ſtitutoq́; maiorum, cum proceribus conſilia habiturum. Hæc legatis palàm reſpondet, clàm regi diuerſum ſuadet. Coruinum imprimis occulta detrectatione in odium adducere, omnibus modis conatur, & Hungariæ gubernatione deijcere, vti id munus, regi reſignatum, ipſi, in cuius poteſtate rex erat, traderetur. Quod fortaſsè efficere potuiſſet, ſi perindè Coruino iam ſeni inſidias tēdere, quàm regi adoleſcenti verba dare, procliue fuiſſet. Nihil minus certè promerebatur Coruinus, quam fraude tam veteratoria & falſis calumniis peti, ſed res humanæ ad hunc modum ſeſe habent, & quemadmodum ij quibus per ſolem iter eſt, vmbram neceſſariò proijciunt, eamq́; velint nolint comitem habent, ita qui ad gloriā vera nituntur virtutis via, ſine inuidia agitare nequeunt. Vrit enim ſplendore ſui, qui prægrauat artes infra ſe poſitas. Itaq; regi ſcrupulum Ciliēſis inijcit, vtq́; cautè agat, monet, néue regnum, vti rex pictus aut perſonatus ingrediatur, vbi omnia non in ſua, ſed Coruini manu eſſe ſciret, regem ipſum dici, illum regnum habere, illius ductu & auſpiciis ſacra prophana adminiſtrari, pacem ac bella agitari, illius præſidijs oppida, & munitiſſimas regni arces teneri, diutina dominandi aſſuetudine inſoleſcentem illius animum, minores contemnere, parem non ferre, neq; maiorem niſi titulotenus, laturum. Iam eò potentiam Coruini progreſſam, vti beneficia regni pleraq́; non iam regi, ſed ipſi accepta ferantur, quorum gratia, qui ſibi quam plurimos deuinxerit, nec difficilè illi fore, ſceptrum regi è manu eripere, coronam ex capite decutere, neq; apud ſe dubium eſſe, quin ad regnum adſpiret Coruinus, vel Turci virib⁹ & auxilio in hoc vſurus. His tum calumnijs, Coruinum regi inuiſum & ſuſpectum reddebat Cilienſis, ijs propè artibus vſus, quibus eum Eitzingerus deiecerat, pari imò maiori ſtudio nocendi (neq; enim ad cædem vſq; deſæuiebat ille) ſed diſpari exemplo & euentu. Quæ enim de comite dicebantur, vera ferè erant, quæ de Coruino, mendacijs & calumnijs referta, neque comiti ſucceſſit conatus, vt Eitzingero; quod ille ob faſtum & facinora caſtigandus erat, Coruinus de deo & hominibus benè meritus, dei ope tutus, ab inimici inſidijs vindicaretur. Perſuaſus à comite rex, vti periculum, quod ſibi immineret, in autorē verteret, per literas Coruinum Viennam ad ſe euocat. Is verò fraudem parari admonitus, & comitis animum probè cognitum habens, reſpondet,

*Cilienſis Coruinum in odium adducere ſtudet*

*Inuidia gloriā comitatur.*

*Cilienſis in Coruinum calumniæ.*

*Coruinus Viennam euocatus fraudem ſentit.*

Ayuntamiento de Madrid

ſpondet: regi ſe in Hungaria pariturum & dicto audientem fore, extra regni limites egredi, quando nulla officij ratio id poſtularet, nec ſatis tutum neq; integrum eſſe. Comes hanc doli machinam fruſtra admotam eſſe iniquo animo ferens, tum demum regi ſuſpicionem confirmabat, prohiberi ipſum aut faſtu aut metu, ne veniat, quorum hic ex conſcientia, concepti animo ſceleris prodiret, ille contemptum regis, & ſui fiduciam præ ſe ferret. Statuit deindè ſecundò experiri fortunam, & in oppidum Coche, quod in Hungariæ finibus ſitum eſt, cum ſuis profectus, gubernatorem ad colloquiũ vocat, quò ſi veniſſet, aut Viennam pertrahi, aut in oppido occidi poſſe ratus. *Cilienſis inſidiæ eluſæ.*

Nefarium hoc eius conſilium, gubernator ſua induſtria eluſit, cum enim propè oppidum veniſſet, in apertum campum, nec vllis oportunum inſidiis, euocauit, neque oppidum ingredi voluit, contendens: legatorum eſſe, vti eos adeant, ad quos miſſi eſſent, in Hungariæ regno regis ſe perſonam referre, nemini præterquam ipſi cedere, Cilienſis contrà indignum hoc, & infrà dignitatem fore contendebat, ſi princeps ipſe & illuſtri ortus familia, nouum hominem adiret. Ad hæc reſpondiſſe Coruinum ferunt, non maiorum ſed ſuam cum ipſo perſonam conferri debere, cuius virtute & armis fœliciter in Turcam prolatis, hoc eſſet conſecutus, vti ſuę familiæ decus ab ipſo initium caperet, cum in illo maiorum gloria finiretur. Ita re infecta vtrinque diſceſſum. Tandem verò cum eum rex identidem per literas euocaret, proceres quidam Hungariæ indignum eſſe dicunt, non parere regi. gubernatorem, cuius authoritate hoc munus adminiſtraret. Eorum exhortatione tandem motus, rege per comitem promittente, publicæ fidei tabulas ſeſe obuiam miſſurum, Coruinus ſe in viam dedit. Viennam propius accedenti, Cilienſis Lambergerum, cætera egregium, obuiam cum mandatis mittit, qui iter accelerare iuberet, iam enim regem ipſum illi occurſurum. Coruinus cum in plana ventum eſſet, neque regij apparatus quicquàm appareret, neq; tabulæ promiſſę redderentur, nonnihil addubitans, ac multa cum animo ſuo reputans, in proxima quadam villa ſubſiſtit. Aduolat eò Cilienſis, regem ob ęſtus vehementiam intra vineta ſe recepiſſe referens, ibi aduentum ipſius operiri, fiduciæ tabulas apud ſe retinuiſſe. Coruinus, id quod erat, inſidijs ſe peti ratus: Lambergere, inquit, ſatiſ- *Non ort⁹ ſed virtus nobilitat.* *Coruino ĩſidias ſtruit Cilienſis.* *Fraudẽ depræhẽdit Coruinus.*



Ayuntamiento de Madrid

ne tuta ſunt omnia? an præter morem tuum mihi mentitus es? Ibi Lambergerus ingenuè fatetur, nihil ſe de rege ſcire, à comite miſſum, quæ ille iuſſerat dixiſſe, qui cum præſente expoſtulare liceret. Hinc ad comitem conuerſus Coruinus, grauiter in eum inuehitur, depræhenſam nunc fraudem dictitans, & absq; rege eſſe datu-rum perfidiæ pœnas, impoſterum caueret malo, néue ſub conſpectum rediret.

*Coruinus in Cilienſem inuehitur.*

Hæc vbi dixiſſet, multa excuſare volentem relinquens, abiit. Ab eo tempore, Ladiſlaus aliorum quoque optimatum conſilia admittens, cùm videret ſui æſtimationem ea in re laborare, mitiùs cum Coruino agendum decreuit, neq; ad vnius arbitrium omnia eſſe exequenda. Coruinus quoque de regis animo certior, arces nonnullas vltrò poteſtati illius permittit, ſeruatis ſibi illis tantum locis, quæ Turcarum iniuriæ oportuniora, armato præſidio opus habebant. Mathiam item filiorum alterum (qui rex poſtea fuit) in aulam mittit, inter nobiles adoleſcentulos, qui regi famulantur, educandum. Pôſt paulò Rex in Hungariam profectus, ad Idus Februarias Budam, regni tunc metropolim, cum magna procerum caterua ingreditur. Coruinus per id tempus aberat in inferiori Hungaria (vti nunc vocant) omnia contra Turcę violentiam muniens, delectum militum agens, & præſidia ſuis locis diſponens. Is ſtatim atque regem adueniſſe audiuit, ne ſuo deeſſet officio, néue pręſentiam regis ſubterfugere, & iniectam à Cilienſi ſuſpicionem affectati regni, confirmare videretur, cum lecta commilitonum manu, Budam venit. Rex eum vultu ſatis benigno excepit. Idem & alij, qui cum rege erant fecêre. Solus Vdalricus Ciliæ comes ira atq; inuidia plenus, tranſuerſis eum oculis adſpiciebat. Complures illic dies inter aulicos verſatus, ingruente à Turcis metu, Coruinus ad defenſionem finium adcurrit, rege prius admonito, vti Budæ ſubſiſteret. Is verò Hungarorum fidem ſuſpectam habens, Cilienſis ſuaſu, ſub venationis ſpecie egreſſus, Viennam rediit. Ingens eo tempore bellũ Chriſtianis mouebat Mahomethus Turcarum tyrãnus, qui Amurathi ſucceſſerat. Is poſt deuictam Conſtantinopolim, nihil iam viribus ſuis infectum eſſe putans, Hungariæ regnum iam animo inuaſerat. Itaq; cum centum quinquaginta hominum millibus ex Thracia ſuperato Hemo per Triballos & Iſtrum mouens, Albam Græcam (Taururum olim nũc Belgradum)

*Mathias Coruinus.*

*1456.*

*Ladiſlaus Budã proficiſcitur.*

*Mahomethus.*

gradum) nobilem ad Danubij Sauiq; confluentes ciuitatem, dura obſidione cingit. *Alba Græca obſeſſa.*

Per eos dies Calixtus Tertius P. M q. Nicolao ſucceſſerat, miſſo in Germaniam legato, Ioanne S. Angeli Cardinale, multos in Turcicam expeditionem excitauerat, qui nullo priuati commodi emolumento, ſed pietatis ſtudio, in hoſtem Chriſtiani nominis profecti, ex re ipſa Cruceſignati appellabantur. In Hungaria quoque Ioannes Capiſtranus Franciſcani ordinis frater, piis pro cõcione exhortationibus exhortabatur. Mox verò, vbi obſideri Belgradum audiuit, cum iis quos ſecum habebat Cruceſignatos, eò pergit. Coruinus item, coactis quas poterat copiis, accurrit, Turcarum claſſe, quæ in Danubio erat, vi perrupta, in ciuitatem ambo euadunt, ſuos ad defenſionem animant. Coruinus priſtinæ virtutis partæq; bello gloriæ memor, arcem munire, oppidi loca omnia inſpicere, collapſa pro præſenti copia inſtaurare, præſidia & bellicas machinas idoneis locis diſponere, nihil ad optimi Imperatoris artes reliqui facere. Capiſtranus exhortari, orare, obſecrare, æternæ ſalutis præmia pugnantibus promittere. Aderant duo interpretes, per eos quà Germanos quà Hungaros adlocutus ad virtutem & conſtantiam incitabat. Interim Mahomethus tantulum oppidum conatibus ſuis moram obijcere indignatus, omnibus ſimul copijs oppugnationem vrgere ſtatuit, eo conſilio, vt ſuccedentibus ſemper in vulneratorum & fatigatorum integris, noſtri, qui virtute ſuperari non poterant, numero vincerentur. Chriſtiani verò mira animorum alacritate ac conſtantia, Turcarum impetum vndique repulêre, Coruino omnia & Imperatoris & militis munia exequente, ac Capiſtrano ad vincendum aut fortiter pro Chriſti nomine moriendum exhortante: Duobus muris cinctum erat oppidum, quorum anteriore vi tormentorum perrupto Turci ſeſe infuderant. Hos, qui ex noſtris in ea pomerij parte erant cum magna clade repulêre, quorum fortunam ſecuti cæteri oppidani, longiùs ab oppidi mœnibus progreſſi, atrox cum hoſte prælium in patẽti campo conſeruêre, in quo Mahomethus, accepto ad oculum vulnere, caſtris incendio corruptis, & machinis bellicis relictis, abire coactus eſt. Hanc victoriam (quam alij pluribus celebrauêre) diuinis magis quam humanis viribus tribuendam, & victi & victores faſſi ſunt. Pontifex Roman. de ea ex

*Cruceſignati.*

*Coruini & Capiſtrani opera ſtrenua.*

*Mahomethus vulneratus fugit,*

Ioanes Carvo Jal Hispanus, episcopus Placentinus.



Ayuntamiento de Madrid

Capiſtrani literis certior factus, in rei memoriam diem illum, qui erat Auguſti ſextus, transfigurationi Chriſti domini ſacrum eſſe iuſſit.

*1456.*
*Io. Huniad. Coruinus moritur.*

Poſt hanc victoriam Ioannes Coruinus, febri ardentiſſima correptus, in oppido Semlino, quò ex Medicorũ conſilio deportatus erat, animã Deo, cui militauerat reddidit, publicum Hungaris luctum relinquens. Capiſtranus, qui commilitoni morienti adfuerat, nõ multò pòſt & ipſe fatalem diem obiit.

*Ioã. Capiſtrani mors.*

Illuxit per eoſdem dies, dirus & nunquam viſus terris impunè Cometa. Ladiſlaus rex vbi hæc accepit, variè affectus eſt: ſicuti enim ingens ex victoria gaudium, ita non minorem ex victorum obitu dolorem percepit. Coruini deſiderium leuabat Cilienſis, qui immortales inimicitias gerens, ſublatum eſſe illum dictitabat, per quem ſteterat hactenus, quò minùs rex Hungariæ regno frui potuiſſet. Gaudebat verò ille non tàm cladeTurcarũ, quàm æmuli morte, iamq; gubernatoris munus ſibi promittebat. Qua in re ne impediretur, omne odium, quo Coruinum dum viueret perſecutus fuerat, in eius filios conuertit. Id adeò non diſſimulare potuit, vti palàm aliquando dixerit, breui ſe caninum iſtud genus ex Hungaria profligaturum. Hi erant filij duo Ladiſlaus & Mathias, egregia vterque indole, & patre optimo non indigni. Maior Albanam arcem, pręſidio munitam, tenebat.

*1457.*
*Lad. in Hungariam profectus conuentũ agit.*
*Ladiſlaus Coruinus.*

Rex ſequente anno, vti mortuo gubernatore, omnia in Hungariæ regno præſens conſtitueret, cum numeroſa cruceſignatorum manu, per ſecundum Danubij amnem Budam profectus, ad Futacum Bachienſis agri oppidum, conuentum omnium ordinum indixit. Cõueniunt illò reguli & proceres complures, quos inter & Ladiſlaus Huniades Coruinus aderat, cum lectiſſimo equitatu, iam à paternis amicis monitus, vti Cilienſis inſidias caueret. Rex eum læto gratoq; vultu excepit,

*Ladiſlaus Albã græcam inuiſit.*

breui ſe Albam venturum indicat, vti locum victoria celebrem videat, ſpoliaq; & manubias Turcis ereptas percenſeat. Domum igitur progreſſus Ladiſlaus, iterum admonetur, à Cilienſi regem quoq; alienatum, arcem illi erepturum, & Germanis eam traditurum. Itaq; regem ſtatim vti condixerat ſubſecutum, in arcem cum purpuratis ac togatis admittit, excluſis qui cum ferro ſequebãtur cruceſignatis: quorum circiter quatuor millia erant. Mox verò vti inuidiam eius facti leniret, regem acceſſit, claues arcis illi obtulit,

ſeq;

Ayuntamiento de Madrid

ſeq; arcemq; in ipſius poteſtate fore dixit, Cilienſis odio & inſidiis vitam ſuam peti, quem metuens armatos excluſerit, orare ne Huniadis prolem deſerat. Rex clauibus redditis, bono illum animo eſſe iubet. Cilienſis interim regem in odium iuuenis inſtigare non deſinit, audax eſſe facinus dicens, regem ab armatis interceptum tenere. Ladiſlaus & ipſe de vita ſollicitus, amicorum conſilia exquirit, inter quos Ioannes Veteſius præſul Varadinus cædem ſe comitis nec ſuadere, nec ſi facta fuiſſet improbaturum dixit. Cæteri trucidandum eſſe inimicum, & in eo quod meditaretur ipſe præueniendum, authores erant.

*Io. Veteſij de occidendo Cilienſi conſilium.*

Hoc facinus animo iam deſtinatum, maturare impulerunt comitis literæ à Ladiſlai famulo in itinere interceptæ, quibus Deſpoti ſocero ſuo ſcripſerat, ſe cumprimum Albam cum rege veniſſet, duos illi globulos miſſurum, quibus ludendo oblectaretur, duo Coruinorũ capita hoc ænigmate innuens. Ladiſlaus his literis exacerbatus, ferijs Diuo Martino ſacris, dum rex ſacris intereſſet, comiti à procerum cœtu accerſito, obuius literas oſtẽtat, proditorem inclamat, vindictæ diem adeſſe ingemminat. Comes retortis in ipſum conuicijs, dandum aut hauriendum eſſe ſanguinem videns, arrepto è manu armigeri gladio, obiectam ictui manum ſimul & caput Ladiſlai vulnere perſtringit, qui educto & ipſe gladio, lorica tectum fruſtra percutit, donec Hungari ſatellites ad clamorem exciti, ſtrenuè obluctantem comitem, vulneribus aliquot confecère. Cæde perpetrata, Hungari vnà cum Ladiſlao ad Regem accurrunt, interfectum regni hoſtem nefarium hominem, meritas expendiſſe flagitiorum pœnas, dignumq; factis vitæ exitum inueniſſe clamitãt. Solum illum inter togatos loricatum, priorem Ladiſlao vim attuliſſe, teſtari vulnera, quæ videantur, neque literas ab ipſo ſcriptas refelli poſſe. Publicæ quietis perturbatore ſublato, ſeq; regnumq; omne in regis poteſtate fore.

*Aenigma.*

*Cilienſis occiditur.*

Rex acerbiſſimo caſu perturbatus, dolorem, iram, metumq; vehementiſſimos affectus, magno animo diſſimulans, iure cęſum pronunciat. Ab amicis monitus, vti conſtanti animo caſum ferret, patiundum eſſe quod mutari nequeat reſpondet, neque enim auunculo vitam reddi poſſe, de reliquorum ſalute Deum curaturum. Ob audaciam tamen facinoris, nõ diutius inibi morandum ratus, comitis funere Ciliam ad ſepulturam auferri iuſſo, Alba relicta,

*Cilienſis funus Cileiam deportatur.*

Ayuntamiento de Madrid

*Themiſuarum.* licta, Themiſuarum iter inſtituit. Proſequitur euntem Coruinus, alijq; Hungariæ reguli, quos inter præcipui erant: Ladiſlaus Garus comes palatinus, qui Huniadi filiam deſponderat, Michaël Orzagus, & Paulus Banfy, veteres Ioannis Coruini amici, & qui *Io. Huniadis vidua.* in ipſius contubernio diu militauerant. Ad oppidum cum veniſſet rex, obuiam illi venit Coruini vxor, cum Mathia filiorũ altero, & puellis aliquot, quæ pullas veſtes induta, ad genua regis accidens, multis cum lachrymis ſeq; liberosq; ſuos illi cõmendat: imprimis verò Ladiſlao veniam coactæ cædis exorat, neue Coruini merita ac virtutes, ex animo aboleri ſinat obteſtatur. Rex humo leuatam conſolatur, ſeque ipſam matris, filios fratrum loco deinceps habiturum pollicetur, quare lugubri habitu depoſito, mor- *Regis de Ioanne Coruino teſtimonium.* tuum eum deplorare ſuperſedeat, quem Chriſto viuere nemo dubitaret. Ita vixiſſe Coruinum, vti memoriæ ipſius gratulandum potiùs, quam indolendum ſit. Supereſſe ex ipſo filios, qui patris virtutem æmulati, deſiderium eius lenire poſſint, eorum maiori cædem ſe condonare, delicti gratiam facere. Hæc & alia cum dixiſſet, purpureas ſericasq; veſtes auro intertextas, promi iuſſit, quas viduæ eiusq; filijs dono dedit, eumq; diem feſtum cum ipſis egit, inde Budam redijt. Comites ſe regi adiungunt Coruini fratres, omnia ſibi tuta promittentes. Neq; ipſis abs rege timendum aliquid erat, niſi à proceribus aliud, quam in animo haberet, perſuaderetur. Adoleſcens enim ipſe, nec vllo rerum vſu præditus, facilè illorum authoritate & conſilijs mouebatur, quos vti annis ac dignitate cæteros anteire videbat, ita non niſi ſaluberrima quæq; ſuggerere putabat. Erant in aula regis nonnulli, quibus vetus cum *Coruinorũ potentia multis inuiſa.* Cilienſi neceſſitudo fuerat, multis Coruinorum potentia grauis & inuidioſa videbatur, timentibus, ne ſi Ladiſlaus ad gubernationis munus euehatur, nimis iuueniliter dominatione abuteretur. Hi regis animum, ad perpetratę cędis vindictam, ſollicitabãt, audax id facimus fuiſſe, impunitatẽ maiores illis animos pariturum, occurendum eſſe Coruinorum potentiæ, qua freti, ne de regno occupando conſilia aliquando ineant, cauendum. Inter alios ve- *Ladiſla⁹ Garus.* rò Ladiſlaus Garus præcipui nominis vir erat, ex cæſi comitis ſorore genitus, is etſi Coruino, vti ſupra diximus, filiam deſponderat, auunculi tamen cędem ægrè ferens, fluctuantem regis animũ, ad ſumendam de genero (qui nondum filiam traduxerat) vindictam



Ayuntamiento de Madrid

ctam confirmabat. Cum enim rex, ad opprimendam fratrum factionem, non ſatis ſibi virium adeſſe diceret, ſubiecit Garus, nihil ob eam rem cunctandum, ſatis ſuperq; præſidij in Giſcra eſſe, qui cum Germanis cruce ſignatis Peſthi ſubſtiterat. Itaque perſuaſo iam rege Giſcram cum militibus arceſſiri & clàm in arcem intromitti placuit.

Interim Coruini fratres, ſecuri degebant, & officij cauſa cum æqualibus ſubindè regem viſebant nihil timentes, & eorum, quæ mater abeuntibus præcepta dederat, parum memores. Ea enim materna ſollicitudine, ſiue augurio quodam ducta, multis cum lachrymis vtrunq; monuerat, ne vnquàm ambo ſimul in aulam ſe conferrent. Cùm igitur de more in regiam veniſſent, occluſis portis, ac militibus ex latebris prodeuntibus, in vincula conijciuntur. Capti cum illis quotquot aderant amici, qui aut cædis conſcij, aut adminiſtri fuiſſe putabantur. Inter eos præcipui fuêre Ioannes Varadinus Epiſcopus, Sebaſtianus Roſgonius, Ladiſlaus Caniiſa, Paulus Madaratzius, ac alij nonnulli honeſto loco nati, ac egregia ſub Ioanne Coruino militia functi. Tertio poſt die, qui erat duodecimus Calen. Aprilis, Ladiſlaus Coruinus capitali ſupplicio afficitur, indignãte ac multa in regem ipſum cæteroſq; proceres conuicia iaciente plebe. Varadinus poſtea intercedente S. Angeli Cardinali vinculis exemptus, ac Strigonienſis Metropolitæ iudicio permiſſus fuit. Reliqui captiui, exceptis Mathia Coruino & Madaratzio, noctu quadã effractis clauſtris, euaſêre. Rex verò, ne quid illi qui euaſerant molirentur, veritus, reliquos duos ſecum abducens, Viennam ex Hungaria reuerſus eſt.

*Maternum conſilium contemptum.*

*Ladiſ. Coruinus capite plexus.*

Dum hæc in Hungaria geruntur, Fridericus Imperator, audita Cilienſis cæde, quod eius ditiones ex veteri quadam conuentione ſuas eſſe contenderet, (neq; enim prolem reliquerat Vdalricus) Cileiam primam regionis vrbem profectus, fidelitatis ſacramentum à ſubditis exigebat. Indignè eam rem ferebat Vdalrici vidua, Georgij Seruiæ reguli filia, & qui cum Ladiſlao rege ſentiebant, inter quos præcipuus erat, Cunradus Holzerus Hubarum (vt vocant) præfectus. Hi clàm literas ac nuncios mittunt ad Ioãnem quendam Vitobitium Boëmum, qui antea ſub Vdalrico ordines duxerat, omniaq; viarum compendia & diuerticula, multo vſu cognita habebat, quo in loco res ſit docent, facilè ſi cum paucis de

*Frid. Cæſar Ciliæ comitatum occupat.*

*Cunradus Holzerus.*

*Io. Vitobitius.*

Ayuntamiento de Madrid

cis de improuiſo aduolet, vel ipſum Cæſarem, vel præcipuos eius conſiliarios à defenſoribus imparatos capi poſſe, quam rem Ladiſlaum regem magnã æſtimaturum, multisq; præmiis remuneraturum. Vitobitius occaſione vtendum ratus, cum fida ſuorum manu accurrit, clàm oppidum ingreſſus Friderici hoſpitium perſcrutatur, ipſum non inuenit, nam paulò ante monitus in aliud hoſpitium tranſierat, Gurcenſem Epiſcopum, Ioannem & Georgium Vngnadios, & alios quoſdam capit. Lazius Fridericum narrat D. Maximiliani martyris beneficio ſeruatum: filio poſt genito id nominis impoſuiſſe. Vitobitium ferunt ab Vdalrici comitis obitu Cęſaris partes ſecutum prius, inſtinctu eorum, quos dixi, fidem illi per literas renunciaſſe, quas nondum redditas ipſum præueniſſe. Fridericus poſteà Cilienſem comitatum, in ſuam poteſtatem redactum, Stiriæ partem eſſe iuſſit.

*Frid. Cæſaris periculum.* 1458.

*Ciliæ comitatus Stiriæ coniunctus.*

Interim Viennæ de vxore regi deligenda, proceres conſultabant, cuius ætas matrimonio ſatis matura, & animus à re vxoria non alienus eſſe videbatur. Cum enim in publico conſilio propoſitum fuiſſet, ſummam in eo reipub. felicitatem verti, neque aliud magis ſubditos in officio continere, quam vt prolem ex principe ſuo natam, quamprimum videant; Rex quotquot aderant, ſententias quemq; ſuas expromere iubet, ex qua potiſſimum gente vxorem eſſe ducendam arbitrarentur. Re inter proceres diu agitata, cum non deeſſent, à quibus gener vltrò etiam peteretur, ſola ad ætatem formam & genus ipſius cæteris omnibus dignior viſa eſt, Magdalena Caroli Septimi Gallorum regis filia. Mittuntur vtrinq; legati, inter quos de affinitate facilè conuenit. De loco verò, vbi nuptię eſſent celebrandę, maior oriebatur diſceptatio, certatim enim Hungari Budam, Boëmi Pragam, Viennam Auſtriaci nominantes tantæ ſolemnitatis decus ſuum facere ſtudebant. Ea diſceptatio ne contentionem excitaret, in aliud tempus dilata eſt.

*Ladiſlao deſpõdetur Magdalena Francica.*

Inter hæc præcipiti iam æſtate, Georgius Podiebradius regni Boëmici gubernator, cum octingentis equitibus in Auſtriam venit, & caſtris haud procul Vienna ad ſiniſtram Danubij ripam poſitis, regem ad colloquium euocat, eſſe ardua quædam, de quibus cum eo ſolum agere ex rep. eſſet. Superbum hoc nimis atque indignum rex quiq; cum eo erant putare, ipſum in vrbem vti veniat petere. Is verò & Viennenſium fidem, vti antea ſemp, ita tum quoque

*Podiebradius regẽ ad colloquiũ euocat.*

Ayuntamiento de Madrid

quoque ſuſpectam dicere, adhæc quæ præter regem nemini cre- *Viennẽſium fi-*
diturus eſſet adferre, & Danubium ſe tranſmiſſurum negare. Sunt *des Podiebradio*
qui aulicos proceres quoſdã Georgio ſuſpectos, alij Ladiſlai Cor- *ſuſpecta.*
uini ſupplicium, terrori fuiſſe putant. Rex cum neque Viennam venturum, neque per internuncios acturum videret, quæq; ab eo adferebantur audiendi cupidus eſſet, peruicatia eius victus, cum tribus hominum millibus ſed inermibus, togatus ipſe ad armatũ ire perrexit, multis eam rem indignè ferentibus, ac infra dignitatẽ regiam eſſe dicentibus. Quatuor diebus habitum colloquiũ pro- *Colloquiũ regis*
didit Syluius, noctu regem in vrbem reuertiſſe. Primo die cõgreſ- *cũ gubernatore.*
ſum publicum fuiſſe, mutuas ſalutationes, & honorẽ regi habitũ, altero & tertio binos vtrunq; arbitros colloquio adhibuiſſe, quarto ſolos conueniſſe: ex vltimo colloquio Georgius triſti vultu minabundus retrò Morauiam verſus abijt, rex Viennam reuerſus eſt. Erat in Georgij comitatu Vdalricus Eitzingerus, qui paucis die- *Eitzingerus re-*
bus poſt regi conciliatus eſt, quod ſublato iam ęmulo facilè obti- *gi conciliatur.*
nuit. Quid verò tum inter regem ac Georgium actum ſit, ad paucorum conſcientiã perueniſſe crediderim: de regis itinere in Boëmiam, deq; nuptijs Pragæ celebrandis vulgò erat coniectura. Rex verò cum animo ſuo reputans, quàm incommodum ſuis rebus eſſet, poſt alienatos in Hungaria multorum animos, in Boëmia quoque eum ſibi aduerſum habere, qui maximis opibus polleret, & in cuius manu Boëmici regni ſumma foret: itaque quoſdam ex ſuis ad ipſum mittit, qui abeuntem aſſecuti, cum vti rediret per- *Offenſum gu-*
mouere non poſſent, id quod iuſſi erant animum eius pacatum *bernatorẽ rex*
reddiderunt, & ante proxima Martinalia regem in Boëmiam ven- *placat.*
turum polliciti ſunt, & nuptias Pragę celebraturum. Hęc ferè Syluius & qui eum ſecuti ſunt, Bonfinius ac Dubrauius ad hunc modum: etſi manuſcripta quædam in conuentu publico Neoburgi adfuiſſe Georgium, & cum rege præſentem egiſſe, referunt.

Ladiſlaus indè rebus Viennæ conſtitutis, ante promiſſum *Lad. rex Pragã*
tempus iter in Boëmiam parat. Pragam ingrediente rege Nico- *ingreditur.*
laus quidam, qui ex aſtrorum poſitu futura diuinare ſolitus erat, malè de ipſius aduentu ominatus, paucis terrori, plurimis riſui ac ludibrio fuit; nam eiuſmodi prædictiones vtiq; plerumq; vanæ *Præſagium.*
ſunt, ita vix niſi poſt rei euẽtum, aliquid fidei nanciſcuntur. Cum primum verò Pragam ventum eſt, ilicò legatos ire in Gallias placet,



Ayuntamiento de Madrid

cet,qui matrimonij pactis denuò confirmatis ſponſam adducant. Legationi præficitur Vdalricus Nuſdorffius Epiſcopus Patauienſis, opibus authoritate ac facundia clarus, cui collegæ adiunguntur prçſul quidam Hungarus,&Sdenco Sternbergicus,inter Boëmiæ regulos magnificentia conſpicuus. Ea legatio & noſtris hominibus & Gallis viſa eſt longè pulcherrima,in qua viſebantur ex omni nobilitate delecti Hungari ducenti, Boëmi item ducenti, totidemq; Auſtriaci, quibus Vdalricus centum ex Patauienſibus ſuis adlegerat.Septingenti igitur equites, eximiis veſtibus auroq; & gemmis culti,in Galliã abiêre, matronæ item ac virgines quadringentæ,multi currus & lecticæ inauratæ, octoginta equi candidi, veſtes pretioſæ aliaquè dona ſponſæ adiecta. Dein legati ad Cæſarem quoque mittuntur, Vdalricus Eitzingerus ac alij nonnulli, videbat enim Ladiſlaus ob Turcarum potentiam,Hungariæ regno imminentem, Cæſaris agnati amicitiam ſibi oportunam eſſe.Itaque poſt longam diſceptationem,adnitentibus legatis pacis & concordiæ leges perſcriptæ, & ab vtroq; comprobatæ ſunt. Ne verò quicquam eorum concordiam deinceps impediret,legati Petouionem profecti Vdalrici viduam,ac Ioannem Vitobitium Cæſari conciliant, & Vitobitius arces bello captas reddit, ac Cæſarianos ex vinculis dimittit. Gurcenſis antea pecuniæ ſatis magna ſumma ſe redemerat.

*Legatio regis in Galliam.*

*Legationis ſplendor.*

*Cõcordia inter Cæſarem ac Ladiſlaum.*

Inter hæc crebri ex Galliis nuncij adferunt,legatos honeſtè à rege exceptos,magna liberalitate tractari,magnam principum ac nobilium frequentiam conueniſſe, qui plerię; omnes animo deſtinaſſent,reginam ſponſam in Boëmiam vſque comitari, ac nuptiarum celebritati intereſſe.Hac fama perturbatum gubernatorem ferunt:tum demum cogitaſſe,eam hominum multitudinem regno & oneri & ſumptui futuram. Roggezanum verò magis etiam timuiſſe, ne aduentu tot principum ſuæ factionis vires infringerentur.Iam enim de fœdere contra Turcos feriundo rumor erat, cui de extirpandis hæreſibus aliquid ferè adiungi ſolemne tunc erat.Ladiſlaus verò lubenti animo hæc audiens, bonæq; ſpei plenus,omnia magno ſtudio parari iuſſit, quæ ad excipiendam ſponſam,eiusq; comitatum requirebantur. Mittuntur legati, qui Imperatorem, qui regem Poloniæ Caſimirum, qui Bauariæ,Saxoniæ,Brandemburgi,Rheniq; ac aliarum prouinciarum principes ad

*Boëmis tàm numeroſus peregrinorum hoſpitũ aduentus ſuſpectus.*

pes ad

pes ad nuptias conuocent. Inter hos apparatus ac magnarum rerum expectationes, rex ſubito quodam morbo correptus, apud primæ admiſſionis familiares, ſtatim cōfeſſus eſſe dicitur, ex morbo præſentem ſibi mortem imminere. Ne tamen in vulgus ea fama ante tempus publicaretur, cœna de more ſumpta, cum ijs qui aderant nonnihil collocutus, tantum ſtomachũ dolere affirmans, cubitum ſeſe compoſuit, omnibus abire iuſſis, qui poſt ſomnum melius fore rati, paruêre.

*Ladiſlaus ſubito morbo corripitur.*

Mox augeſcente dolore excitatus, ne alicui moleſtiam exhiberet, ſolitum ſurgendi tempus expectare voluit. Accerſuntur primo diei crepuſculo medici, præparantur remedia, diſcurritur, trepidatur, nihil proficitur, vis morbi omnem ſuperat induſtriã. Accurrit inter primos Podiebradius, quem ſubito malo turbatum (vt videbatur) rex manu præhenſum obteſtatur, regnum curet, vim & iniuriam ab ijs prohibeat, atq; ſaluos ac incolumes dimittat, quos ex Hungaria Auſtriaq; ac cæteris ditionibus ſecum adduxerat. Georgius ſolari, melius ſperandum dicere, ea ætate ipſum eſſe, vt morbo ſuperato multos annos regnare poſſit. Rex & morbi violentiam ſentire ſe, & ſi quæ oratus erat faceret, breui pro eius ſalute apud deum interceſſurum affirmabat. Non potuit tenere lachrymas Georgius, & de valetudine meliùs ſperare iuſſo, de ſe ſuaq; fide liberaliter promiſit. Finito ſermone, intromiſſis ſacerdotibus, de curatione animæ actum: Rex ornamenta ſua Pragenſi Eccleſiæ legat, ac ne vlla amplius mundi ſupereſſet vanitas, crines, quos fulgentis auri inſtar habebat, amputari iuſſit, deinde vltimis ſacris perfunctus, candelam benedictam petit, eam manu præhendens, & ſaluatoris imaginem intuens, orationem Dominicam, ad finem vſq; perduxit: & pronunciatis vltimis verbis, ſed libera nos à malo, nihil amplius locutus: ſed quieſcēti ſimilis, ſexta & trigeſima hora, quam ægrotare cœperat, animam deo reddidit. Incidit ipſius mors in Idus Nouembris, anni ab orbe redempto, milleſimi quadringenteſimi quinquageſimi octaui. Corpus eius regia pompa elatum, in arce Pragenſi, apud Carolum Quartum proauum, ſepelitur. De morbi genere, quo ſublatus eſt, neq; tum neque poſtea certi aliquid conſtitit, & in eiuſmodi rebus tutius eſſe rerum ſcriptores putant, famam citare teſtem, quàm ipſos aliquid affirmare. Cruditate ſtomachi nonnulli, peſte alij peremptum

*Ladiſlaus duo à Podiebradio petit.*

*Ladiſlaus moritur, 23. Nouẽbr. anno 1458.*

*De morbi genere nihil certi cōſtat.*



Ayuntamiento de Madrid

emptum volunt, eiusq; indicia apparuiſſe circa inguina. Medici Germani, quorum opera præcipuè vſus fuerat, veneni ſuſpicionē feciſſe perhibentur, poſtquā ex Boëmia ad ſuos rediêre. Id vulgus pro certo appræhendit, veréne an ex odio Boëmicæ gentis, cui tum ea propter relligionem obnoxia erat, incertum. Boëmi certè iniuriam hic ſuis hominibus fieri affirmant.

*Nihil ſpei in humanis collocandum.*

Obijt nobiliſſimus adoleſcens, duodeuigeſimo ætatis āno, in quo mors omnium mortaliū ſpem eludens, nullā in rebus mortalibus ſpem collocari debere, ſatis declarauit. Siue enim nataliū ſplendorem aliaque fortunæ dona, ſiue formæ decus, moresq; ac virtutes, cęterasq; tam animi quam corporis dotes, ſiue ętatem rebus gerendis integram, conſideremus: omnia hæc in illo abundè fuêre; quem tamen non diutiùs ſupereſſe placuit illi, cui quicquid placet non niſi iuſta de cauſa placet. Sed ne longior ſim, formam corporis eius & hæc ipſa latius deſcripta, qui volet, ex Bonfinio ac alijs petat. Morte Ladiſlai audita ingens per totam Europam dolor Chriſtianorum principum animos inuaſit. Sperauerant enim ex ipſius & Gallorum regis cōiunctione, eas vires coalituras, quibus Turcarū impetus à noſtris finibus ſubmoueri poſſet. In Gallia certè nō minor quàm in Boëmia luctus fuit. Hungari quò minus ereptum ſibi regem dolerent, in cauſa erat Ladiſlai Huniadis mors, vulgi animis etiamnum obuerſans, præter illos, qui Coruinis inimici fuerāt, nam ij luctum agitabant. Auſtriaci verò mœſti nouos tumultus, bella inteſtina, agrorum deuaſtationes, rapinas, latrocinia, aliaq; incommoda ſibi patriæq; ominabantur, angebatq; ipſorum animos, quòd ad Fridericum ſeſe iterum deuolutos cernerent, quem hoſtem paulò ante ſibi ac meritò infenſum reddiderāt. Igitur & regis fatum, & ſemetipſos miſerebantur, omnēq; culpam in eos conferebant, quorum impulſu rex Pragam iuiſſe, eumq; nuptijs locum deſtinaſſe credebatur. Itaq; cùm per eoſdem dies Eitzingerus à Cęſare Viennam rediiſſet, multorum conuicijs impetitus eſt, quod Regem Pragam deduxiſſet, Boëmis vti agnū mactandum obieciſſet. Has populi voces magiſtratus inhibuit, non tam in gratiam Eitzingeri, quàm ne Boëmi irritarentur, quos pacatos ſibi vicinos quam infenſos eſſe malebant. Ladiſlao vita functo, tres omnino hęredes ſupererāt, pari ipſum agnationis iure contingentes; Fridericus Imperator, Albertus Sextus eius frater, ac

*Luctꝰ ingens ob mortē Ladiſlai regis.*

*Auſtriaci nouos tumultus timent.*

*Ladiſ. tres reliquit hæredes.*



Ayuntamiento de Madrid

ter,ac Sigiſmundus Tirolenſium princeps,vtriuſq; patruelis,quibus omnibus idem qui Alberto Ladiſlai patri proauus fuerat, Albertus Sapiens,quem & contractum vocant.

Inter hos de diuidenda hæreditate magna extitit controuerſia,Fridericus enim natu maximus, Auſtriam ad ſe trahere nitebatur. Albertus verò ſuorum conſilijs inſtructus,ſatis illi prouinciarum eſſe dictitabat, primigeniorum iura in paternæ hæreditatis diuiſione pro eo nimium valuiſſe, ſui in alijs & Sigiſmundi rationem eſſe habendam,ad hæc tranquilliorem reip. ſtatum illic eſſe, vbi princeps ſuis adeſſe poſſet, neque ob multitudinem prouinciarum nunc hos nunc illos adire, & maxima ferè negocia per præfectos adminiſtrare cogeretur. Friderico præter paternas ditiones Imperij molem incumbere,cui vni,parem ſi ſe præſtiterit, ſatis in ea laboris ac negocij inuenturum. Hæc atque in hanc rem plura in vulgus ſpargens Albertus, hoc agebat, vti Auſtria ſibi ac Sigiſmundo traderetur,Friderico excluſo,atque ijs quæ antea habebat contento. Neq; enim dubitabat, ſi eorum opibus adiutus, quos ſibi addictos habebat, eò rem adduxiſſet,quin omnia ſibi in Auſtria prona ac facilia eſſet habiturus. Erat enim Sigiſmundus miti ac placido ingenio, quem Tirolenſium gubernatione Sueuicisq; ac Helueticis negocijs impeditum, vel Auſtriam ſibi omnem traditurum, vel eius adminiſtrationē integram eſſe permiſſurum,ſperabat.Interim qui Auſtriam eo tempore gubernabant, ne tam dubio rerum ſtatu, aut principum odium, aut aliorum repræhenſionem incurrerent, pro ſe nihil ſtatuere volentes, conuentum quatuor ordinum Viennę indixêre.Ibi cum de obſequio principibus præſtando,exquiſitę eſſent ſententiæ,omnes vno ore pronunciarunt,nulli eorum obediendum eſſe, quoad ipſi inter ſe concordes,certi aliquid ſtatuiſſent.Cum enim quilibet optimo ſe iure Auſtrię præeſſe debere contenderet,ſciri non poſſe,quis quibus ſit anteferendus, neque interim vni illorum ſeorſum, neque tribus inter ſe diſſidentibus, obediri poſſe. Igitur prouincia nulli legitimo comiſſa domino, iterū latrociniis, furtis, ac rapinis crudelius quàm vnquam antea vexari cœpta, Vdalricus Eitzingerus, Michael Burggrauius Magdemburgicus, Vvolfgangus à Vvaldſee, Bernhardus Schaunbergicus & alij quidam proceres à principibus impetrarunt,vti ſibi poteſtas gubernandę Auſtriæ traderetur,

*De hæreditate contentio.*

*Alberti turbulenta conſilia.*

*Sigiſ. Archidux leni animo.*

*Auſtria latrociniis infeſta.*

retur, quoad proximus ordinum conuentus concordiam inter ipſos ſtabiliret.

Dum hæc Viennæ & in Auſtria fiunt, Boëmi Pragæ comitia regi creando habuêre. Competitores eius regni erant Fridericus Imperator, Albertus & Sigiſmundus Auſtriaci, Caſimirus Poloniæ Rex, & Guilielmus Saxoniæ princeps. Aderant & Gallorum regis legati, cui ſpem fecerat Sdenco Sternbergicus legatus. Georgius verò Podiebradius ad regnum haud dubie adſpirans, prudenti conſilio vſus cauerat, ne quiſquam legatorum in concilium admitteretur, antequam rex eſſet declaratus. Iam enim ante notum erat, quid peterent, quasq; conditiones pro ſe quiſque adferrent. Imperator ex veteri pacto inter Boëmiæ reges & Auſtriacos, regnum non tam ſibi quam aut fratri aut patrueli petebat. Polonus & Saxo, quod minorem hic, maiorem ille Ladiſlai ſorores ambo haberent, vxorum ius hæreditarium prætendebant. Galli nullum ius, nulla fœdera, ſed ampliſſima promiſſa adferebent, ſi regis ſui filium elegerint, omnia regni debita de ſuo perſoluturũ, ante anni ſeptimi finẽ nihil tributi exacturũ, omnia regno ablata ſuo Marte ſuisq; ſumptib⁹ recuperaturum. Hos ſi in comitijs auditi fuiſſent, voti compotes fuiſſe abituros opinio erat. Anteq̃ in ſuffragia ventum eſt, quibus in domo prætoria veteris ciuitatis deſignatus erat locus, in proximum templum ordines ſupplicatũ iuêre, vbi Roggenzanus orationem habuit, qua vti præteritis exteris omnibus, præſertim Germanis genti, Boëmicæ iuratis hoſtibus, relligioni infenſis, aliquem ex ſuo corpore regem crearẽt exhortatus, Georgium gubernatorẽ ea virtute, eaq; potentia, armorumq; ac rerum gerendarum vſu præditum eſſe contendit, vti eo nemo neq; domeſticorum procerum, neq; exterorum competitorũ melior, regnoq; vtilior eſſe poſſit. Itaq; cum in curiam ventum eſſet, Georgius fauſtis omnium acclamationibus Boëmorũ rex eſt ſalutatus.

*Boëmici regni competitores.*

*Gallorum ampla promiſſa.*

*Georgius Podiebradius Boëmiæ rex.*

Circa idem ferè tempus, Hungari quoq; ad Peſthum comitia habuêre. Aderant cum Michaële Zilagio, Mathiæ Coruini auunculo Thomas Zechel præfectus Auranç, Sebaſtianus Roſgonius, Ladiſlaus Caniſa, Pancratius Zentmiclus, aliâs à S. Nicolao, ac pleriq; oẽs ij, q̃ Coruinorũ factioni ęquiores, in Ladiſlai ſuppliciũ nõ conſenſerant. Illi omnes amiſſo rege, neminem ex Germanis impoſterum eligere decreuerant. Qui ex altera factione erant, Budæ



Ayuntamiento de Madrid

in arce ſua & ipſi conſilia agitabant: cuius principes hos fuiſſe memorant: Ladiſlaum Garam, comitem palatinum: Nicolaum Vilachum Croatiæ præfectum, ſumma nobilitate pollentē, & Coruini nominis æmulatorem: Paulum Linduanum, Bani filium: cæterorumq; nobilium ordinem nō paucum. Michaël verò Mathiæ auunculus, magno exercitu Peſthum adducto, ſi qui minus vellēt, eos vi & mortis metu facilè adigebat, vti nepoti Mathiæ ſuffragiū ſuum darent. Is tum Pragæ apud Georgium regem, in libera cuſtodia erat, necdum ſuę libertati reſtitutus. Viēnam à Ladiſlao rege deductum, antea meminimus. Ibi cum relictum ſciret Georgius, quo tempore rex animam agebat, detracto illi ſigillo literas ſignauerat, quibus Viennam miſſis, Mathias Pragam perduct⁹ eſt. Sciebat enim Georgius magnam ibi prædam eſſe, & præſente pecunia illum à ſuis redimendum aſſeruabat, iamq; per internuncios ſexagies mille aureûm pleriq;, nonnulli quadragies redemptionis pretiū, pactum fuiſſe dicunt. Vbi verò ab Hungaris regem electū eſſe reſciuit Georgius, menſæ ſuæ adhibitum, ac (vt quidam volunt) ſupra ſe collocatum interrogare cœpit, ecquid tandem præmij accepturus eſſet, ſi fœlici ac inſperato ipſum nuncio bearet? Mathias re ſubita perculſus, magnas quidem res magna decere præmia reſpondet, ſe verò in aliena poteſtate eſſe, ab omni pecunia imparatum. Ibi Georgius: Salue, inquit, Mathia Hungariæ rex, non mihi pecunia tua, ſed amicitia atque adeò affinitate opus eſt, neque eas à me tibi oblatas aſpernari debes, vt quos pari fortuna deus, atque eodem tempore, ad regium culmen euexit, mutuo neceſſitudinis nexu coniuncti, alter alteri in omni vita opem auxiliumq; præſtemus. Itaque iam dein liber eſto, meamq; hanc filiam, quod fœlix fauſtumq; ſit, tibi de ſponſam habeto. Mathias accepta conditione, ac ſponſalibus ritè celebratis, in Hungariam ire perrexit, deducente ipſum ſocero ad regni fines, & magnam auri vim ab Hungaris recipiēte. Sexageſies mille aureûm numûm quidam decretum eſſe, alij quadragies prodidêre. Hæc circa anni vndeſexageſimi initium geſta ſunt. Interim proceres Auſtriaci, principum animos in concordiam redigere, omni ſtudio conati, nihil efficere potuerunt. Cumque Viennam veniſſet, Imperatori priuatæ Petri Straſſeri ædes, Alberto Pragenſis domus aſſignata eſt, Sigiſmundo Laurentius Haydemus vrbis conſul & antiquæ familiæ

*Hungari indicas factiones diuiſi.*

*Mathias Coruinus ī Hungariæ rege eligitur.*

*Georgij regi, ad Mathiā verba.*

*Mathias ī Hungariam pergit.*

*1459.*

*Petr⁹ Straſſer⁹.*

*Laur. Haydem⁹.*

familiæ patricius hoſpitium præbuit. Arx Vięnnenſis, propria principis ſedes, prouincialium firmo præſidio tenebatur, nulli aperienda, priuſquam inter ipſos conueniſſet. Conuentu procerum coacto, Vdalricus pro Friderico verba faciens, non ætate tantum, ſed prole cæteris ſuperiorem eſſe illum, qui ex veteri ſuæ gentis inſtituto, rei ſummæ præeſſe deberet, contendebat, qua in re ne ius ſuum eripi ſibi paterentur, orabat. Albertus ex iure gentium, in hæreditate, quæ æqua omnibus obueniſſet, ſui quoque ac patruelis Sigiſmundi, rationem haberi debere affirmabat. Proceres maioris negocij rem eſſe pronunciant, quàm vti diiudicari poſſit, differendam eſſe actionem integram, in alterum conuentum, plures ac maiori authoritate fretos eſſe aduocandos. Igitur ad finem menſis Ianuarij, frequens omnium ordinum conuentus haberi cœptus, & ex ijs ſelecti ſunt præcipui nominis aliquot viri, quorum arbitrio controuerſia omnis componeretur. Hi ſi minus inter ſe conuenirent, quatuor præſides dati Michaël Burggrauius Magdemburgicus, Bernardus Schaunburgicus comes, Vvolfgangus à Vvaldſee, & Vdalricus Eitzingerus. Hi primùm omniũ decernunt, nihil ſe acturos, niſi priùs depoſita omni ſimultate, principes in gratiam ſecum redeant. Id quò minus fieret, in cauſa fuit exaſperatus Alberti animus, qui in arcem admitti poſtulans, cum nihil impetraſſet, ne frater ſe inſcio vrbem reciperetur, vetuit, & minabundus abiit ad Rhenum, copias paraturus, vti quod iure minus poterat, armis obtineret.

*Alius indicitur Conuentus.*

Inter hæc Mathias Hungarię rex, legatos Neapolim ad Imperatorem mittit, Varadienſem antiſtitem, cum alijs duob⁹ primatibus, qui ſacram regni coronam, eaq; loca, quæ ab illo tenebantur, repeterẽt, reddere nolenti: bellum denunciarent. Inſtigabant verò Fridericum aſſiduis literis, ac nuncijs, reguli quidam, qui ab initio Michaelis Zilagij factioni aduerſantes, Mathiæ electionem improbauerãt, vti corona, quam habebat, retenta, nobiliſſimum Hungarię regnũ, ab ignobilis Mathię dominatu, vindicaret. Principem inter eos locum habebat: Nicolaus Vilachus, quem ſequebãtur Graphnitzerus, Paumkircherus, Hilderbonius, Paulus Banfius, Ladiſlaus Palezius, Sigiſmundus S. Georgij comes, ac alij aliquot citerioris Hungariæ proceres. Ii omnes Imperatori fidem opesq; ſuas, militem item ac commeatum ſe daturos pollicentur.

*Mathiæ legatio ad Cæſarem.*

*Fridericus Imp. ad capeſſendum Hũgariæ regnũ ſollicitatur.*

Sunt

Ayuntamiento de Madrid

Sunt qui Fridericum ab illis Neapoli regem Hungariæ creatum, atque ea de cauſa tàm illic, quàm Viennæ ſupplicationes publicè habitas meminêre. Adfirmat idem Nicolaus Langmannus Friderici ſacellanus, quem in re præſenti adfuiſſe credibile eſt, notatq; Fridericum vti ante ſeptennium Romæ, eo die quo canitur Lætare Hieruſalem, Imperij: ita tunc eodem die regni Hungarici coronam ſuſcepiſſe. Hæc ex manuſcriptis hic referre volui, quæ Bonfinius aut neſciuiſſe, aut data opera omiſiſſe videtur. *Frider. contra Mathiam à quibusdam rex eligitur.*

Hæc vbi Mathias accepit, Simonem cognomento Magnum, cum exercitu in ſuperiorem Hungariam ac Auſtriæ fines mittit, vt eorum agros qui defecerant depopuletur, & Friderici conatus inhibeat. Huic Fridericus, Vdalricum Graueneggerum oppoſuit, cui Nicolaus ac alij ſeſe coniunxêre. Qui cum ad oppidulum Kermendum, in Caſtriferrei comitatu metati eſſent, Simon non explorato hoſtium numero, celeritate vſus & nec opinato aduentu obrui poſſe ratus, in ea loca venit, vti cum periculo pugnandum, aut cum flagitio fugiendum eſſet. Statuit igitur prælio decernere, neq; hoſtis pugnam detrectabat. In ſiniſtro cornu Sigiſmundus, in dextro Nicolaus curabat, medium agmen ex Germanis erat. Magnis vtrinque animis in prælium itur, neque minus pro gloria quam pro ſalute acriter diu confligitur. Tandem Simon, dextrum ſuorum cornu inclinari videns, mediamq; aciem à Germanis grauis armaturæ equitibus vrgeri, fugam coactus inijt, equitatum à tergo hoſtibus obijciens, qui perſequentium impetum nonnihil tardaret. Quo pauciores in fuga cæderentur, in cauſa erant Nicolaus ac Sigiſmundus, qui ne à Germanis in Hungaricum ſanguinem ſæuiretur, receptui ſignum canere iuſſerunt. Multi ex Hungaris viri fortes eo die deſiderati. Nec verò incruenta Cæſarianis ceſſit victoria, cæſi non pauci, plures vulnerati ſunt, vtrinq; enim viri ſtrenui fuêre. Inter Germanos Mötſchium fuiſſe quendam (fortè an Amaſianis quiſpiam fuerit, nam ego præter cõiecturam nihil habeo) in manuſcriptis inueni, qui tribus equis in conflictu amiſſis, quartum inſcenderit, multisq; vulneribus aduerſo corpore exceptis, magnum victoriæ momentum ſuis attulerit. *Simon Magnus.* *Vdalr. Grauenegger.* *Bellum Hungaricum.* *Hungari prælio victi.* *Mætſchij in prælio virtus.*

Non multis diebus poſt, naſcitur Friderico filius, vigeſimo ſecundo die Martij, qui eo anno cœnæ domini ſacer erat. Cuſpinianus duodecimum eius menſis ponit, quo D. Maximiliani memoria non- *Maximilianus Prim⁹ naſcitur.*

Ayuntamiento de Madrid

ria nonnullis celebratur: ſed prior ſupputatio cum manuſcriptis, & ad Paſchalis feſti rationem conuenit, quo ipſo die, puer à Sigiſmundo Volckenſdorffio Saliſburgenſi præſule, ſacris baptiſmi vndis tinctus, Maximiliani nomen accepit, ſuſcipiente ipſum Nicolao Vilacho, Croatiæ præfecto. De nominis ratione alij aliter conijciunt. Sunt qui diuinum nobis Fridericum facere volentes, ducto ex aſtris augurio, Fabij Maximi, ac Pauli Æmilij, nomina coniunxiſſe dicunt, quorum facta eſſet æmulaturus. Lazius (vt ſupra paucis attigi) monitum in ſomnis Fridericum Cileiæ periculum euitaſſe, & Maximiliani Laureacenſis antiſtitis, illic martyrio affecti, nomen puero impoſuiſſe, narrat. Ego in re non magni momenti, hoc tantum affirmare poſſum; cum in tam Auguſta gẽte, non deeſſent laudatiſſimorum principum nomina, non ſine peculiari aliqua cauſa id nomen, tùm primùm, in eam proſapiam eſſe inuectum. Non temerè enim ab auitis nominibus receſsêre Auſtriaci, vtq; Sigiſmundi nomen à Cæſare eiuſdem nominis, qui pro eo fideiuſſit, acceptum, ita non niſi poſt Burgundiam & Hiſpanias Auſtriæ coniunctas, ad Caroli ac Ferdinandi nomina deuentum eſt. Sed de his ſatis.

*Nicolaus Vilachus Croatiæ pfectus.*

*Nominis ratio.*

Mathias Rex, poſt aduerſam ſuorum pugnam, ad artes confugiens, crebris nunciis Nicolaum ac Sigiſmundum, ſuprema aduerſæ factionis capita, eò inducit, vti domeſticum ſuæquè gentis principem, externo præferant, & relictis Friderici partibus, ſuas ſequantur. Quod vti facilius aſſequeretur, & vtrunq; arctius ſibi deuinciret, Sigiſmundo Hungariæ ſuperioris præfecturam conceſſit, Nicolao Boſſnienſis regni ſpem fecit. Bellum deinde inſtaurat, Sigiſmundum Simoni collegam adiungit, qui Cæſarianos aggreſſi, ſatis fœliciter rem gerunt. Fridericus nouas & ipſe copias parat, bellumq; continuare ſtatuit. Mathias de regia corona ſollicitus, noua iterum legatione, imperatoris animum ſibi conciliare experitur. Legationis caput idem qui antea Vradinenſis, vti in mandatis habebat, moderato ac leni ſermone Fridericum orat, Hungaris coronam reddat, Mathiam vt filium agnoſcat, regni tutelam ſuſcipiat, pacem & fœdera colat, neque poſthac Hungarus & Germanus vllo in diſcrimine habeantur. Imperator, pacem ſibi ac fœdus cordi eſſe, reſpondet, Mathiam ſe filij loco habiturum, coronam æquis conditionibus redditurum, multis

*Mathias proceres Cæſarẽ ſecutos ſibi cõciliat.*

*Mathias iterũ legatos mittit.*

Ayuntamiento de Madrid

multis ſe damnis,ab eo tempore quo illam accepiſſet, multis belli incommodis petitum,magnos pro Ladiſlao ſumptus feciſſe;quarum rerum omnium ſi rationem haberi viderit,bello temperaturum.Interim Mathias & ipſe nihil hoſtile admittens,veteres amicos per Hungariam regia humanitate proſequatur.Hoc reſponſo legati ita diſceſſerunt, vti de corona precio redimenda, deq; ſumptibus reſtituendis, ad regem ac regni ordines referrent, firmæq; interim inducię ſeruarentur.Legati vbi domum venêre,lętis omnium animis auditi fuêre.

*Induciæ cum Hungaris.*

Cæſar poſthæc, quid Albertus frater Viennenſibus interminatus eſſet,non ignarus, vti factionem illius impediret, Viennam profectus eſt. Accurrit & Albertus,ob admiſſum in vrbem fratrẽ, Viennenſibus ſuccenſens.Iterum ergo de concordia agi cœptum, quam rem Ludouicus Palatinus, qui ijſdem diebus aduenerat, ſummo ſtudio adiuuit. Lazius perfectum ab eo negocium refert, in manuſcriptis aliter narratur; quæ mihi hic ſequi viſum eſt. Ludouicus parum ſe proficere videns,antequam inBauariam abiret, Viennẽſem magiſtratum, ac reliquos proceres accerſitos orat,& exhortatur,vti operam dent, ne principes inter ſe bello committantur, ſed quacunque potius concordiæ lege conficiantur, ne patria ipſa & ſubditorum omnium ſalus in extremum diſcrimen adducatur. Prouinciales Palatini conſilium ſecuti,omnem induſtriam adhibuerunt, ſed obſtinatis animis Albertus ac Sigiſmundus,quibus inter ipſos cõueniebat,æqualem Auſtriæ diuiſionem vrgebant, Cæſar contra pacta legesq; patrias eam eſſe contendebat. Illorum poſtulata non æquis auribus accipiebant plerique, quibus Auſtriam diuidi non placebat. Quod animaduertentes Albertus ac Sigiſmundus,quò ſuos confirmarent,ac reliquis metum incuterent,mille quingentos equites,quos in agro ſuburbano habebant,effractis,quà per D.Theobaldum ſuburbium,quaque prope arcem ingreſſus in vrbem eſt, portis, intromiſêre. Cæſar id futurum veritus,antequam in vrbem veniret, cum Viennẽſibus ne permitteretur,pactus fuerat. Igitur rei nouitate motus, cum ipſis expoſtulat, miſſisq; ad principes nunciis, quid ſibi velent ſciſcitatus eſt.Principes bono animo eſſe iubent,nullam vim parari, in ſui tutelam intromiſſos equites dicunt. Viennenſes ſeſe excuſant, pręſidia & vigiles ex ciuibus aſſignant,diſcedere volentẽ exorant,

*Cæſar Viennam venit.*

*Lud. Palatinus pacem facere ſtudet.*

*Auſtria ex pactis conuentis diuidi nõ poteſt.*

*Cæſar cum Viẽnenſibus expoſtulat.*

Ayuntamiento de Madrid

exorant,omnia tuta fore promittunt. Cęſar,contra ſubitos incurſus,proximas plateas catenarum obiectu munit,pręſidia per vicinas ædes diſponit. Prouinciales maiore ſtudio iterum ad concordiam principes exhortati, tandem eò rem adducunt, vti Cæſari Auſtria inferior vſq; ad Anaſum relinqueretur, ea verò regio quæ ſupra Anaſum eſt Alberto cederet, Sigiſmundo ſuperior Carinthia,Tiroli contermina,traderetur, in arce Viennenſi ſuum quiſque hoſpitium,ſeorſum ab aliis haberet.

*Concordia inter principes.*

His ita tranſactis,Cæſar ſub finem menſis Iulij Neapolim rediit,neque enim Viennæ propter intromiſſos equites,ſatis tutum ſe eſſe putabat. Albertus eo tempore (variant hic ſcriprores, & paulò antè nonnulli,alij poſt, id eſſe factum volunt) à Viennenſibus adiutus,prædonum aliquot latibula expugnat,ipſos prælium auſos fundit, captos in crucem agit. In ea expeditione,Gerardus Fraunauerus, glãde plumbea ictus, perijt. Huic Cęſar viuente adhuc Ladiſlao, & arces quaſdam in Auſtria occupante, arcem quãdam Ortam nomine, vltra Danubium ſitam, cum ditione ſubiecta, tradiderat, ac ſubditis, vti ipſi parerent, iniunxerat. Eam à morte Gerardi,frater eius Cunradus vti hęreditariam poſſidebat, neque repetenti reddebat. Is Alberti partibus & antea ſtuduerat, & tunc vti contra Cęſarem ſe muniret, ſeditioſis illum vocibus ad nouos iterum tumultus extimulabat,quæ res maxima belli ciuilis incendia excitauit. Albertus enim ad ea, in quæ ſponte propendebat, incitatus, poſtquàm proceres quoſdam ſibi coniunxiſſet, quo firmiora ſibi auxilia pararet, de Bœmiæ rege in ſocietatem vocando conſilia agitabat. Id improbantes Vdalricus, Stephanus, Oſualdus, & Sigiſmundus Eitzingeri, relicto Alberto, Cæſaris partes ſecuti ſunt.

*Gerardus Fraunauerus.*

*Orta arx.*

*Cũradus Fraunauerus.*

*Eitzingeri ab Alberto ad Cæſ. tranſeunt.*

Albertus igitur cum Viennam veniſſet,omnia diſſimulans, Vdalricum,ad colloquium vocatum,capi iubet. Ille multis ſe excuſare,ſua in ipſum ſtudia cõmemorare, quæ ſi proceſſiſſent, alium in Auſtria principem futurum fuiſſe neminem, poſtremò dicere, parum conſultò hæc ab eo fieri, quæ apud proceres nullũ ipſe decus eſſent paritura. Viennenſes atque ex prouincialibus nonnulli pro eo laborabant, quibus intercedentibus & cauſam ſcire cupientibus,reſponſum eſt, multa contra principis ſalutem molitum eſſe, adulteraſſe neſcio quas literas, ac veneno graſſari voluiſſe,

*Vdalri. Eitzingerus.capitur.*

quarum

Ayuntamiento de Madrid

quarum tamen rerum nulla dicebantur argumenta. Ita Vdalricus in ſuperiorem Auſtriam captiuus abducitur. Propinqui ipſius atque amici, cum neque ad interceſſionem Boëmiæ Hungariæque regum dimitteretur, nec legitimæ diſceptationi daretur locus, ad bellum ſe parant, & auxilia Boëmica implorant, iamq; non pauci ex Boëmia ac Morauia milites ſeſe ad ipſos aggregabant.

*Vdalricus Eytzingerus captiuus abducitur.*

Cæſar per eos dies ad Rhenum aberat, qui ſuorum literis certior factus, quas poteſt copias ſecundo Danubij amne Viennam præmittit, paucisq; diebus ſequitur. Iam Eitzingeri Alberto bellum denunciauerant, & ſuperioris Auſtriæ agrum populabundi percurſabant, & Boëmię proceres cum auxiliis aderant. Igitur Albertus Corneoburgum profectus, militem cōſcribit, & hoſti obuiam ducit. Boëmi ad quinque hominum millia, carrorum obiectu ſe munierant, nec aperto Marte cōgrediendi copiam dabant. Mox retrogredietes: Albertus Laam vſq; inſecutus caſtra ibi metatur. Cùm verò regem maiore cum exercitu aduentare rumor eſſet, Corneoburgum rediit, & præſidio illic collocato, Viennam ſecundo fluuio, atque inde Neapolim abiit. Nolebat eo tempore contra Fridericum aliquid cogitare videri, & quòd maiorē quam crediderat belli molem ab Eitzingeris eorumq; confœderatis ſibi imminere cerneret, concordiam ſibi cum fratre neceſſariam iudicabat. Itaque pacem Viennę initam, denuò confirmant, eaq; de re literis inter ſe cauent. Cumq; Cæſar de Eitzingeri cauſa interpellaret, Albertus totam eam rem ipſius ſe arbitrio permiſſurum pollicetur. Sub finem Auguſti Cæſar Ioannem Vngnadium, ac Ioannem Rorbachium cum alijs quibuſdam ex cōſilio ſuo Viennam miſit. Aderant quoque Alberti & Sigiſmundi Archiducum legati, à quibus Viennenſes, prioris iuramenti relligione ſoluti, Friderico Cæſari, eiusq; hæredibus fidem obſequiumq; præſtituros ſe iurant.

*Eitzingeri Alberto bellum indicunt.*

*Albertus pacem cum fratre firmant.*

*Viennenſes Cæſari iurant.*

Inter hæc Boëmiæ rex in Auſtriam progreſſus, caſtra prope Cremſium habebat. Ad eum Cæſar ex ſuis miſit, ſciſcitatum, qua de cauſa eam expeditionem ſuſcepiſſet, quóue ipſius facto vel dicto læſus hoſtilia faceret? Ille nihil ſe imperatori incommodare reſpondet, Alberti, qui hoſtis eſſet, ditionem inuadere. Legati omnia iam renunciaſſe Albertum, neque iam ipſum ſed Imperatorem iniuria affici demonſtrant. Itaque Boëmus Grieſſenſtainium

*Boëmiæ rex in Auſtriam ducit.*

X redit,

Ayuntamiento de Madrid

redit, moxq; poſt aliquot interlocutiones conſtituitur dies, quo ipſe ac Cęſar ad Danubij pontem conuenirent, ac de omnibus inter ſe tranſigerent. Interim Cæſar cum vxore ac liberis Viennam venit. Inde ad dictum diem cum Georgio rege congreſſus: poſt longam diſceptationem, controuerſa omnia componit. Numerantur regi ſedecim aureûm numûm millia, pro Cunrado quodã Holzelio pacta, quem is Pragæ captiuum habuerat, ex qua pecunia, perſoluto militibus ſtipendio, Auſtriæ finibus excederet. In conditionibus quoque continebatur, vti Albertus intra quindecim dies, Vdalricum Eitzingerum, Friderico traderet. Sunt qui hæc non inter ipſos, ſed per oratores acta fuiſſe narrant. Boëmi, vti conuentum erat, in tres exercitus diuiſi, quò minus prouinciæ damni inferretur, finibus excedunt.

*Cæſ. & regis congreſſus.*

*Conradus Holzelius liberatur*

Cæſar Viẽnam regreſſus, cum Alberto ac proceribus, Eitzingerorum controuerſias tandem componit, his ferè conditionibus: Captiui vtrinque reddantur, arces, pagi, villæ, ac prædia bello capta, ad veteres iure dominos redeant. Vdalricus abſq; lytri perſolutione, fratribus in arcem Schratendaliam liber exhibeatur, omnem veterum iniuriarum vindictam, & ipſe, & fratres eius, ac propinqui renuncient; idq; literis caueant. Si aut ipſi aut Albertus iure experiri malint, id illis liceat: ſecundum leges Auſtriæ ac Romani Imperij. Alberto, vti impoſterum quietior pacta conuenta ſeruaret, comitatus duo inſignes Styrę ſcilicet, ac Neoburgi ad Oenum, cum oppido Pontis ad Leytam veluti corollarium adiecti fuêre. Iamque Auſtria ex ciuili bello reſpiratura videbatur, niſi peruerſi quidam homines, ac publicæ tranquillitatis hoſtes, nouas diſcordiarum occaſiones quæſiuiſſent. Milites quippe, atque ex his Boëmi præcipuè, quorum opera Albertus vſus erat, ob ſtipendia integrè non ſoluta, per prouinciam latrocinia paſſim exercebant, ac ſubditis vndique damna inferebant grauiſſima, quos contra ciues & ruſtici ex locis circumuicinis educti, mille & quingentos ex eis capiunt: cæteris fuſis fugatisq;. Erant inſuper in ea Auſtriæ parte, quæ Marchæ campus vocatur, pagi aliquot, quos Cæſar tutor adhuc Ladiſlai, Eitzingero dederat, hos ille fidei ſacramento obligatos habebat. Ægrè eam rem ferebant ex ordinibus nonnulli, contra libertatem id eſſe factum dicentes. Multi præterea, ditiones quaſdam & prædia tenebant, ſuper quibus diplomata

*Albertus cum Eitzingeris pacem facit.*

*Noua diſcordiarum ſemina.*

Ayuntamiento de Madrid

plomata, à Ladiſlao ſibi conceſſa, oſtendebant. Ea Cæſar irrita eſſe volebat, quę Ladiſlaus, nondum ſui potens, nec rectè, nec ordine feciſſet. Cum illis cauſam ſuam ſociabat Cunradus Fraunauerus, & communicatis inter ſe in pago Stockeravv conſilijs, diem futuro conuentui dicunt Geleſdorffi, in octauum Idus Ianuarij. Hoc ipſo anno, Sigiſmundo Archiduci, graue diſſidium cum Epiſcopo Brixinenſi fuit, de quo paucis dicam.

Anno quinquageſimo Brixinenſes, adſtipulante Sigiſmundo, epiſcopum creauerāt, Leonardum Vviſmaierum, Parochum Tirolenſem; hunc confirmare nolens ſummus pontifex, Nicolaum Cuſanum, virum eximiè doctum, ſubſtituit. Huic Sigiſmundus, circa annum ſextum & quinquageſimū, arcem Taufers, cum ſubiecta ditione oppignerauerat. Cum verò, ſe inuito, factū eſſe epiſcopum princeps nō concoqueret, ac aliæ item offenſiones quotidiè orirentur, erupit tandem in apertum odium ſimultas, & Sigiſmundus captum, in oppido Brunegga, epiſcopum, aliquandiu in cuſtodia habuit, ob quam rem, Pontifex illi ſacrorum vſu interdixit. Is erat Æneas Syluius Picolominæus, qui Calixto ſuffectus, Pij Secundi nomen acceperat. Multæ ex eo turbæ extitêre, de quibus in tempore dicturi, finem huic libro facimus.

*Leonard⁹ Vviſmaier.*

*Nicolaus Cuſanus.*

*Pius Secundus.*



Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER SEPTIMVS.

## ARGVMENTVM.

*DE Conrado Fraunauuero multa in Cæſarem peruerſa moliente, hoc libro dicitur: Dumq; Cæſar iure contra ipſum agere tentat, Goritiæ Comes nouos in Carnis motus excitat; ſed breui debellatus, pacem petere compellitur. Heluetij, Pontificis inſtinctu, Sigiſmundo Auſtriaco bellum mouent, quod tamen Ludouico Palatino adnitente compoſitũ eſt. Viennenſes obedientiam Cæſari detrectantes, vrbe ipſum excludunt, & fratrem Albertum contrà accerſunt: iunctis deinde viribus, Cæſarem in arce Viennenſi obſident: vbi cum vxore & Maximiliano filio multa perpeſſus aduerſa, Georgij Boëmiæ Regis auxilio liberatur, & pax inter fratres conficitur: ſed improborum quorundam hominũ, potiſſimùm verò Holzeri conſulis Viennenſis, omnis ſeditionis authoris, contrarijs ſtudijs, non firma diu fuit, vtrinq; igitur ad arma reditum. Captus interea Holzerus, cum quibuſdam complicibus, dignas perfidiæ ſuæ pœnas luit. Eo ipſo tempore rapinæ & latrocinia per Auſtriam inualuerunt, & Matthias Vngariæ rex, pro ſacra Regni corona reſtituenda cum Cæſare pactus eſt, paxq; perpetuis duratura temporibus inter ipſos firmata. Moriente tandem Alberto, Auſtria Imperatori conciliatur, & Viennenſes, in ipſius verba iurantes, denuò in gratiam recepti ſunt: Sigiſmundus quoque Auſtriacus circa idem tempus cum Pontifice in gratiam rurſus redijt.*

ADVENERAT dictus conuentui dies, & prouinciales, qui frequentes aderant, ne quid contra Cæſarem moliri videantur, per internuncios eum orãt, vti legatos eò mittat, qui in re præſenti adſint, quæq; illic acta eſſent, ad ipſum referre omnia poſſint: quod ſi minus videretur, tum ſe ex ſuis ad ipſum miſſuros, qui quid actum ſit exponant, interim, de libera commeandi ſecuritate, fiduciæ tabulis caueatur. Fridericus, priore poſtulatorũ parte reiecta, alteram approbauit. Mittuntur itaque ex conuentu, qui ordinum nomine ipſum orant, vti libertatem Auſtriæ, veteraq; priuilegia, ab Alberto, Ladiſlao, & maioribus cõceſſa, firmet, contrà: quicquid ſuperiorum temporum iniquitate inuectum, ea labefactare videretur, id irritum eſſe iubeat. eam ſeſe rem pro ſua quemq; facultate adiuturos conueniſſe. Ad hęc vbi Cęſar non eo modo, quo ſperabant, reſpondiſſet, nouum rurſus conuentum indicunt

*1460. Conuentus Geleſdorffij.*

Ayuntamiento de Madrid

indicunt Vvolderſdorffij, iamq́; audaciores facti, capita nonnulla poſtulatorum ac grauaminum deſcripta, vti ex plano legi poſſent, templorum valuis affigebant. Inter illa præcipuum erat de moneta, cuius ratione à nonnullis malè adminiſtrata, rerum precia intendi, paucisq́; diteſcentibus, reliquos ad inopiam redigi, grauiter conquerebantur. *Conuentus Vvolderſdorffij.*

Inter hæc Cæſar Cunrado Fraunauero diem dixit, quo, coram iudice ad hoc conſtituto, de controuerſijs omnibus ipſius procuratori reſponderet. Iudex erat Vdalricus Patauienſis Epiſcopus, cui aſſeſſores ex Auſtriacis ac Stirijs proceres aliquot dati. Cùm dies aduenifſet, audita Cęſaris actione, is qui Cunradi vicem aderat tergiuerſari, neq́; coram ijs iudicibus cauſam dicturum teſtari, cuius cognitio non ad ipſos, ſed ad præſidem prouincialem (Mariſcalcum vocant) pertineret, qui more patrio ius dicat. Id Cunradus ex ſuorum conſilio fieri iuſſerat. Decretum fit in hunc modum: Cum Conradus Fraunauerus legitimè vocatus, nec cōparuerit ipſe, nec per alios ad obiecta reſponderit, arcis occupandæ Imperatori Friderico ius fas eſſe: id decretum in acta relatū, ac literis conſignatum, Cęſaris procuratori datur. Cęſar itaquę conductis ad duo millia Boëmis, militem ex Auſtria ac Stiria conſcribi iubet, arcemq́;, niſi deditionem faciat, vi in poteſtatem redigi. Oppugnatur igitur arx, pinnęq́; & murorum ea pars, quę vallo altior erat, tormentorum vi deiicitur, valli tamen & foſſarum obiectu, ſe tutati, qui intus erant, magno oppugnatores incommodo afficiebant. *Fraunauer' iudicio ſtare detrectat.* *Orthæ arcis obſidio.*

Dum hæc ad Ortham fiunt, interim in Carnis tumultum excitauit Henricus Goritiæ comes, cauſam eius non inuenio, rem vti inueni narrabo: Comes ille Greiffenburgum pagum, cum arce vicina expugnatum, incendio deleuerat, agros circa ea loca depopulatus, Ortemburgam arcem obſidebat. Cæſar, accepto eius rei nuncio, Ioanni Vitobitio, de quo ſuperiore libro memorauimus, vti cum ijs copiis, quas ſecum habebat, conatibus eius obuiam iret, negocium dedit, moxq́; Ioannem Poſingicum comitem, cum nouo milite in auxilium ei miſit. Hi iunctis viribus, Goritium Ortemburgo abire compellunt, ac munimentum quoddam, vallo & ſepibus inſtructum, ad Tragum amnem expugnant. Vitobitius dein hoſtium fines ingreſſus, quinq́; ab ijs arces capit. *Goritiæ comes bellum mouet.* *Io. comes Poſingicus.*



Ayuntamiento de Madrid

*Goritius propè debellatus fit Cæſari ſupplex.*

Comes propè debellatum ſe videns, de pace cum eo agere cœpit, numquàm inpoſterum arma ſe in Cæſarem eiusq́; ſubditos moturum, iurans, ſi amiſſæ arces reſtituantur. Vitobitius, vti Cæſarem adeat, veniam ſupplex atque pacem oret, hortatur; ſeq́; pro ipſo interceſſurum pollicetur. Paret monenti comes, cui Cęſar ſerò aduenire reſpōdet, iamq́; aliјs eas arces attributas eſſe. Goritio iam quieſcenti, Poſingicum Viennam reuerſum, Fridericus in caſtra ad Ortham ire iubet, quò & Vdalricum Graueneccerum & Andream Paumkircherum cum alia militum manu mittit, quibus Viennenſes ducentos ſclopetarios adiunxêre. Qui in arce erant, acriter ſe defendebāt, & aggeſta in vallum terra, ictus omnes tormentorum irritos reddebant. Interim Cunradus, ne ſui diuturna obſidione, ex commeatuum inopia, deditionem facere cogeretur, veritus, templum quoddam, in vicino pago Schvvein-vvart, munit, vnde ſuis prę ſidio eſſe, & commeatum in arcem importare poſſet. Id verò fruſtra fuit; nam arx nimis arctè & à multis obſeſſa, neque dolo neq; vi adiri poterat. Cùm igitur, ſine magna militum iactura, expugnari non poſſe videret, neque diuturnam obſidionis moram, ex re aut dignitate ſua eſſe putaret, Poſingicus captata occaſione, arcis præfectum ad colloquium euocat, remq́; cum eo tranſigit, vti is, ſi Cunradus intra quatriduum obſeſſis auxilium non attulerit, arcem Cæſari tradat, ſtipendia pro ſe ſuisq́; ab illo accipiat. Id vti pactum erat, vtrinq; ſeruatum, (neque enim Cunradus in tempore aduenerat) & præſidium arci impoſitum eſt. Inde templum oppugnari cœptum. Id Fraunauerus, clam à prouincialibus adiutus, omnium opinione fortiùs munierat, & commeatum quotidie inuitis Cæſarianis importabat: ipſos verò itineribus obſeſſis, ac iumentis captis, ad inediam adeò redigebat, vt obſideri potiùs ipſi, quam alios obſidere viderentur. Augebat hoc malum iniqua ſolutionis ratio, quod non niſi ex nouis quibusdam nummis ſtipendium militi numerabatur, quibus nihil ferè emi poterat. Cæſar igitur nullum operæ moræúe precium illic fieri videns, militem domum inde reuocauit.

*Schvveinuuart pagus.*

*Colloquiū inter obſeſſos & obſidentes habitū.*

*Imperator Viennenſium in ſe animos ſcire cupit.*

Sub finem Aprilis Cęſar, vti hoc rerum ſtatu Viennenſium in ſe animos exploraret, magiſtratus eorum, ac opificum præfectos, in aulam conuocat. Sequuntur eos, ex ciuibus ac promiſcua plebe, quamplurimi. Hos Cæſar per conſiliarios alloquutus indicat, in ani-

in animo ſibi eſſe, omnia ipſorum iura & priuilegia confirmare, monetæ quoque id remedium adferre, ne quid ex ea inpoſterum incommodi ſequatur: id contrà ab ipſis petere, vti in eius verba denuò iurent. Hęc vbi propoſita eſſent, exorto incertum vnde tumultu, omnes, alius alium impellẽtes, extra palatij portam erumpunt, cumq; ad S. Michaëlis ventum eſſet, clamor ab inquietis nonnullis tollitur, vicinas Cilienſium ac Mariſcalci domos armatis hominibus plenas, quibus negocium eſſe datum, vti compręhenſis magiſtratibus, impetum in reliquam multitudinem faciant. Itaq; trepida feſtinatione domum quiſq; ſuam fugiunt, ianuas ac tabernas occludunt, defenſioni ſe parant, cùm interim à Cæſare nemo ſe moueret. Paucis diebus, intellecto errore, & peruerſorum hominum fraudulentia, pudore ac pœnitentia ducti, Friderico eiusq; poſteris, fidem ſe atque obſequium præſtaturos, conceptis verbis iurauêre. Cæſar quoq;, vti receperat, commoda ipſorum omnia, & immunitates à maioribus ſuis conceſſas, firmat, eaq; ſe conſeruaturum promittit. *Tumultus Viennæ.* *Viennenſes denuò fidelitatem Cæſari iurant.*

Re cum Viennenſibus ad hunc modum compoſita, de prouincialium conciliatione agi cœptum. Venerat iis diebus Viennam Vdalricus Eitzingerus, cum aliis quibuſdam proceribus, ad trecentos equites, impetratis à Cæſare fiduciæ tabulis. Aderant & regis Boëmiæ legati, qui eius nomine tanquam arbitri honorarij, lites omnes dirimerent. A Summo Pont. quoq; legatus aduenerat quidam Cardinalis. His coràm Eitzingerus, ac reliqui ordines, poſtulata ſua exponunt, de moneta, vini, frumenti, ſalis, aliarumq; mercium portoriis, in quibus eſſe querebantur, quę immunitates ſuas ac priuilegia labefactare viderentur. Re diutiùs diſceptata, nihil eo tempore tranſigi potuit, præterquam de monetæ reformatione, eaq; de re confecta ſunt diplomata. *Eitzingeri ac reliquorum ordinũ poſtulata.*

Poſthæc Cunradus Fraunauerus quoq;, qui per eos dies, aliquot Præpoſiti Clauſtrineoburgenſis, ac aliorum, qui in iudicio ſententiam contra ipſum dederant, loca ſui iuris fecerat, vocatus comparuit, Boëmorum maximè fiducia, qui præſtita à Cęſare ſecuritate, ſuam quoq; fidem interpoſuerant. Rogatus in concilio Cunradus, quid in arce Orthæ eiusq; ditione iuris haberet? (nam in eo omnis controuerſiæ ſumma vertebatur) & num literas emptionis exhibere poſſet? reſpondit: non ill[illegible]s ſe, ſed alteras habere *Fraunauerus Clauſtrineoburgenſis loca occupat.*



Ayuntamiento de Madrid

literas, quibus Cæſar, eius loci hominibus ſeriò imperauerat, vti Gerardo fratri ſuo dicto audientes eſſent: qui niſi eam ditionē ęre ſuo comparaſſet, nūquam id Cæſarem fuiſſe ſcripturum? emptionis literas aut iniquitate temporum deperditas, aut fraude ereptas eſſe. Facilè ab ęquis rerum ęſtimatoribus intelligi poterat, Fridericum Gerardo arcem tanquam fiduciario tradidiſſe, nullo pecunię interuentu, ne ea, (vti plerumq; aliæ tum ditiones) ad Ladiſlaum perueniret. Id ita factum diſſimulans Cunradus abiit. Mox verò Terbenſeïum, inſigne Epiſcopi Patauienſis municipium, occupat, præſidio munit, incolas in verba iurare cogit, nouum vectigal loco imponit. Eodem anno, Tulnæ quoq; in publico conuentu, cum Fraunauero actum eſt, ſed fruſtra, iamquè audacior ille, ac procerum quorundam opibus fretus, pagos & municipia non pauca, occupabat, tributaq; ſubditis imperabat: moxquè diſſidio iterum inter fratres recrudeſcente, ad Alberti ſe partes contulit. Sigiſmundo verò, ipſorum patrueli, non omnia domi quieta eo anno fuêre. De diſſidio eius, cum Nicolao Cuſano Brixinenſi pręſule, ad finem ſuperioris libri diximus, quo indies gliſcente, Pont. Maximus hoc anno Heluetios, in arma, contra ipſum ſacris prohibitum, excitauerat. Hi nulla priuata cauſa irritati, ſegnius negocium adminiſtrabant. Soli Bernhardus ac Vigilius Gradleri, tunc temporis Egliſouij Domini, antiquam cum eo ſimultatem habebant, à quo pulſi, Tigurinorum patrocinio erant, ius ciuitatis apud eos adepti. Igitur ab ipſis adiuti, Fuſſacum arcem expugnarunt. Cumq; Vitodurum oppidum fruſtra tentaſſent, Tigurini, maiore cum militum manu, vrbe egreſſi, eò profecti oppidum obſidione cinxêre, aduenientibus cæterorum quoque Heluetiorum auxilijs: in oppido erant duo & quinquaginta viri nobiles, cum præſidio militum haud cōtemnendo. Hi ſtrenuè ſe gerendo, difficilem Tigurinis obſidionē faciebant. Tandem Ludouico Palatino medium ſe interponente, pax fit, in annos quindecim.

*Trebenſeïum, Epiſcopi Patauienſ. oppidum.*

*Heluetij Sigiſmundo bellum mouent.*

*Fuſſacum captum.*

*Pax inter Sigiſmūdum & Heluetios.*

*1 4 6 1.*

*Conuentus Olomucenſis.*

Anno primo & ſexageſimo ineunte, Georgius Boëmiæ rex, de Cæſaris conſenſu, Olomucium prouinciales Auſtriæ ad ſe vocauit, vti diſſenſiones omnes componeret. Aderant & Mathiæ regis Hungarię legati. A Cæſare venerunt Leonhardus Gurcenſis Epiſcopus, Ioannes Volkeſdorfius, Sigiſmundus Poſingicus, & Ioannes Rorbachius. Multa eo in conuentu rex attentauit, ſed

quod

Ayuntamiento de Madrid

quod animi partis vtriuſque obſtinatiores eſſent, neque aliquid remittere vellent, nihil efficere potuit, & re infecta, diſceſſum eſt. Proceres verò ac reliqui ordines, multa cum rege conſilia agitabant, cui & Fraunauuerus ſeſe addixerat. Sunt qui regem, ab ipſis conſultum, dixiſſe ferunt, nunquam ſeſe ipſis authorem fore, vti noua cuiuſquam imperia ſequantur, ſi Fridericum ferre nequeāt, ſupereſſe duos ex eadem familia principes. Proceres poſtea ex ſuis ad Sigiſmundum legant, quo in loco res ſit docent, conſilium & opem petunt. Sigiſmundus ſiue domeſticis rebus occupatior, ſiue Auſtriacos tumultus abhorrens, ad Albertum ire eos iubet. Is tum Linzij agebat, qui audita procerum legatione, non negligendam eſſe occaſionem ratus, non defuturum ſe reipub. ac ſubditorum libertati reſpondet. Igitur arma iterum in fratrem ſumens, iniquam hæreditatis diuiſionem, ac Auſtriæ priuilegia ab ipſo violata, cauſam bello prætexit. Ludouicum Palatinum ſibi adiungit, & pręter Auſtriacorum opes, Hungarię & Boëmiæ regum auxilia, nō defutura ſibi promittens, milites conſcribi iubet, quibus ad cōueniendum locum edicit ad D. Hippoliti fanum. Mox receptis procerum auxilijs, Tulnam mouet, miſſoque ex caſtris nuncio, Viennenſibus ſignificat, eſſe, quod de communi negocio cum ipſis agat, quare fidos ad ſe homines mittant. Viennenſes, Friderico iam antea infenſi, ſuos ad eum legant, quibus domum reuerſis, contumaciùs iam cum Cæſarianis præfectis agunt, à quibus admoniti, vti Alberto aduentante, in Cæſaris fide permanerent, ac, ſi opus eſſet, patriam contra ipſum defenderent, palàm reſpondent: Alberti ſe viribus reſiſtere nec poſſe, nec ſi poſſent, velle. Moti hoc reſponſo præfectus vrbis ac pr̨etor, fidem illorum obteſtantur, ſeq; communi cum ipſis periculo defuncturos pollicentur. Ciues in propoſito perſiſtunt, miſſis obuiam Alberto nuncijs, ſe ſuaque omnia in eius poteſtate fore paciſcuntur. Inter hæc miſſus ad Cloſtroneoburgēſes Fraunauuerus, cum quadringentis equitibus, Præpoſito ciuibusque ac magiſtratui perſuadet, vti præſidium ab Alberto accipiant. Idem & alijs quibuſdam locis factitatum.

*Albertus denuò bellum in fratrē mouet.*

*Viennenſiū animi à Cæſare alieni.*

Sub initium menſis Auguſti, Albertus cum ſuis rectà Viennam pergēs, ſuburbanum D. Nicolai cœnobium occupat. Viennæ ad arma concurſum eſt, Cæſarianis populum vtcunq; in officio, con-

*Albertus Viennam venit.*

Ayuntamiento de Madrid

cio continentibus. Præerant illis Giſcra Boëmus, nobili Brandorum genere natus, vir impiger, Vdalricus Graueneccerus, & Andreas Paumkircherus viri militares, qui vrbe egreſſi, cum Alberti milite, propiùs muros ſubeunte, manum conſeruêre, & Albertum retrocedere coëgêre. Pugnatum eſſe ferunt ad tres horas, in ponte. Paulò pòſt Hungarorum auxilia in Alberti caſtra venêre. quatuor hominum millia fuiſſe dicuntur. Iiſdem diebus, legati Boëmiæ regis, Sternbergicus, & Procopius Rauenſtainius, nunc in vrbem ad Cæſarianos, nunc in Alberti caſtra obequitantes, cùm pacem, vti iuſſi erant, facere non poſſent, inducias, in diem vſque Calendarum Iulij anni ſequentis, impetrarunt, in quibus Alberti peruicaciæ dabatur, vti ea loca, quæ ipſius præſidijs tenebantur, retineret. Ea conditio cum Cæſari non probaretur, induciæ vtrinque violari cœptæ, & Cæſariani, multorum animis ſibi conciliatis, aliquot municipia Alberto eripiunt. Mittitur in Boëmiam Ioannes Rorbachius, qui regi ac proceribus indicaret, grauè admodum Cæſari eſſe, nec æquum videri, vti fratrem optimis quibuſq; prouinciæ locis, eorumq; vectigalibus, portorijs, alijsq; reditibus vtifrui patiatur. Is reſponſa ad Cæſarem non ingrata retulit, & ex quibus intelligere erat, non omnes Boëmiæ proceres cõtra ipſum ſentire. Itaq; Cæſariani arma in Alberti factionem expediunt, & Vienna egreſſi, Dreskirchiam expugnant.

*Dreskirchia expugnata.*

Mox adulta iam hyeme, Guntrami vicum aggrediuntur, loci templum tumultuario opere vallo ac ſepibus munitum, machinis concutiunt, terramq; ac fimum noctu diuq; aggerunt, vti aggerem exæquare, ac in templum irruere poſſent. Obſeſſi, viribus impares, ad dolum confugiunt, aquæ magnam vim aggeri ſuperfundunt, quę gelu durata, ſubeuntem per decliuia militem, firmo pede conſiſtere prohibebat. ea res promptiſſimo cuique exitioſa, cæteros ab inſultu deterruit. Iamque prouinciales nonnulli, ſub quodam Ankereutero, octingentos equites Berchtolſdorffium vſque miſerant, qui ſocijs opem adferrent, qui, cùm à Cæſarianis Vienna Melicum miſſis, impediti, iniecta pacis mentione, ex inopinato profecti, obſidionem ſoluere coëgerunt. Cæſi fuerunt non multi, in fuga captis quibuſdam, reliqui in tutum elapſi ſunt.

*Ankereüter.*

Miſerrima id temporis erat Auſtriæ conditio, quæ non tàm iuſto bello, quàm latrocinijs vexabatur, templis pagorum, iam in prædonum

Ayuntamiento de Madrid

prædonum receptacula, conuerſis, qui nō prædas tantum ex agris agebant, ſed pueros, facinore hactenus inaudito, paſſim raptos, ante ſe, vti bruta pecora, abigebant, non niſi magna à ſuis pecunia redimendos. Hunc rerum ſtatum, primi quidam ex ordinibus, pertæſi, ac iniquam ſubditorum conditionem miſerati, conuentum Stetldorffij indixerant, vbi, de ſumma rei conſilia inter ſe cōferunt, ac omni ope adnitendum eſſe decernunt, vti facta inter principes concordia, bello inteſtino, quod præſens ſecum patriæ exitium trahebat, finis tandem imponatur. Itaque de communi conſilio, legationem ad Cęſarem decernunt, cuius caput erat Rudingerus Stubenbergicus. Mittuntur & Viēnam Henricus Lichtenſtainius, & Vitus Eberſtorffius procerum haud poſtremi, qui Viēnenſes hortarentur, vti ex ſuis quoq; cum Rudingero ad Cæſarem mitterent, & in pacis ſtudia incumberent. Sex igitur viri ex ſenatu delecti, Grętiam Stiriæ proficiſcuntur, vbi Cęſar tunc erat. *Miſerabilis Auſtriæ ſtatus.* *Cōuentus Stetldorffij inſtitut⁹.* *Viennenſium legatio ad Frid. Cæſarem.*

Iiſdem diebus, aduenerunt Alberti quoque principis legati, Præpoſitus Clauſtrineoburgenſis, & quidam eius oppidi ciues, qui ipſum ad D. Hippoliti fanum, in cōuentu publico, pacis conſilia agitauiſſe, adfirmabant, quę ab ipſis adiutum iri ſperaret, iamquè alterum ad Tulnam conuentum ab eo eſſe indictum, quò vti ex ſuis mitterent hortabantur. His auditis Lichtenſtainius reſpōdet, neque ſe neque Eberſtorffium in eo conuentu fuiſſe, neque Sigiſmundum Buechaimium, aut aliorum quemquam, quorum ſcire intererat, ſi quid de pace communi ageretur. Miſſis à conuentu Stetldorffenſi nunciis, reſponſum eſſe: Albertum regum ac principum fœderibus illigatum, ſine ipſorum aſſenſu, nihil neque de pace, neque de induciis conſtituere poſſe. Igitur conſul Viennenſis Præpoſito reſpondet: legatos ex procerum conuentu, ad Imperatorem eſſe miſſos, quibus & ipſi ſuos adiunxiſſent, neque ſibi interim, alios frequentare conuentus, integrum eſſe. Grauiter inde conqueritur, eſſe inter principis milites (ex ijs Georgium Potendorffium nominabat) qui nulla, aduerſus fas nefasq; reuerentia ducti, ſacras ædes in profanos vſus conuertant, imbellem turbam, more barbarico, prædentur, vineas erutis paſſim radicibus, euertant. Præpoſitus, iniuſſu principis hæc fieri, excuſat, quem ſciat, hæc neque ſcire, neque, vbi audierit, æquo animo laturum. Ita tunc diſceſſum eſt. *Conuentus Tulnæ indictus.* *Inſolentia militum.*

Qui

Ayuntamiento de Madrid

Qui ad Cæſarem miſſi erant, præter cætera, in mandatis habebant, vti conuentum, ad proximas D. Iacobi ferias, Viennæ habendum, indicarent, quò ſi vel ipſe veniret, vel ex ſuis mitteret, id ordinibus gratiſſimum fore. Cæſar hæc omnia ſuſpecta habebat, & quid ſibi vellet, quòd legati fidem publicam peterent, admirabatur; quos ſibi addictos eſſe ſciebat. Nihilominus tamen, cùm dictus conuentui dies aduenisset, legatos ſuos Viennam miſit, Vdalricum Ridererum Præpoſitum Friſingẽſem, epiſtolarum magiſtrum, Rorbachium Camerarium, Graueneccerum, Andream Paumkirckerum & Sigiſmundum Sebriacherum, qui præſentes omnia inſpicerent, ac procerum animos explorarent. Primus procerum congreſſus, in Auguſtinianorum cœnobio habitus eſt, quò cum Viennenſis quoq; conſul & ſenatores irent, multi ex ciuibus eos ſequebantur, atq; inter illos, ex promiſcua plebe, opifices nonnulli. Eorum inconditis clamoribus, turbati reliqui, nihil ſtatuere potuerunt. Concitatores multitudinis erant: Kircheimerus quidam ac Vveſtendorffius, qui, quod omnium rerum imperiti eſſent, ipſi, Vdalricum quendam Holzerum, qui in Senatu aliquando fuerat, patriæ conſuetudinis gnarum, in partes aduocauerant. His pro Cæſare ſeſe opponebat Reinbertus Eberſdorffius, magnis vtrinq; clamoribus certatum eſt, donec cæterorum interceſſione, ſilentio facto & litibus diremptis, ſolutum eſt conſilium.

*Cæſari Viennẽſium actiones ſuſpectæ.*

*Cõuentus Viennenſis.*

*Vdalr. Holzer⁹ ſeditioſorũ corypheus.*

Iterum poſtridiè conuenitur ad Franciſcanos, vbi, cùm inter proceres ac Viennenſes Senatores non ſatis conueniret, multaq; diſceptarentur, ſuperuenêre ijdem quos dixi turbatores, multaq; in ſenatum conuicia iacientes, priuata emolumenta quæri, nec quæ ad publicam vtilitatem ſpectarent proponi, criminabantur. Iamq; in duas factiones diuiſa ciuitas erat, Senatus & potior pars, Cæſari ſtudere videbatur, reliqua multitudo, cum proceribus ab eo deficientibus, ſentiebat. Nõ multò pòſt tempore, Kircheimerus cum ſexaginta ex ſuis armatus in Senatum irrumpit, Chriſtianum Prennerum vrbis conſulem, Oſvvaldum Reichvvolfium, Nicolaum Teſslerum, Ioannem Angerfelderum, ac alios ſenatores, quotquot à fide Cæſaris diſcedere nolebant, in vincula conjecit, quorum nonnulli, certis quibuſdam conditionibus poſteà dimiſſi, domum abire, ac à publico ſe abſtinere iuſſi, reliqui in cuſtodia

*Viennæ duæ factiones.*

*In ſenatores Cæſari obedientes ſæuitum.*

Ayuntamiento de Madrid

ſtodia retẽti ſunt. Interim Holzerus multitudini defenſor & tam quam tribunus plebis præficitur.

Hæc à ſuis ita fieri edoctus Cæſar, antequam maiora incremẽta acquireret ſeditio, æſtate iam propè exacta, quatuor equitum Styriorum millibus ſtipatus, Viennam ire maturauit. Vrbe excluſus ad D. Marci diuertit. Mox vero ciues, conſiderata rei indignitate, aut pœnitentia ducti, ob vindictæ metum, aut à melioribus admoniti, (necdum enim omnes ab eo deſciuerant) impunitatem eius rei pacti, ipſum intromittunt. Cæſar, rerum gubernacula ſuſcipiens, nihil prius habuit, quàm vti ſublato inter optimates ac plebem diſſidio, tranquillitatem ciuitati reſtitueret. Itaq; paucis diebus poſtquam venerat, nouum conſulem, & ſenatum, nouosq́; magiſtratus, ſe præſente, creari iuſſit. Offendit ea res, inquietos aduerſæ factionis animos, qui etſi non ij creati eſſent, quos Cæſar voluiſſet, contra leges tamen actum eſſe, clamabant, ijsq́; dicto audientes eſſe, recuſabant. Cõſulem imprimis Sebaſtianum Ziegelhauſerum, quod Cæſaris partibus addictior eſſe videbatur, ciues nonnulli ac opifices, ferre non poterant. Igitur conuiciis eum inceſſunt, illegitimè natum, famoſis publicè literis arguunt, neq; prius tumultuari deſinunt, quàm reſtauratis comitiis, ille vti vitio creatus, magiſtratu ſeſe abdicat, ac in eius locum Holzerus ſufficitur. Cæſar hanc quoque rem ipſorum peruicaciæ dedit, exacto tantùm à nouo conſule, & reliquo ſenatu ac magiſtratibus, fidei iuramento, quod cùm præſtitiſſent, vti ſuſpicacibus illorum animis, omnem eximeret dubitationem, Styrios abire iuſſit.

*Frid. Cæſ. Vienna excluſus.*

*Sebaſtiã. Ziegelhauſerus.*

*Holzerus fit conſul.*

Vix egreſſis vrbem Styriis, noui iterum motus, in plebe exorti ſunt. Erant aliquot milites, in agro Viẽnenſi, qui Cæſari prioribus bellis, pars & Alberto ſtipendia fecerant. Hi ſolutionem importunius (vt illorum hominum mos eſt) efflagitabant, eaq́; non ad plenum exhibita, agros infeſtabant. Eam rem acerbius exaggerentes, aſſiduas ad Cæſarem querelas deferebant. Cæſar à pecunia imparatus, ſiue quòd Viennenſium animos experiri vellet, ſex aureûm nummûm millia ab ijs mutua petijt, quibus de ſuo tantundem adijciens, hoc incommodum auerteret. Negata ea pecunia ſumma, ad dimidium eius deſcendit; quod & ipſum cum non exhiberetur, iratus & memorem ſe fore minatus, neque cum militibus tranſigere curauit, neq; eorum rapinas inhibuit. Iamq́; illi vindemiantibus

*Cæſar Viennenſium animos tentat.*

*Rapinæ militũ ad Viennam.*



Ayuntamiento de Madrid

miantibus moleſtiam exhibebant, neq; vinum in vrbem importari permittebant. Igitur qui Alberto clàm fauebant, hanc occaſionem, quam vltrò quæſiuiſſe videri poterant, arripientes, operas primùm & de plebe homines, quorum ob inopiam tutior eſt audacia, in Cæſarem concitant, qui multa in ipſum probra vulgantes, cæterorum animos, ad res nouandas accenderunt. Mox coacto cœtu decernitur, Cæſari renunciandam eſſe fidem, omnemq; ex publicis vectigalibus & portoriis pecuniam, in ſuum ærarium redigendam. Cæſar, qui cum vxore ac liberis in palatio agebat, vbi hæc audiuiſſet, antequam ſeditio longius progederetur, occurrendum ratus, Vdalricum Riedererum, & Graueneccerum in curiam vrbanam ad eos miſit, qui monerent, vti in officio manentes, Cæſaris benignitatem iam antea cognitam, quàm meritam perfidiæ vindictam, experiri mallent; neq; deum ipſum vindicem abfuturum, ſi contra fidem, iureiurando confirmatam, noui aliquid attentarent: monere igitur, & ſi æquum ſit orare, vti ſaniora conſilia amplectantur, omniaquè de Cæſaris animo bona, in ſpe habeant. His auditis, concitata plebe vociferari, probra in Cæſarem aggerere, noxium illum ac patriæ pernicioſum dicere, legatos tumultum compeſcere volentes, è ſubſellijs trahere, in carcerem conijcere, mortis metum intentare. Erant ex ſenatoribus non pauci, qui inhibere eorum tumultum conabantur, ſed nihil eorum autoritate vulgi furor mouebatur. Sunt qui paulò aliter hæc narrant, Ridererum non à Cæſare miſſum, ſed vti pro infante fide iuberet, ad D. Stephani progreſſum ex inſidiis interceptum, Graueneccerum vi domo extractum eſſe. In eo omnes coueniunt captos fuiſſe.

*Inopum tuta audacia.*

*Seditio Viennē.*

Aberat eo tempore Albertus, & Ludouico Bauariæ duci, cognomento Diuiti, mutuam operā dabat. Ingens enim bellum Friderico Palatino erat, cum Alberto Badenſi, & Vdalrico Vvirtembergico. Palatino cōfœderatus erat Ludouicus, cui Giengam oppidulum obſidenti, Albertum cum ſexcentis equitibus adfuiſſe inuenio. Igitur nuncij Viennam ad eum miſſi, quo in loco res ſint docent, vtq; aduentū in Auſtriam maturet ſuadent. Interim Holzerus conſul, & qui cum eo ſentiebant, vti & facti ſui rationem redderent, neq; periurij crimen in ſe admiſiſſe viderentur; literas ſatis longas hoc ferè argumento ad Cæſarem dedêre. Non ignorare ipſum

*Albertus Bauaro operam ſuam præſtat.*

Ayuntamiento de Madrid

rare ipſum, multoties ſe de militum iniuria ac latrocinijs conqueſtos, cum nihil remedij adhiberetur, ipſos illorum conatibus obuiam iuiſſe, aliquot latibula ſuis ſumptibus diſturbaſſe. Interim ex fraterna diſſenſione, prius hoc hominum genus increbuiſſe, neq; etiam nunc poſt factam pacem, abs quoquam prohiberi, ſed impunitate permiſſa, quiduis audere. Iamque ſubditos vini aliorumq; fructuum prouentibus ſpoliatos, nouis inſuper vectigalibus & exactionibus grauari, priuilegia à maioribus parta negligi, agros, prædia, vicos, pagosq; diripi, ac incendio corrumpi, authores iniuriarum non ſolum non prohiberi, ſed nouos ſupra ceruices induci: hæc omnia grauiora eſſe, quàm quæ ferri diutiùs vel poſſint vel debeant. His coactos ſe fidem illi ac obſequium renũciare, neque vectigalia, vti prius, & portoria deinceps ſoluturos, quoad vnitis tandem ordinibus, paceq; ac tranquillitate rebus reddita, meliora ſperari poſſint. Interim ita ſe omnia moderaturos, vti neq; de ſalute, neq; de fama, periclitaretur.

*Holzerus ciuitatis nomine Cæſari fidẽ renunciat.*

Hæc ita conſcripta, in quemuis euentum ſibi commodatura, putabant: vt neq; apertè defeciſſe viderentur, &, ſi res minus proceſſiſſet, facilior ad veniam receſſus eſſet. Cęſar verò, omnia eorum conſilia probè cognita habens, (nihil enim inteſtina diſcordia occultum eſſe ſinit) miſſis ad omnes Imperij ſuarumq; prouinciarũ ordines literis, grauiſſimè de hac ſuorum iniuria conquerebatur, arcemq; pro præſenti copia contra ſubitos incurſus muniri iubebat. Hoc tempore duo, quos dixi, Cęſaris conſiliarij in cuſtodiam ducebantur, fortè in re pręſenti aderat Fridericus Zengerus, Gunſienſis arcis ac oppidi Præfectus. Is & ipſe rei indignitate motus, & à Cęſare hoc facere iuſſus, Neapolim primùm, dein & alia loca accedẽs, Vdalrico Schauuenbergico, Carniolenſium Gubernatori, Andreæ Paumkirchero, Sigiſmundo Vveiſpriachero, alijsq; quos Cæſari vel fidos vel obnoxios eſſe nouerat, præſens rerum diſcrimen aperit. Inter illos Io. Tenitzius Orthæ Præfectus, ad comparandos milites, præſentes mille aureos numerat, alterum tantùm intra quintumdecimum diem repræſentaturũ promittit. Audito Cęſaris periculo, Andreas Paumkircherus & Hinco Boëmus, cum non contemnendis vterq; copiis aduolantes, denunciato Viennenſibus bello, agros ferro ac igne deuaſtare cœperunt. Ea res ipſos ab arcis oppugnatione diſtinebat, cum enim vindemiæ tempus eſſet, ex cuius prouentu ciues maximè ſe ſuſtentant, & mœnia

*Friderici querelæ de Viennenſibus.*

*Fridericus Zengerus Gunſiẽſis præfectus.*

*Ioannes Tenitzius Orthæ p̃fectus.*



Ayuntamiento de Madrid

ſimul ab incurſu militum tutanda erant,& vindemiatores armis defendendi,ac vinũ ab armatis importandum.Iamq; paſſim currus euertebantur,vina effundebantur,& qui in vineis laborabant, aut fuga ſalutem quærebant, aut capti abripiebantur.Itaq; Viennenſes,optimũ id factu rati,magnam hominũ agreſtium manum cõducunt,qui mœnia tutarentur,& propulſatis hoſtibus,quantũ vini poſſint,inducerẽt. Ipſi arcem ſibi oppugnandam deſumunt.

Non abs re facturum me puto,ſi eorum nomina hic inſeram, qui in arce cum Cæſare fuere, non quidem omnium, ſed ex illuſtrioribus quę habere potui,id quod neq; lectori graue,neq; ipſorum poſteris, qui ſuperſunt, ingratum erit.Aderant verò Vdalricus & Hugo Vverdẽbergici fratres, Ioannes Preiſingus Mariſcalcus,Sigiſmundus Sebriachus,Georgius Kunachius,Sigiſmundus Spaurerus, Hartnidus Buchaimius, Mathias Vvihelmarus, Mathias & Chriſtophorus à Spaur,Ioannes Rorbachius, Ioã. Sibenhirterus,Chriſtophor⁹ Morſbergerus,Vvolfgangus Kadauuerus, Vvilhelm⁹ Bebringerus,Fridericus Vngerſpacherus, Iuſtus Hauſerus, Henricus Vogtius, Georgius Teufenbachius, Vvilhelmus Saurauerus,Antonius Himelſbergicus &c. Nec p̃teriri debet Georgius Poſonienſis Præpoſitus,q̃ armatus inter primos verſabat̃.

*Nomina eorum qui cum Cæſare in arce fuère.*

Qui in arce erant, ducenti ferè viri, maiori ex parte nobiles, animo imperterrito defenſionem parant, & Cæſar ipſe,præter omnium & opinionẽ & ſpem, ſuorum animos cõfirmans circumibat,oportuna hoſtibus loca muniens, & cuſtodias ſuis locis diſponens, itẽtidem alta voce, ita vt ab hoſtibus exaudiri poſſet, clamitans:arcem eam,ſuum cæmiteriũ fore, neq; deum,iuſtę cauſæ vindicem,ſibi defuturum. Miſſilibus inde agi cœpum eſt, qua in re ſuperior erat Cæſarianorum fortuna: qui ſaxa immani pondere ex tormẽtis bellicis,atq; iis maximè, quæ mortaria vulgò appellant,in vrbem eiaculabãtur. Iamq; multi ex ciuibus defenſionem parari, & rem, quam primo ſtatim impetu ſe pfecturos ſperauerant,prętenter opinionem in longum trahi videntes, rerum ſuarum trepidi, pars etiam vini, ac aliarum rerum iactura moti, ex oppugnatione dilabebantur.

*Arx Viennæ obſeſſa.*

Erant apud Cęſarem Zirckendorffius quidam,domi nobilis, & alij nonnulli, tormentorum in hoſtes dirigendorum artifices, qui,ex editioribus murorum pinnis ac feneſtris collimãtes,quoſcunq; incautius ſeſe exhibentes petebant, & ne quis temerè muros

*Zirckendorffi⁹ egregius tormẽtorũ magiſter.*

Ayuntamiento de Madrid

roſ ſubiret prohibebant. Igitur in ꝓximis ſeſe ędibus cõtinebant, quiq́; illis egrediebantur, dolia ante ſe agebant, omnia ex occulto tela, in eam palatij partẽ dirigebant, qua Imperatrix cum imbelli turba cõmorari ſolita erat, quæ de periculo admonita in tutum ſe recepit. Tertio obſidionis die, tres ex terra tumulos aggerunt, ad quos ſingula tormenta bellica adducunt, quartum verò in Viti Eberſdorffij ædibus conſtituunt. Poſtridiè miſſo ad portam nuncio, bellum contrà ac ſcripto promiſerant, indicunt. Cæſariani, ad prȩſcripta quiſq; loca, ſtationes pro muris obeunt. Viẽnenſes ſaxa & pilas in piſtrinum maximè eiaculantur, quo deiecto, fontẽ proximum obrui, aut corrumpi poſſe putabant, quod metuens Chriſtophorus Quoſſius, qui illic curabat, ſublicis & aſſeribus ita fontem muniebat, ne ruderibus vllis, aut maceria illapſa, obſtrui poſſet. Cum verò nihil ferè incommodi cuiquam ab hoſte eueniret, domeſticũ Cæſar periculum vix euitauit. Cùm enim turrim quãdam ingreſſus, bellicam machinam à Zirckendorffio conſtitutã inſpiceret, Vdalrico Vverdembergico oblatum forte fomitem, quo incendi illa ſolet, temerè ventilante, ignis in proximum dolium puluere plenum incidit, trepidantibus cunctis, ac tum ſua tũ Cæſaris de vita ſollicitis, ille ſummam faciei cutem leuiter vſtulatus, ex turri ſe proripuit. Vienenſes verò, admotis vndiq; machinis, omnes oppugnationis modos experti, nunc hanc nunc illam arcis partem tentabant, &, quod in tam incõdita multitudine ſolet, inſolentius agebant: neq; enim vllum ex maioribus tormentis exonerabant, niſi ingens clamor, tubarumq́; ac tympanorum clangor priùs exaudiretur. Audiebantur interim & alia inſtrumenta, & cantantium & iubilantium voces, quas alij in aliorum locum ſuccedentes, plæriq́; ebrij, dies noctesq́; continuabant, nec quieſcebant ipſi, nec quieſcere alios patiebantur. Contra, qui apud Cȩſarem erant, omnia ex militari diſciplina agere, taciti ſua quiſq; munia obire, ad omnem hoſtium ſtrepitũ intenti eſſe, quotquot ſub teli iactum ſe dabãt, ſaggittis ac glandibus petere, ea in re mira erat quorundã induſtria, ac ex proceribus Vvolfgangi Cadaueri præcipua. Tormentarij verò ac pyrotechnitæ ſuadebant, ignita ex puluere pice oleo reſinaq́; ac ſimilibus tela, in domos vrbanas conijcienda, quas ligno tectas facilè ignem cõcepturas. Sed Cæſar ipſos id facere prohibebat, nec eò deſcenſurus videbatur, niſi maior aliqua vis ab hoſte ingrueret.

*Chriſtophorus Quoſſius.*

*Cæſar in magno vitæ diſcrimine verſatur.*

*Viennenſes oĩa confuſè: Cæſariani verò dexterè ſua aggrediuntur.*



Ayuntamiento de Madrid

*Auxilia Frider. obſeſſo miſſa.*

Inter hæc à Georgio rege præmiſſi: Victorinus ipſius filius, & Sternbergicus, cum exercitu in Auſtriam venêre, miſſisq; Viennã fecialibus, bellum, omnibus arma in Cæſarem gerentibus, ſuo & regis ſui nomine, indixerunt. Hos Cremſium, Staina, & Corneoburgum oppida ad ſe receptos, commeatu refecerunt, miſſisq; Viennam nuncijs, ſocietatem amicitiamq; renunciarunt. Boëmi Ortham profecti, tranſmiſſo illic Danubio, Ioannem Vitobitium Schauuenburgicum, Sebriachum, Georgium Volckenſdorffium, Guilielmum & Henricum Bucheimios & alios expectarunt, qui exercitum ex Stirijs, Carinthijs, Carnis, ijsq; Auſtriacis ducebant, quorum integra in Cæſarem fides manſerat. His auxilijs fretus in arce Fridericus, premẽte iam frumenti inopia, aduerſa omnia forti animo ſuſtinebat, ſeq; vxoremq; ac reliquos confirmabat.

*Cronbergeri pietas.*

Recenſetur hoc loco, ſingulare pietatis exemplum, in quodã adoleſcente Franco, (Cronbergerum vocãt) qui bonis literis operam illic dabat. Is iniquam Cæſaris fortunam, imprimis verò Maximiliani pueri ætatem, miſeratus: auiculas quas habere potuit, & carnes per occulta viarum compẽdia, in arcem detulit, magnis ob eam rem præmijs meritò poſtea remuneratus. Interim Victorinus, recepto Vitobitio, exercitu bifariam diuiſo, Viennam verſus mouet, molas aliquot ex itinere deſtruit, & prope Inſeſdorffium caſtris locum capit. Viennenſes, hanc virium acceſſionem, Cæſarianis animum addere videntes, quæ vnica illis ſpes ſupererat, trepidos ad Albertum nuncios mittunt, qui rerum diſcrimine intellecto, ſub menſis Nouembris initium, in vrbem cum ſuis venit. Ibi Viennenſes, prouinciale cum eo & ſuperioris Auſtrię ad Anaſſum ordinibns fœdus percuſſère ad biennium.

*Alberti cum Viennenſibus fœdus biennale.*

*Cæſariani à Cõſule Holzero p̃ſecuti.*

Poſt ictum cum Alberto fœdus, Holzerus Conſul, quiq; cum eo erant, ne quid eorum cœpta turbaret, omnes, qui Cæſaris partes ſequebantur, inquirendos & in cuſtodiam ducendos ſtatuunt. Admoniti ab amicis quidam profugêre, in quibus Laurentium Haidemum, Chriſtophorum Pemuingerum, & Ioãnem Schueizerum reperio. Vvolfgangus Raitẽbergerus, qui per eos dies Pragæ erat, hac fama territus, domum non redijt. Capti fuêre Sebaſtianus Ziegelhauſerus, Iacobus Richuuinius cum Ioanne Iureconſulto, Iacobo & Martino filijs. Ipſe morbo correptus è cuſtodia dimittitur. Complures item alij capti, quorum argentum, & pretioſa

Ayuntamiento de Madrid

pretioſa ſupellex, Holzero eiusq; ſatellitebus, direptioni ac prædę fuêre. Iamq; videre erat, quoſdam togatos ac ſplendidè ornatos incedere, qui paulò ante ære alieno ferè oppreſſi fuerant.

Inter hæc Albertus, miſſis in arcem literis, fratri bellum indicit. Erant cum eo Guilielmus Thirſtainius, Sigiſmundus, Vvolfgangus ac Georgius Schauuenbergici comites. Henricus Liechtenſtainius, Georgius Potendorffius, Vitus Eberſdorffius, Sigiſmundus & Andreas Puechaimij, Vdalricus & Ioannes Starchenbergici, Hartungus Traunius, Sigiſmundus Tepelius, Hartnidus Loſenſtainius, Rembertus Vvaldſeius, Sigiſmundus Eitzingerus, Georgius Stainius & plures alij. *Albertus fratri Cæſari bellum indicit.*

Fraunauerus, præter opinionem omnium, in partibus manere noluit, quod diceret: cum Cęſare de bonis & fortuna cõtrouerſiam eſſe, de vita & honore certamen iniquum videri. Itaq; Viẽna cum abiens: nõ multò pòſt cum illo in gratiam redijt, ac priorum offenſarum veniã impetrauit. Cæteri, duobus magnis tormentis, quæ Albertus ſecum adduxerat, contra arcem collocatis, oppugnationẽ inſtaurant. Cumq; aperto Marte nihil effici poſſe viderẽt, actis clàm cuniculis, murum ſuffodere incipiunt, & proceſſura res videbatur, ſi abſq; Thoma Septemcaſtrenſi (Sibenbürgero) fuiſſet, qui tres in arcem ſagittas coniecit, quibus obuolutę membranæ, eius rei indicium obſeſſis fecêre. Aduolant igitur ad eam muri partem iam perfoſſam, Sigiſmundus Spaurerus, Sebriachus, Preiſingius & Kunachius cum ſuis, manga vi hoſtem ſubeuntem repellunt, picem tædasq; & puluerem aggerentes, quibus incenſis, fumus moleſti odoris, oppugnatores infeſtabat, donec cõgeſta intus materia, foramen obſtrueret. Gerebatur ea res in foſſa quadam, ſub ipſo muro, adeò vicinis inter ſeſe hoſtibus, vt vtriq; alteros ex ſermone noſcerent, ac compellarent, & laboribus fatigati, ſpatium interquieſcendi paciſcerentur, obſtrepentibus interim inſtrumentis muſicis. Igitur cum neque ab hac parte, neque alibi procederet expugnatio, de pace aliquoties agi cœptum eſt, ſed nihil cõuenire potuit. Vrgebat verò obſeſſos frumenti, vini, ac aliarum rerum vitæ neceſſariarum, penuria, adeò, vti relicto Cæſari eiusq; vxori & proceribus tritico, reliqui vel piſa & hordeum, ex dimenſo acciperent, vel furfuraceo pane vterentur, vinum etiam parcè admodùm diſtribuebatur, nonnulli, aqua contenti erant, *Fraunauerus relicta Alberti factione ad Cæſarem redit.* *Thomas Sibenbürgerus.* *De pace aliquoties fruſtrà actũ*

 quam

Ayuntamiento de Madrid

*Fames in arce Viennenſi.* quam melle temperaſſe non nemo ex proceribus legitur. Sigiſmundus Schauuenbergicus, rerum humanarum memor, puero Maximiliano, oua aliquot, farinam & alia, quibus ea ætas gaudet, ad portam arcis miſerat, non prohibente id nec Alberto principe, neq; Holzero aut quopiam alio ex ciuibus. Agreſtes verò conductitij, qui ſtationem illic habebant, omnia illa famulo erepta corrupêre, & ſolo illiſa pedibus conculcauêre.

Inter hæc Paumkircherus, Mathiam quendam Nakauizium, cum literis in arcem mittit, quibus adeſſe Victorinum, patremq; eius regem ſubſequi indicat. Is in palatij foſſam ſaltu ſe demittens, adiuuantibus Cæſarianis nuncium expediuit. Hunc ſecuti & alij, Cæſarem edocent, quem habeant exercitum, & ſi regem expectare poſſet, commodius id ac tutius fore, ſin minus, paratos ſe pro præſenti rerum copia vrbem aggredi, quod ſi neceſſe ſit, ignes excitari, ac vexillum album expandi iuberet. Cæſar, conſilio ad ſuos relato, cum extrema neceſſitate premi ſe videret, ſigna vti conuenerat edi, ac nuncios in caſtra mittens, aduentum maturari iubet. *Gratum de Boëmiæ regis aduentu auditur nuncium.* E tribus nũcijs primus Pet. Althamerus, Chriſt. Spaureri famulus, in hoſtiũ manus venit: reliqui duo Laurẽtius Poſonienſis Prępoſiti, ac Vitus Cadauueri famuli, in arcem reuerſi, vẽturos poſtridiè ſocios annunciant. Ad medium igitur Nouembrem Victorinus, Schauuenburgicus, & Paumkircherus, caſtris Inſeſtorffio motis, per Ægidij fanum Gumpendorffium ducunt, vbi ea nocte quietẽ capiunt. Altero die inſtructo agmine ꝑ vineas, ad D. Vdalrici ſuburbium veniunt, ſummaq; cum alacritate & hoſtium contemptu vallum oppugnant. In prima acie erant Guilielmus Buechaimius, Henricus Streinius, Vvolfgangus Roggendorffius, quibus commiſſum erat vexillum Auſtriacum. Hos ſequebantur Georgius Volkenſdorffius, Pancratius Blanckenſtainius, Ioannes Hofkirchius, Haidenrichus Dapifer. Holzerus inter hæc, ciuitatem omnem, ac cõductos ex agris, in arma concitauerat, & ad viginti hominum millia, pro vallo conſtituit. Poſt eos conſtituti ex proceribus & Alberti milites, promptiſſimus quiſq;, tergiuerſantes inſtigabant, neq; ordinibus excedere, aut ſtationẽ relinquere, quenquam patiebantur. *Acre committitur prælium.* Pugnatur vtrinque acriter, Cæſariani, magno clamore ſublato, in vallum inſiliunt, vnde telis repulſi, iterum atque iterum fortunã tentant, vrgente ipſos à tergo, &, ne cederent, inhibente



Ayuntamiento de Madrid

inhibente Henrico Buechaimio. Qui in arce erant, ex editioribus locis pugnam ſpectabant, nec deerant, qui iniquam ſuorum conditionem videntes, (nam & pauciores à pluribus deturbabantur, & nix, quæ ceciderat, firmare pedem non ſinebat) exire, & propugnatores turbare, cupiebant, ſed paucitate ſua deterriti ab hoc cõſilio, ignem in vrbanarum ędium tecta coniecère. Id verò propter niues effectũ nullum habuit. Iamq; multis occiſis, reliqui paſſim recipere ſe coacti, Gũpendorffium abière. Viennenſes D. Vdalrici porta effuſi, fugientes inſequuti, duo tormẽta ſecum in vrbem adduxère: Ducẽti ex Cæſarianis & Boëmis deſiderati ſunt. Magnam ex eo ſucceſſu lætitiam Viennenſes concepère, q̃ magnis clamoribus, ac ſparſis publicè dicterijs prodebãt, Iamq; de Cęſare victoriã in manibus ſe habere putabant, & ad oppugnationẽ arcis redibãt.

Paucis diebus poſt, Georgius Podiebradi⁹ Boëmorũ rex, cum exercitu Corneoburgũ ipſe venit, octo hominum millia cum eo fuiſſe, inuenio. Ad hunc Albertus, fide publica interpoſita, profectus, cauſam ſuam quibus poterat verbis adornans, multiſq; fratrem accuſans, vti arbitrum ſe interponat, pacemq; ac cõcordiam faciat rogat, ac de ſe quiduis promittit, Rex, niſi audito prius Cæſare, nihil ſtatui poſſe, reſpondet. Itaq; Albertus, qui ſperauerat futurum, vti ex ſua inſtructione, formula pacis aliqua conciperetur, infecto negocio Viennam redijt. Boëmi inde, ſuperato Danubio, reliquis ſeſe coniunxère. Alter dein conuentus ad Neoburgum indictus, miſſique ad Cæſarem legati, vti regi poteſtatem tranſigendi traderet, petière. Is legatos eò miſit, Sigiſmundum Sebriacherum, & Georgium Kainachium. Adfuit & Holzerus conſul. Ibi Georgius, qui id agebat, vti neque aduerſæ factioni ſuccumberet Cæſar, neque omnino abſq; æmulo rerum in Auſtria potiretur, pacis leges in hunc modum confecit: Vti captiui vtrinq; liberi dimitterentur, Albertus arces, oppida, ditionesquè omnes bello occupatas, fratri reſtitueret, Auſtriæ inferioris gubernationem, vicario nomine, ad annos octo gereret, quatuor ducatorum millia quotannis fratri exolueret. Hæc capita Cæſaris legati vt iniqua repudiabant. Rex verò & tunc & poſt paulò, ſatis demonſtrabat, fieri aliter non poſſe, vti Cæſar obſidione eximeretur. Id verò vti quamprimùm fieret, Georgius tum demum ratas fore conditiones decreuit, cum Cæſar ipſe in colloquium veniſſet, quod cum non admiſſurus eſſe videretur Albertus, rex nihil ſe vlterius

*Georgi⁹ Boëmiæ Rex cæſari cum 8000. militib⁹ in auxiliũ venit.*

*Conuentus Neoburgi indictus.*

*Pax inter Cæſarem & fratrem Albertum.*



Ayuntamiento de Madrid

terius acturum minatus eſt: neq; enim ex iuris formula quicquam in acta referri poſſe, niſi præſente ipſo, cuius nomine cum exercitu aduenisſet, ac totius controuerſiæ arbitrium in ſe recepiſſet.

*Frid. Cæſ. obſidione liberatus.* Itaque concedente Alberto, Cęſar arcem egreſſus, coniugem Eleonoram, cum puero Maximiliano, in D. Theobaldi ſuburbiū comitatus, Styrijs & Carnis Neapolim deducendam tradit, ipſe Corneoburgum ad regem pergit, deducente eum Victorino, cum mille equitibus. Cæſar, vbi ad regem veniſſet, ampliſſimas illi gratias egit, ſuam viciſſim operam promittens. Ibi inter mutuas gratulationes extractum eſt tempus, & licet omnes iam articuli conſignati eſſent, nihil tamen eo die, prȩterquàm de liberandis captiuis, tranſactum eſt. Sunt qui Albertum multa dicere volentem, nec æquis auribus auditum, neq; vllum à Cæſare reſponſum habere potuiſſe, tantùm Georgium Volckenſdorffium, eius nomine verba feciſſe, referunt. Poſtridiè Cęſar, ſummo mane, cum rege Enſeſdorffium, quod maius vocant, conceſſit, vbi poſt triduum in venatione ac conuictu exactum, rex in Boëmiam redijt, Cæſar ad Pontem Leytæ, atque porrò Neapolim ſe contulit. *Pax inter fratres irrita.* Albertus, Viennam reuerſus, magiſtratui & Academiæ primatibus, deſcriptos de pace articulos oſtendit, palatium ſibi tradi poſtulat, vtq; fidem ſibi & obſequium iureiurando aſtringant. Vtrumque ſine magno negocio obtinuit, ipſis D. Stephani ferijs.

Eo ſucceſſu lætus, vti vires ſibi maiores adiungeret, conuentum omnium ordinum ad proxima Regalia edixit, vbi de tollendis per Auſtriam latrocinijs, mutuaq; omnium concordia ageretur, atq; ipſe gubernationem eſſet auſpicaturus. 1463. Interim neq; bello occupata Cæſari reſtituuntur, neq; hic illi gubernationem attribuit, vti à rege conſtitutum erat. Igitur edictis paſſim promulgatis, Cęſar omnibus, graui denunciata pœna, interdicit, ne conuentum frequentent, cuius indicendi ius penes fratrem nullum ſit. Itaq; ex proceribus illi, qui cum Alberto ſentiebant, adfuêre, ex ciuitatibus ſolæ: Tulna, Ibiſſa, & Neoburgum, quæ præſidijs eius tenebantur, ſuos eò miſêre. Ibi Alberto ſatis magna pecuniæ ſumma, à prouincialibus ex vinearum fructibus decreta eſt, qua adiutus cum dignitate præeſſet, bellumq; ac rapinas profligaret. *Cæſaris de fratre querelæ.* Cæſar inter hæc, miſſis ad Imperij principes legatis, ac literis, grauiſſimè de fratris iniuria conqueritur, qui contra ius gentium adiudicatam ſibi hȩreditariam ditionem eriperet, ſubditos in legitimum

mum principem armaret, cum ſummo Cęſareæ maieſtatis adeoq; totius Imperij cõtemptu, cuius negocijs quantumuis arduis, domeſtico impeditus bello, deeſſe cogeretur, compeſcendam eſſe hominis audaciam, ac impotentem dominandi libidinem, ne exemplo noceat.

Hæc & plura in hanc rem Cæſar ad exteros ſcribit, domi verò eos, qui adhuc in fide erant, in officio retinere ac confirmare ſtudet. Andream Paumkircherum Corneoburgum cum copiis mittit, cui ſex aureûm nummûm millia ex redditibus loci aſſignat. Is pręoccupato oppido, arcem excitat, prę ſidium in ea collocat, crebrisq; excurſibus, vicinos hoſtium agros, infeſtat. In armis quoq; erant: Sigiſmundus Buechaimius, & alij Cæſaris duces. Albertus verò & ipſe ſociorum auxilia, maioreſquè ex ſuperiori Auſtria, ac Rhenanis ditionibus copias accerſebat. Ingens vtrinq; belli apparatus erat. Sub finem menſis Ianuarij, Albertus curiam vrbanam ingreſſus, vbi ſenatus tum habebatur, literas quaſdã profert Hebraico charactere exaratas, quas Ioannem quendam Berchtolſdorffij prætorem, Iudæo neſcio cui eripuiſſe dicebat, quarum argumento nonnulli primarij ciues inſimulabãtur, quod loca quædam vrbis incendere, ortoq; tumultu ipſum contrucidare, aut ſi minus id procederet, in vitam ipſius veneno graſſari conſtituiſſent. Itaq; maieſtatis poſtulati, ac in vincula coniecti fuère Simon Pötlius, Nicolaus Teſslerus, Oſvvaldus Reichvvolfius, Georgius Angerfelderus, Stephanus Kiſlingus, Thomas Tenckius, Chriſtianus Prennerus, Ioannes Odenaccerus atq; alij nonnulli; quos omnes Cæſari addictos eſſe conſtabat: etſi verò de obiecto maleficio nihil probari poterat, ſolum tamen mutare coacti ſunt, bonaq; eorum fiſco adiudicata.

*Andr. Paumkircherus Corneoburgum occupat.*

*Vtrinq; bellum paratur.*

*Cæſariani in vincula cõiecti.*

Interim principes ac ſtatus Imperij circa feſtos reſurrectionis Dominicæ dies, comitia Ratiſbonæ habebant, de quorum conſilio & conſenſu, Cęſar publico edicto, fratri aqua & igni interdicit, omniaq; commoda, quæ ab Imperio habebat, omnesq; tam intra quam extra Auſtriam ditiones adimit. Odium illi apud principes præter Cæſarem ipſum concitabant Viennenſes quos dixi ciues, qui eò profecti, & in conſilio auditi, iniuriam, carceres, exilia, bonorum direptiones, inopiamq; ac miſerias ſuas exaggerabant. Albertus hoc modo ab Imperio proſcriptus, appellationem ad Ro. Pontifi-

*Alberto aqua et igni interdicitur.*

*Albertus ad Rõ. Pontificem prouocat.*

Ayuntamiento de Madrid

Pontificem interpoſuit. Is erat Pius Secundus, qui,quòd vtrumq; fratrem domeſticè nouiſſet, tantum aberat,vti Alberti cauſæ patrocinaretur, vti & ipſi & cæteris omnibus, quotquot Cæſarem Viennæ obſederant, aut obſidionem adiuuerant, ſacrorum vſu interdixerit, & ſacri ordinis viris iniunxerit, ne quenquam illorum,niſi audita prius & diſcuſſa abs ſe cauſa, ſceleribus expiarent. Albertus igitur,conuocato ex ſenatoribus iisque proceribus qui aderant conſilio, adhibitis quoque Gymnaſij magiſtris, ad Pontificem melius(vt loquuntur)informandum denuò prouocat: de quo nō dubitaret, quin negocio propiùs inſpecto, & cauſæ ęquitate cognita,longè aliter ſit iudicaturus. Premi ſe fratris authoritate, magnaquè principum ei addictorum inuidia,qui altera tantum parte audita præiudicarent; breui ſe ſcripto declaraturum, quo iure Auſtriæ gubernationem vſurpet, omniumq; actionum exactè rationem eſſe daturum. Hæc & alia quæ cauſabatur, non multum momenti habebant, neque Pontifex,nec Cæſar ipſe,aut Imperij principes,quicquam mutabant.

*Albertus excōmunicatus.*

*Alberti de fratre Imperatore querela.*

Interea temporis milites nonnulli, qui Friderico, maior pars Alberto meruerant, non perſoluto ſtipendio,propè Medlingam oppidum,cœtus agunt,Alberto bellum denunciant,& Vencenſlao quodam Vettauio duce, ſuperato Viennenſi (quem vocant) monte,vineatores aggreſſi,ad quadringentos capiunt,quos Medlingam adductos, & cellis vinariis incluſos,fumo aliisq; cruciatibus propè enecantes,pecuniam extorquent, oppidum diripiunt. Dein per vicina nemora, in agrum Tulnenſem excurrunt, Herzogburgum cœnobium, cum pago adiuncto captum, aggere ac ſeptis muniunt,vnde agros longè lateq; populati,agreſtes capiūt, captos pecunia multant. Hæc cum Viennam quotidie nunciarentur,imò ſub ipſis propè mœnibus, & in conſpectu vrbis gererentur, nemo vltum iniurias ibat. Gliſcebat enim indies inteſtinum inter ciues ac plebem diſſidiū, iamq; eò veniebatur,vti quiſque ſibi à vicino cauendi, quàm in publicum, conſulendi curam eſſe potiorem duceret, adeò exaſperatis in mutuam perniciem animis, vti altera factio alterius magis exitium, quam propriam incolumitatem deſiderare videretur. Cæſariani, qui pauciores erant,Alberti præſentiam veriti,taciti ſeſe continebant. Ipſe verò ludis equeſtribus interim & comeſſationibus ocium ſuum oble-ctabat.

*Venceſlaus Vettauius quadruplatorū ductor.*

*Inteſtinū Viennæ odium.*

Ayuntamiento de Madrid

ctabat. Tandem verò cum offenſos in ſe multorum animos ſuſpicaretur, neq; Holzero ſatis fideret, homini inquieto ac nouarum rerum ſtudioſo, vti præſidium aliquod ad dubios caſus ſibi pararet, ducentos, ex ijſdem ipſis quos dixi militibus, conduxit, quibus ſtipendium exoluit, cęteris Ibiſſi vectigalia, quoad ſoluerētur oppignorauit. Mox ad explorandos ciuium in ſe animos conuerſus, quadruplatoribus aliquot negocium dat, vti in ciuium domos & familiaritatē ſeſe inſinuarent, famamq; ipſius traducentes, eorum ſermones ac animos elicerent, omnia ad ipſum deferrent. *Albertus ſuſpectos habet Vienneſes.*

Cùm nihil audiretur, quod magnoperè timeret, milites abs ſe dimiſit, illisq; & alijs omnibus ex pecunia in conuentu decreta ſtipendia perſoluit, iamq; omnium rerum ſecurus, ad vſitata vitæ oblectamenta reuertebatur. Oportunū id tēpus Cęſarianis viſum, qui omnem operam adhibebant, vti Holzerum in ſuas partes adducerent, quæ res non admodum magni negocij videbatur. Neq; enim ille de Cæſaris animo dubitabat, quin ſi operam illi daret, ante actorum veniam facilè conſequeretur, & vt erat profundæ auaritiæ, multa ſibi ac magna præmia, meſſemq; auream ex proſcriptorum bonis pollicebatur. Authores habeo in manuſcriptis, qui huius rei fundamenta iam ab eo tempore iacta fuiſſe aſſerunt, quo Boëmię rex, Corneoburgi pacem inter fratres tractabat: nec multò poſt occultos ab Holzero nuncios ad Cæſarem cōmeaſſe, per quos ille indicauerit, videre ſe, nullum in Alberto ad diuturnitatem eſſe præſidium, de vrbe ipſi reſtituenda conſilium iniri poſſe, ſi venia ipſis & pax & ab ipſo & ab ipſius ducibus Paumkirchero ac Graueneccio certa promitteretur. Eos verò à Cæſare compellatos, vindictam omnem ei condonaſſe. Erat inter Eccleſiaſticos ꝓceres Georgius Prępoſitus Poſonienſis, qui ita ſeſe geſſerat, uti & Cæſari fidus, nec Alberto ſuſpectus haberetur; imò (niſi fallit Lazius) familiaris illi eſſet, ac ad reip. gubernacula aſſideret. Huic ſex aureûm nummûm millia à Cæſare pacta fuiſſe dicunt, ſi vrbem in eius obſequium reduxiſſet. Is crebris ſermonibus cum Holzero habitis, cum difficilem eſſe rem diceret, propter populi in Albertum ſtudia & fidem, quam iurati non temerè violarent; Holzerus vtrumquè illi ſcrupulum eximere conatus; nihil eſt quod verearis, inquit, ego tribunos plebis & opificium decuriones facilè in meam ſententiam adduxero: tum iuſiurandum ex Neoburgenſis concor- *Holzerus ab Alberto ad Cæſarē tranſitum molitur.* *Holzerus verſipellis.*



Ayuntamiento de Madrid

concordiæ formula diximus, qua non ſeruata, neq; illius religione illigatos teneri ęquum eſt. Hæc inter ſe collocuti, prima occaſione rem aggrediendam eſſe, decernunt. Habebat Grauenecccerus haud procul ab vrbe equites quadringentos, quibus inter alios præfecerat, Auguſtinum quendam Triſtramum. Hos in vrbem introducere viſum eſt, eamq; rem Præpoſitus extra vrbem apud Graueneccerum, Holzerus domi procurabát. Ne verò motus inde inter ciues ac plebem exiſteret, & Holzerus, qui ita hactenus conſilia ſua moderatus erat, vti ex publico commodo ea gerere videretur, ſuam exiſtimationem retineret, miſſis clam núcijs & viatoribus ipſo paſſionis die, primis ſe intendentibus tenebris, ſenatores ciuiumq; primos ac opificum præfectos ad ſe vocat, eſſe quæ de rep. cum ipſis agat. Conueniunt pleriq; omnes, alius alio tardior, ita vt res in multam noctem protraheretur. Interim Holtzerus primatibus aliud, aliud tenuioribus, & qui illos officij cauſa ſecuti erant, hypocauſtũ aſſignat. Mox ad illos ingreſſus, bono animo eſſe iubet, neq; moram ægrè ferre, abeſſe adhuc Iudicem cum paucis quibuſdam, quos ante hac quoq; in conſilium vocatos, minus obſequentes expertus eſſet, quoſq; in Senatu acta ad principem detuliſſe ſibi conſtaret. Ad hæc Vvolfgangus Holobrunnerus reſpondet, mali exempli illud eſſe, & multare eiuſmodi ciues ex officio ipſum debere, quod omnes hactenus ciuiles tumultus ex eo ortum habuiſſent.

*Aug. Triſtramus.*

*Holzerus Viennenſes ad ſe conuocat.*

Dum hæc inter ſe colloquũtur, ad fores adfuêre Iudex Kirchhaimius & tres cum eo ſenatores, quos Holzerus ſeorſum in cameram ducens, paululum expectare iuſſos, includit, ſatis de ſe ſollicitos, neque enim ſciebant quid ſtrueretur. Ille verò ad reliquos ingreſſus, huiuſmodi orationẽ habuiſſe dicitur: Confidenter ego apud vos dico, Viri Viennenſes ciues cordatiſſimi, quibus mearum actionum rationes cognitę ſunt, me pro meo in vos veſtramquè ciuitatem ſtudio, nihil hactenus ad ſummam diligentiam reliquum feciſſe, quò in hac temporum iniquitate, turbulentoq; rerum ſtatu reipublicę, mihi commiſſæ, quam optimè conſuleretur. Ea de re ne quid mutem, magni momenti rem vobis communicandam duxi, ſumma fide ac ſilentio, quę in vobis eſſe nõ dubito, tegendam: quare & eos quos ſuſpectos habeo, ne quid turbarent, ſecluſi. Certis ego indicijs cognoui, Albertum principem conſilia

*Holzeri ad ciues oratio.*

cum ſuis

cum ſuis agitare, quo pacto introductis in vrbem militibus, iura omnia & priuilegia veſtra ſibi vindicet, ſuoq; arbitratu omnia adminiſtret, quæq; illi facere libitum erit, de fortunis noſtris deq; corporibus ſtatuat. Cogitate iam cum animis veſtris, quæ ciuitatis facies, quiſq; vniuſcuiusq; noſtrum priuatus rerum ſtatus futurus eſt, cum milites iſtos, famelicum hominum & rapinis inſuetum genus, domibus noſtris manipulatim immiſſos, pro ſua quiſq; facultate, hic denos, ille vicenos alere, & quaſi ſerpentes in ſinu fouere cogemur. Neq; enim illi quotidiano ac parabili cibo, aut collata ſtipe contenti erunt, ſed genio benè curato, noſtriſq; benè partis ſaginati, niſi exactæ militię ſtipendia acceperint, nunquam abibunt, neque cutim noſtram, vti hirudines, ante relinquent, quam ſanguine ſe expleuerint. Id verò ita futurum, ex anteactis & præſenti rerum ſtatu conijcere, facilimum eſt. Vidimus enim, poſt exactam à nobis pecuniam, militibus agros & vineas noſtras populantibus, non modo non perſoluta fuiſſe ſtipendia, ſed oppida inſuper & vectigalia oppignorata. Quid ergo nunc ab Alberto expectandum, qui & ipſe pecunia caret, neq; vlla regum aut principum auxilia, quæ oſtentabat, habere poteſt? Atqui bonus eſt princeps, dicat nunc quiſpiam, ſeq; noſtræ fidei commiſit; imò nos ipſius fidei noſq; & rempublicam noſtram tradidimus: qua in re ne vnà vobiſcum ego ſpe mea deceptus ſim vereor, & conſideratiùs porrò agendum video. Nec eſt, quod maiorem mihi in deprægendendo induſtriam fuiſſe, quam in declinando, aut ſi vſus poſcet, propulſando periculo fore quiſquam arbitretur. Iam enim conſilium mihi inueniſſe videor, quo quicquid hoc tempeſtatis impendet, id abſq; vllo tumultu depellatur. Quadringenti equites viri ſtrenui, operam nobis ſuam offerunt, Germani omnes, quibuſcum nobis linguæ, cognationis, aliarumquè rerum coniunctio eſt. Hi à fidis principibus miſſi, ad menſem vnum atq; alterum, ſuo ſtipendio, commodis noſtris, inſeruire parati, ſi in vrbem admittantur, facilimè Alberti conatibus obuiam iri, atq; ipſe in officio retineri poterit. Nihil equidem addubito, quin is, cumprimùm hæc à nobis tam prudenter eſſe præuiſa animaduerterit, ad quietiora ſe conſilia conuerſurus ſit, & de pace nobis reddenda, aliquando cogitaturus, quæ vtiq; inteſtino huic bello anteferẽda eſt. Si verò prauis ſuorum perſuaſionibus potiùs

*Propoſitio.* *Ab exemplo.* *Conceſſio.* *Ab vtilitate communi.*

quam noſtris conſiliis obſecutus,ita ſe geret,vti nihil æqui impetrari ab eo poſſit; in manu nobis erit, excuſſo eius iugo, ad Cæſarem redire, cuius, ſi nihil aliud, conſilia omnia,vti firmiora,ita & moderatiora ſunt. Ego ſanè, ſi eò deuenire res coget, & veniam nobis,vt ante hac quoque, apud eum paratam, & Pontificis Romani regumq; ac principum animos, æquiores fore, ſcio. Hæc vbi dixit,omnes in eius ſententiam iuêre. Placuit tamen nonnullis, qui Alberti rebus addictiores, defectionem parari necdum ſciebant,rem prius ad populum referri, neque ſine adſenſu principis equites intromitti, cui aliam eius rei cauſam prætendi poſſe. Conſul hoc ſibi vt reliqua curæ futurum reſpondet. Ita ſilentij fidem à ſingulis ſtipulatus, appetente iam diei crepuſculo, cœtum dimiſit.

*Epilogus.*

Interim equites,quos dixi,à Præpoſito omnia edocti, firmo progreſſu ad vrbem appropinquauerant, quos Holzerus cum fida ſuorum manu obuiam profectus,in vrbem introduxit, euaginatum manu gladium præferens. Cum in locum veniſſet, quam Aulam vulgò vocant,ciues qui nocturno cętui non interfuerant, & vrbana plebs,atq; operæ,arreptis quæ obuia erant concurrunt, quid cauſæ ſit exquirunt. Hos conſul & Odenaccerus, omnia tuta eſſe tęſtati, vtcunq; ſedarunt. Iidem quoq; paulò ante, miſſa in aulam epiſtola,principi indicarant, venire aliquot equites, qui & ipſi & ciuitati prędidio futuri ſint,ne quid ea re moueretur. Is verò non antea ſe de ea re admodum miratus,& ſuſpecta omnia habēs, quoſdam ex ſuis ad Holzerum miſit, quibus idem quod perſcriptum erat reſpondens:bono animo principem eſſe iuſſit, neque enim vim vllam,aut iniuriam parari.Idem adfirmabant & alij nōnulli, ſuamq; fidem interponebant, quibus acquieſcentes aulici, rem ad Albertū renunciant.Holzerus autem,multitudinem abire domum,ac equites curare corpora iubet, hoſpitia illis aſſignat. Interim Iacobus Storckius,cum quodam Liebharto, quod prætorem,& alios quoſdam ab Holzero detineri incluſos ſcirent,ſibi timentes, ad Albertum perfugiunt, rei periculum exponunt. Albertus trepidare,auxilia circumſpicere,fidiſſimum quemque vocare,conſilia anxius exquirere,multa de Holzeri perfidia queri,& cōuicia in ipſum ac minas iactitare. Angebat ipſius animū ſubita res, & quod ab armis imparatū ſe videret, neq; ſi arx obſideretur, vel vnius

*Holzerus equites in vrbē accerſit.*

*Alberti metus.*



Ayuntamiento de Madrid

vel vnius diei annona ad manum eſſet. Ad hoc ſemidiruta arcis loca, inductis tantum aſſeribus tecta, magis quam defenſa erant, adeoq; peior illi conditio, quam fratri, ſubeunda videbatur. Dixiſſe ipſum ferunt, nunquam ſe de Holzeri animo tale quid expectaſſe, vtcunque tamen res caderet, moriturum ſe priùs, quam in cuiuſquam poteſtatem viuum eſſe venturum.

Aderat inter primæ admiſſionis proceres, Rembertus Eberſdorffius, qui popularium fidem implorādam eſſe admonuit, quos ſciret ipſi impenſius fauere, neq; tàm ſubitò omnes abs quoquam corrumpi potuiſſe. Igitur dimiſſis in proxima compita præconibus, ſignoquè ex turri Michaëlis campana dato, ciuitas omnis ad arma concitatur. Ciues verò & incolæ quid ageretur, aut ad quid vocarentur ignari: maior pars in forum ad conſulem, vbi equites ſtationem habebant, pauci ad principem accurrebant; quem errorem animaduertens Eberſdorffius, vexillum ad portam Stubarum excitat, omneſq; eò conuocat, qui vitam principis, ipſamq; adeò rempublicā, ſaluam velint. Intellecto principis periculo, & fraude Holzeri detecta, omnes propè ipſum execrati, ad Albertum ſe recipiunt. Inde impetu facto in forum iterum procurrunt, equites aggrediuntur, ad quid venerint quærunt, minas, armaq; ac mortem intentant. Holzerus malè ſibi rem ſuccedere videns, multa in excuſationem adferebat, intromiſſos equites ad incolumitatem vrbis, ipſiuſq; principis defendendā, cui ſi minus id probetur, dimitti iterum poſſe. Auguſtinus item Alberti fidem appellat, nihil ſe in ipſum moliri, & ſi ſecuritas præſtetur, abſq; maleficio, eadem quà venerat, abiturum promittit. Hęc quò minus à principe audirentur, in cauſa erat multitudo, quæ ſublato clamore, armis in equites irruit. Hi defenſionem primum parantes, deinde ne pauci à pluribus circumuenirentur (iam enim & ex domorum tectis, lapides in eos deuoluebantur) paulatim retrocedentes ad portam perrexêre, qua clauſa, cùm aliquandiu reſtitiſſent, tribus tantum occiſis ſe dedidêre, ac in cuſtodias miſſi ſunt. Holzerus diu quęſitus nuſquam comparuit. Igitur princeps, collaudato ciuium erga ſe ſtudio, ædes illius omnis fortunæ publicæ & priuatæ plenas, diripi iuſſit. Inde quæſtione de captiuis equitibus inſtituta, intercedentibus Georgio Pottendorffio, ac aliis nonnullis, & vadimonium præſtante Poſingio comite, omnes præter Auguſtinum dimiſſi ſunt.

*Albertus popularium fidem inuocat.*

*Equitum p Holzerum adducto rumpe[illegible]culum.*

*Holzeri bona direpta.*



Ayuntamiento de Madrid

*Holzerus Calēberga excluſus.*

Inter hæc Holzerus, qui vrbe profugerat, noctu ad portam reuerſus: cum non intromitteretur, ad Calembergi arcem ſe contulit. Excluſus ab Aſchibeccio (quem fidem ſibi atque obnoxium putabat) occultis per ſaltuoſa loca ſemitis Medlingam, atq; tranſmiſſo illic Danubio, in arcem Vviteneggiam, ex liberalitate Alberti ſibi conceſſam, venit. Dein aſſumpto vinitoris habitu, cum tribus tãtum famulis, Nuſdorffium regreſſus, à Lanione primùm agnitus, à ruſticis captus in vrbem deducit', tertio die quam exierat. Sunt qui ab Alberto interrogatum, magna cum audacia, reſpondiſſe ferunt; nullius ſe criminis inſimulari poſſe, cuius non ipſum fundum ac ſubſcriptorem habuiſſet. In carcerem cõiectus, & in equuleo tortus, nihil præter ea, quæ vulgò cognita, negare non poterat, confeſſus eſt, neque ex ſocijs quemquam indicauit. Capti tamen ex ſenatu, & ciuibus quorum primi fuêre Oſvvaldus Richvvolfius, Sebaſtianus Ziegelhauſerus, Ioannes Purchuſius, Chriſtianus Prennerus, Nicolaus Ernſtius, Thomas Tenckius, Chriſtianus Vviſingerus, Andreas Schonbrucknerus, Ioãnes Odnaccerus, Ægidij duo: Knabius, & Paromus, Laurentius Schvvanzius, Vvolfgangus Holobrunnerus, Georgius Hallechius, Angerfeldius ac Manerſdorffius. Alij aliquot fuga ſalutem quæſiuêre.

*Captus in Vrbē reducitur.*

De Holzero & reliquorũ nonnullis, ſupplicium maturè ſumptum. Itaque die Veneris, poſt ferias Paſcales, ex carceribus producti, currui imponuntur Auguſtinus, Holzerus, Richvvolfius, Ziegelhauſerus, Purchuſius, Odennaccerus, & Hollerbeccius. Cum ad forum ventum erat, quod Altum vocant, Auguſtinus curru deſcendere iuſſus, capite plexus eſt. Reliqui in aliud forum, cui ab Aula cognomen eſt, deportati, cùm ex ijs, quæ apparata videbant, alio mortis genere afficiendos ſeſe putarent, populi fidem implorauêre, cuius precibus datum, vti gladio ferirentur, præter Holzerum, cui nihil remiſſum eſt. Richvvolfius ante alios in medium productus, circumſtantem hominum turbam, vti pro ſalute animæ ſuæ ad deum intercedant, orat, nullum ſe facinus morte dignum admiſiſſe, id ex ſcripto quodam ſuo ſatis colligi poſſe. Sebaſtianus dein ciues obteſtatur, vti pacem inter principes faciant, paucorum iam fundi ſanguinem, ſed niſi præſens rerum ſtatus mutetur, atrociora eſſe expectanda, & quorum memoria in multos annos eſſet duratura. Se verò nõ aliam ob cauſam mori, quàm

*Aug. Triſtramus capite plexus.*

*Ciues quidam Viẽn. decollati.*

quod

Ayuntamiento de Madrid

quod Cæſari ante iuratus: Alberto fidẽ ſuam aſtringere recuſaſſet. Ita & ipſe & poſt ipſum alij protenſa ceruice, ferrum recepêre, miſerando ciuibus ſpectaculo. Reſtabat ſolus iam Holzerus, ad quẽ propius accedens carnifex, alio mortis genere afficiendum indicauit, quod vbi intellexit Holzerus, voce miſerabili mortem eam deteſtatus eſt, qua futurum videret, vti corpus auibus lacerandũ daretur. Ego, inquit, cum recordor Chriſtum dominum innocentem pro me immolatum, cuius memoriam ante octo dies celebrauimus, hanc mortẽ patienter & ipſe feram, etſi meritis meis atrociorem. Diſſecto mox corpore, caput attollens, & exempta iam viſcera aſpiciens, inuocato D. Deiparæ virginis auxilio, luctantem inter cruciatus ſpiritum, reddidit. Corporis partes, ante quatuor portas vrbis, palis alligantur, caput ad ſuburbium illud ſuffixum eſt, per quod equites introduxerat. Hunc finem habuit Vdalricus Holzerus, qui ſi intra fortunæ ſuæ modulum ſe continuiſſet, tragicum hunc exitum non incurriſſet, nunc verò & patriæ adminiſtrationem & principum amicitias, priuato ſuo emolumento, accommodans, & fortuna abuſus, exemplo ſuo comprobauit: ſacram eſſe rempublicam, & quicunque eam violarunt, ab omnibus ei pœnas eſſe perſolutas. Captiui reliqui quos dixi, & pręter eos, alij nonnulli poſtea compræhenſi, amicorum & cognatorum precibus, & mulctæ viginti quatuor millium ducatorum interuentu, libertati reſtituti fuêre.

*Vdalrici Holzeri ſupplicium.*

*Reſpublica non violand.*

Inter hæc extra vrbem quoque armis & rapinis infeſta erant omnia, multi enim, qui vel Cæſari vel Alberto merebãt, per agros populabundi, prædas agebant. Quod cum illos impunè agitare viderent, alij quoq; neutri addicti, ſed vtrunq; accuſantes, eorum exempla ſequuti ſunt. Erat Rupertus quidam Creutzerus homo militaris, qui vel Cæſaris partibus addictus, vel Alberto & Viennenſibus, ſua quadam de cauſa, offenſus, quotidiè cum expedita militum manu, ipſorum agrum incurſabat. Is arcem quandã Leupolſdorffium, oportunam ſibi videns, (nam vno tantum miliari ab vrbe diſtat) noctu Laxemburgo egreſſus, aſtu capit, aggere ſepibus ac foſſa munit. Inde crebriores quam antea excurſus faciens, Viennenſes magnis afficiebat incommodis, donec Georgius Schrotius arcis dominus, numeratis quingentis florenis, eam recepit.

*Rupertus Creutzerus.*

*Georg. Schrot.*



Ayuntamiento de Madrid

Hiſdem ferè diebus alius quidá miles, cognomento Schvveitzerus, arcem Kalſpergam prope Berchtolſdorffium occupat. Alij item Raucheneccium, Mitterdorffium, aliasq; arces in poteſtatem redactas, communiunt, nouaq; receptacula excitant (vulgò tabernæ vocabantur) ex quibus agros & itinera infeſtabant. Imprimis verò Viennenſibus grauis erat Schvveitzerus, vinitores eorum vexans, quæquè in vrbem importabantur interuertens. Contra ipſum egreſſi, Alberti duces, cum Viennenſium voluntariorum manu, Kalſpergam expugnant, Schvveitzerũ viuum cum octo commilitonibus capiunt, Viennam ſecum abducunt. Hunc rerum ſtatum Pont. Max. ſublatum cupiens, legatum ſuum Dominicum Torcellanum antiſtitem, in Germaniam miſit, qui pacem & concordiam inter fratres procuraret, Auſtriæq; prouinciȩ, cui conſultum volebat Pontifex, quies redderetur.

*Rapinæ per Auſtriam.*

*Kalſperga arx expugnatur.*

*Dominicus Torcellanus.*

Interim Albertus, Scherdingam ad Ludouicum Bauariȩ principem, cum paucis proficiſcitur, & quæ volebat cum eo collocutus, Saliſburgum inde ad legatum pontificium pergit. Is tùm Nea polim ad Cæſarem abierat, ſed relictus illic Gabriel quidam, Bernardini ordinis frater, conditiones illi nonnullas obtulit, à legato compoſitas, quibus pacem fieri poſſe ſperabat. Vrgebant hoc negocium principes aliquot, ac proceres, imprimis verò Eleonora Imperatrix, & vtriuſq; principis ſoror germana, Margaretha Caroli Badenſis reguli vxor. Sed nihil ab Alberto impetrari potuit, qui infecto negocio Linzium abiit.

*Albertus à pace alienus.*

Iiſdem diebus, quibus Albertus Vienna abfuit, Vvolfgangus Schauenbergicus vrbis Præfectus, adſcitis Venceſilao & Smicoſcio Boëmis, in agrum Neapolitanum educit, peditem in inſidiis locat, equitum expeditam manum ad ciuitatem propiùs accedere, & ſub ipſis mœnibus obequitare, hoſtemquè laceſſere ad pugnam, iubet. Cæſariani contra illos egrediuntur, quibus initio repugnantes, mox quaſi numero ſuperari ſe videntes, fugere paulatim incipiunt, donec auidum inſequendi hoſtem, ad inſidiarum locum pertractum, integrȩ & recentes copiȩ aggrediũtur. Committitur atrox pugna, multi vtrinq; cadunt, Cæſariani amiſſis Ioanne Preiſingico Mariſcalco, & Comite quodam à Gleichen, viris fortiſſimis, cedere coacti, in ciuitatem ſe recepêre. Vvolfgangus cum ſuis Viennam reuerſus eſt. Albertus iterum Linzij de pace

*Pugna ad Neapolim atrox.*

inter-

Ayuntamiento de Madrid

interpellatus, inducias aliquot dierum conceſſit, id quod Auguſtæ precibus dediſſe videri volebat.

Dum hæc in Auſtria geruntur, Mathias Hungariæ rex, ſecundis aliquot prœliis, in Turcam vſus, cum maiora iam animo concepiſſet, quod vnum deeſſe videbatur, ſacram regni coronam à Cæſare tandem redimere ſtatuit. Igitur cum Ioannes præſul Varadinus, cui id negocij iniunctũ fuerat, per fidos interpretes cum Cæſare collocutus, eò rem adduxiſſet, vti numeratis ſexaginta aureûm nummûm millibus, coronam Hungari reciperent; ex proceribus nonnulli precij magnitudine deterriti, quo negocium impedirent, Fridericum per literas monent, videat ne verba ſibi à Varadino dentur, cui ſoli non liceret absq; aliorum adſenſu de re tanta tranſigere, & ea promittere, quæ præſtare minimè poſſet. Varadinus hæc omnia ab Imperatore edoctus, regi tunc temporis Sigedini agẽdo delectui, ac militibus recenſendis, intento, aperit, qui vti auaritię ſuorum occurreret, conuentu ordinum ad Varadinum coacto, de bello in Turcam mouendo, deq; regni corona ad eos refert, eamq; rem ſeriò vrget. Facto mox decreto, Cibinium profectus, Septemuiros creat, qui ad Fridericum profecti, coronam ab eo redemptam, cum decenti apparatu referant, ac in ſuam ſedem reponant. Itaq; rege ad bellum profecto, legati cum tribus equitum millibus Neapolim venientes, ciuitate prohibiti ſunt, quod ſuſpecta Friderico eſſet tanta multitudo. Illi nullam ſe neque vim, neq; fraudem adferre, ſacram ſuæ genti coronam eſſe, quare inductos cum equitatu tam celebri venire excuſant. Recipitur in ciuitatem Varadinus, cum ducentis tantum equitibus, reliqui Sempronium reuertuntur, vnde Ladiſlaus Palocius Septemuirûm vnus, ad coronam recognoſcendam accerſitus eſt.

*Matthias ad recuperandam ſacram Coronã animũ aduertit.*

*Sigedinum.*

Cumq; & alij nonnulli cum pecunia adueniſſent, tumultuatum nonnihil eſt in ſuburbio, quod nec Hungari ante receptam coronam precium præſtare, nec Germani niſi numerata pecunia, illam tradere vellent. Tandem Varadini & Patauienſis Epiſcoporum interuentu, ſublata omni altercatione, pacis & concordiæ capita literis conſignata. Vti impoſterum Fridericus Mathiam filij, hic illum patris loco habeat. Germanus ac Hungarus nullo diſcrimine apud vtrunq; colantur. Cęſar Regi Hungarię regnum concedat, ad ipſum hæredesq; ipſius rediturum, ſi is absq; legitimo hæ-

*Hungari coronam à Frid. redimunt.*

*Pax inter Frid. & Mathiam Hung. regem.*

Ayuntamiento de Madrid

mo hærede maſculo decedat. De titulo item cautum, vti Cæſar ab omnibus regni ſtatibus, Hungariæ rex vocaretur. His ita pactis conuentis, Cæſariani cum pecunia retrò in ciuitatem: Hungari cum corona læti Sempronium abiêre.

Ante induciarum exitum, adnitente imprimis Legato pontificio, in antediem decimum Cal. Oct. D. Matheo ſacrum, ex vtriusq; principis mandato, conuentus quatuor ordinum indicitur Tulnæ. A Cęſare mittuntur eò Vdalricus pręſul Gurcenſis, Georgius Volkenſdorffius, Hartungus Capella, & Georgius Kainacherus, quibus ſe adiunxerant Viennenſes quidam ciues, ab Alberti factione patria expulſi, Richouinus, Käſdorffius, & Hinderbacherus. Alberti legati fuêre, Rötelenſis Marchio, Hartnidus Traunius, Chriſtophorus Pottendorffius, & Stephanus Geumanus. Aderat & Legatus, ac cum ipſo, Saliſburgenſis Epiſcopi & Badenſis conſiliarij. Ibi Legatus, petito altiùs exordio, pericula Chriſtianis ab immaniſſimi Turcæ armis imminētia exponit, cuius conatibus niſi obuiam eatur, non niſi magnas clades eſſe expectandas: occurri verò non poſſe, quamdiu Imperator bellis domeſticis intricatus, vires in id bellum integras, conuertere non permittatur. Alios Chriſtiani orbis reges ac principes, in Germaniam oculos habere coniectos, neq; aliquid prius moturos, quàm illum exemplo ſibi præire videant, qui vti primum inter ipſos locum habet, ita ei nationi præeſt, vnde maximum robur hoc tempore ſit expectandum. Quare adnitendum, vti concordia inter fratres confirmata, pace domi parta, bellum à patriæ ceruicibus, in communem Chriſtianorū hoſtem conuertatur; quam rem ſummus Pontifex & vehementer cuperet, & ſumma ope eſſet adiuturus.

*Conuentus Tulnenſis.*

*Germaniæ robur.*

Hæc vbi Dominicus peroraſſet, antequam rem ipſam aggredi voluit, ab ordinibus petiit, vti ſententiam ſuam declararent, quod ſi Chriſto volente ac propicio, concordia inter fratres ſanciretur, eſſéntne ipſi omnes eos articulos, quibus illi acquieuiſſent, imprimis verò de arcium, oppidorum ac aliorum locorum reſtitutione, adprobaturi. Ad hæc prouinciales reſpondent, diſcordiam inter principes, ortumq; ex ea ciuile bellum, nunquam ſibi placuiſſe, nihil maius in votis habere, quam vti pax inter ipſos & concordia ineatur, quod vti fiat, nihil ſe ad ſummam diligentiam reliqui facturos, &, quod citra ipſorum fraudem fieri poſſit, nullum

*Diſcordia principum ciuile bellum peperit.*

Ayuntamiento de Madrid

nullum ei tractationi obſtaculum allaturos. Legatus, collaudata ipſorum voluntate, deliberationem cum ſuis inſtituit, de negocio optima ratione aggrediendo. Placuit verò, ex omnibus ordinibus, duos & triginta viros ſpectata fide eligere, qui communi omnium vtilitati ſtuderent, & quantum poteſt à partibus ſeſe abſtinuiſſent, nec fratri alteri aut nimis obnoxij, aut iuſta aliqua ex cauſa ſuſpecti eſſent, ij quicquid de communi conſilio ſtatuerent, id firmum ac ratum non prouinciales tantum, ſed & principes eſſe iuberent, eoq; omnes ſtarent. Electi igitur poſt aliquot dierum cõſultationem pacis formulam concepêre, cuius hæc erant capita: Literæ omnes vltrò citroq; miſſæ, quibus amicitia & fides renunciata, aut bellum indictum, quibusũe fœdera & armorũ coniunctiones factæ erant, in medium allatæ, dirumperentur. Offenſæ veteres, tam ab ijs qui in partibus fuerant, quam qui ſe quietos continuerant, remitterentur. Receptacula & tabernæ à militibus excitatæ, deſtruerentur, raptores viarumq; obſeſſores & id genus homines, cõmunibus viribus ex omni Auſtria expellerentur. Vectigalia, portoria, & exactiones poſt Alberti Cæſaris obitum inuectæ, irritæ redderentur. Captiui abſq; precio dimitterent̃, neq; pacta ꝑ cuiuſquam liberatione pecunia exigeretur. Arces, oppida, caſtella, villę, prædia, domus, atq; alia belli tempore occupata, iuſtis dominis incorrupta cum ſuis fructibus reſtituerentur. Principes emerita militibus ſtipendia, ne ſubditis eo nomine moleſtiã exhibeant, quamprimùm exoluerent. Iudex prouincialis (quem Mariſcalcum vocant) crearetur, qui tam infimæ ſortis hominibus, quam potentioribus, more maiorum, ius dicat, coram quo ſubditis quoq; in principes actionem inſtituere liceret. Moneta iuſti ponderis cuderetur, extranea & adulterina in nullo precio eſſet.

*Pacis inter fratres leges dictæ.*

Hæc capita ſcripto mandata, cæteris prouincialibus videnda exhibentur, quibus re deliberata, hæc inſuper addi viſum eſt. Vti purgatis itineribus, commercia cum vicinis reſtituerẽtur. Merces probæ inferrentur, Iudæi non ſine graui cauſa ab Alberto Cæſare olim eiecti, iterum expellerentur. Vina præter patrium non importarentur. Arces, oppida, caſtella & alia loca quondã à Ladiſlao rege oppignerata, quamprimùm liberarẽtur. Ne in fraudem creditorum immunitatis aut dilationis literæ (ferreas vocant) creditoribus indulgeantur. Officia publica domeſticis perſpectæ fidei

commit-

Ayuntamiento de Madrid

committerentur. Hæc & alia nonnulla, à legato ac ordinibus approbata, literisq; cõſignata, Friderico & Alberto tranſmittuntur. Vnum ſupererat, de quo conuenire minus potuit, de pecuniæ ratione, qua militibus ſatisfieret, cæterisq; nominibus, quæ ſatis multa erant. Igitur prouinciales reliqui, triginta duos viros orant: vti hoc quoq; negocium explicarent. Illi igitur ea de re in conſilio deliberant; cumque aliter fieri non poſſe, vt militum latrocinantium colluuie purgaretur Auſtria, viderent, quã vti publica quædã exactio inſtitueretur, eam verò rem apud ſubditos inuidioſam eſſe ſcirent, Rudigerus Sternbergicus, quem in eodem conuentu Mariſcalcum pronunciauerát, ad ordines progreſſus, rem arduam & difficilem eſſe indicat, & quæ diu in conſilio agitata exitum habere nullum videretur: verti in eo patriæ incolumitatẽ, vti militibus liberetur; id ſine pecunia fieri non poſſe, quam à ſubditis iam antea malè afflictis exigere durum eſſe. Iam verò id ſummoperè etiã timendum, ne ſi exactio non admitteretur, principes omnem impeditæ pacis culpam, in prouinciales abs ſe deriuent. Quodſi via aliqua conficiendæ pecuniæ iniretur, futurum vti, ſi minus pax & concordia procederet, nulla culpę pars penes ipſos reſideat. Quare quid optimum factu ſit in medium conſulant. Ordines de communi cõſilio, ijſdem quibus ſummæ rei arbitrium dederant, hanc quoq; rem committunt, ita ſtatuendam: vti quam minimo ſubditorum incõmodo, ex ſolis vini prouentibus, pecuniæ certa aliqua ſumma redigatur. Fit igitur decretum, ex vino ad biennium certam quandam penſionem eſſe perſoluendam, quę à ſuis hominibus collecta, in nullum alium vſum, quàm in ſolutionem militum inſumeretur: eam verò exactionem, non ante firmam inter principes pacem, eſſe incipiendam.

*Conditiones pacis.*

*De militibus expellendis conſilia habita.*

*Exactio ſubditis impoſita.*

Poſt hoc negocium, ſatis vt videbatur commodè expeditum, coram Cæſaris & Alberti legatis, multa ad pacẽ inter ipſos & concordiam componendam proponi cœpta. Viẽnenſes autem pontificio legato, & delectis iudicibus, ſua quædam poſtulata deſcripta obtulêre, quæ, ſi pax coiret, à Friderico ſibi confirmari volebant, ad tredecim fuiſſe proditum eſt. Ea cùm dura nimis & imperioſa viderentur, interceſſêre ex prouincialibus nõnulli, & moderatius vti agerent adhortati ſunt, eaq; proponerent, quæ ad æquabilem pacis compoſitionem, aliquid adminiculi afferrent. Illi

*Viennenſium poſtulata.*

ſuis

Ayuntamiento de Madrid

ſuis ſeſe rationibus moueri reſpondent, ſed ſi ordinibus aliter videatur, non reiecturos ſaniora conſilia: id verò vnum ſeſe proteſtari; nullas concordiæ pacisq; conditiones ſeſe admiſſuros, niſi Alberti principis adſenſu confirmatas, idq; ipſum mutuò facturum ſperare. Cùm itaque nihil conuenire poſſet, dilatum eſt negocium in alterum conuentum, qui Neapoli ad diem quintum Calend. Nouembris indictus eſt, quò & Viennenſes ex ſuis mittere iuſſi ſunt. Ab ordinibus verò miſſi eò ſunt Medlicenſis & Gotvvicenſis Abbates, Rudigerus Starchenbergicus, Sigiſmundus Eitzingerus, Pancratius Planckenſteinius, Georgius Seiſeneccerus, quibus Cremſij, ac Steinæ aliorumq; oppidorum legati acceſſere. Neapoli ad diem dictum, cùm multa ab vtroque Principe & à Viennenſibus proponerentur, & ſummo ſtudio diligentiaq; incumberet Legatus pontificius, vt extinctis bellis & ſublatis ſimultatibus ac contentionibus, inter ſe reconciliati: in vnum ceu corpus coirent, mentemq; vnam conuenirent, nihil tamen aliud effici tum potuit, quàm quòd induciarum dies, ad proximum Diui Martini feſtum vſque, productus ſit. Soluto igitur hoc quoque conuentu, noui iterum motus Viennæ hac potiſſimum de cauſa exorti ſunt.

*Conuentus Neapoli.*

Erat inter proceres Stephanus Hohenbergicus, (Lazius Leopoldum vocat) qui oblata ſibi ſpe, ad maiores perueniendi honores, relicto prius Friderico, partes Alberti ſecutus, Epiſtolarum Magiſtri munus apud ipſum adminiſtrabat. Hunc Albertus, de impeditis in cõuentu Tulnenſi negocijs inſimulans, officio mouerat, ſigillum ab eo repoſcens. Ille hanc contumeliam ægrè ferens, ſacellanum quendam nomine Chriſtianum, cum literis Viennam miſit, quibus ciues quoſdam primarios admonebat, ſi ſe ſuaq; ſalua eſſe vellent, vt vrbe excederent; Albertum occultam cum fratre concordiam feciſſe, carnificinam in pleroſque Viennenſes meditari, ante proxima Martinalia, magnam rerum mutationem, in vrbe futuram. Chriſtianus principis aulicis proditus, ad ipſum deductus, ſcripta quędam tradere coactus eſt, quæ nondum ijs ad quos ſcripta erant reddiderat, deterritus (vt ferebatur) à Liebharto monetarum præfecto. Rogatus de toto negocio, fatetur ab Hohenbergico miſſum ſe, qui inter alia dixerit, operam ſe daturum, vti in poſterum magis obſit Alberti commodis, quàm

*Steph. Hohenbergicus ab Alberto deficit.*

*Hohenbergici nuncius interceptus.*



Ayuntamiento de Madrid

*Hohenberg. obſequium Alberto renunciat.*

hactenus profuiſſet. Lectæ ſunt & aliæ eius literæ, quas cùm vrbe exiret principi miſerat, quibus indicabat, nullo ſe merito ſuo tàm inſigni contumelia affectum, fidem illi & obſequium renunciare. Ad ea Albertus coram omnibus teſtatus eſt; nihil contumelioſe feciſſe, ſigillum, quod ei crediderat, ſuis de cauſis reddi mandaſſe. Pluribus deinde cum ſenatu & magiſtratibus agens, neque pacem ſibi eſſe cum fratre, neque ipſis inſciis & inconſultis futuram affirmauit, optimum autem videri, vti ciues, ſi eiuſmodi literæ aut nuncij plures adferantur, pro ſua in ipſum fide id ſtatim indicent, idem & ſe eſſe facturum, neque de re communi, conſilia ſua ſeorſum ab ipſis habiturum.

*Proceres Auſtriaci ab Alberto deficiunt.*

Per eoſdem dies proceres nonnulli, quòd ad Cæſarem proniores eſſe viderentur, & occulta cum eo conſilia agitarent, aut id facere dicerētur, in odium & indignationem apud Albertum venêre, & Vitus Eberſdorffius cùm ad vrbem veniſſet, abſq; vlla mora diſcedere iuſſus eſt. Non multò pòſt Chriſtophoro Pottendorfio, Rembertoq; & Alberto Eberſdorffiis iuſſu principis nunciatur, non opus illi eſſe ipſorum aut opera aut præſentia. Igitur & ipſi abiêre. Nicolaus etiam Liechtenſtainius, miſſis ſubindè literis ac nunciis, fiduciæ tabulas, vti ad principem venire, & quæ videbantur cum eo agere liceret, petens, nihil impetrare potuit, dicebat enim princeps, præter morem hoc eſſe, neq; ſubditos iis indigere, quoad in officio & fide perſeuerant.

Hi igitur omnes cum Hohenbergico & quibuſdam alijs conſilia ſua conferunt, ac Eberſdorffij, quid porrò agendum ſit, deliberant. Illuc Neapoli venêre Sigiſmundus Poſingicus & Vdalricus Graueneccerus, qui ab illis rogati, vti pro admiſſorum venia ad Fridericum Cæſarem intercederent, & de ſua diligentia, & de placabili illius animo benignè omnia promiſêre, percommodum interim videri, vti propius ad Neapolim accedant, quò melius tranſigi negocium poſſet. Id ab illis factum, eoq; deducta res eſt, vti veniam ſupplices à Cæſare petitum ituros ſeſe dicerent, ſi de ſecuritate ipſis caueretur. Id cum Cæſar facere recuſaret, Graueneccerus & Paumkirchius, ſua fide interpoſita, Neapolim eos adduxêre, & veniam exorantibus, fidemq; & obſequium promittentibus, præſtò fuêre. Cęſar in genua procidentes exurgere iuſſit, deq;

*Rebelles à Cæſare veniam petunt & impetrant.*

Ayuntamiento de Madrid

deq; admiſſorum venia benè ſperare. Inde Neapoli abeuntes Edemfurti conuentum agunt, eoq; Viennenſes per literas vocant, ita futurum rati, vti & ipſi ab Alberti partibus deſciſcerent. Illi verò, etſi grauiter ea procerum defectione turbabantur, de communi tamen conſilio reſpondent; ad principem ſe rem omnem relaturos, & ex ipſius præſcripto omnia facturos. Is ad conuentum ire vetuit.

Inter hæc Dominicus, cum induciarum tempus iam exiturum propediem ſciret, vt nihil intentatum relinqueret, à Cæſare Viennam ad Albertum profectus, concordiam iterum vrgebat. Princeps, conuocato Senatu & ciuium primis, adeſſe Legatum indicat, qui pacem & concordiam inter ſe & fratrem facere, ſedulò adniteretur, adeſſe & ex proceribus Sigiſmundum Eitzingerum & Gorgium Seiſeneggerum, quibus vti eam rem iuuarent, ab ordinum conſilio datum eſſet nogocium. Iam verò & vulgi ſermonibus, & iniquorum hominum literis ſe diffamari, quòd occultam cum Cæſare pacem haberet, id toties abs ſe negatum, credi minimè debere. Si verò & ipſi pacem ſuaderent, ex re facturos videri, ſi viginti viros ex ſuis deligant, qui pacis tractationi interſint, & quę illic agantur, præſentes videāt. Placuit ea principis ſententia, & delecti ex illis viginti viri adfuēre, vbi de pacis conditionibus agitatum eſt. Cæterum neque tum aliquod operæ precium fieri potuit, & re infecta diſceſſum. Legatus Neapolim redijt, quē extra vrbem Albertus officij cauſa eſt proſecutus. Vbi cognitum eſt, nihil iterum conueniſſe, & Legatum, de cuius opera benè omnes ſperauerant, negocio imperfecto diſcedere, vrbana plebs & operæ de fortunæ ſuę iniquitate querebantur, & quamquam impeditę pacis culpam in neminem vnum conferebant, quemcunq; tamen eius authorem execrabantur. Ciues quoque longa belli ciuilis incommoda pertæſi, poſtquàm eos à Cæſare in gratiam receptos viderent, quibus maximè incentoribus, Albertus arma in illum ſumpſerat, rerum ſuarum incerti, quoſdam ex ſeſe oratum ad principem mittunt, vti pacis conſilia amplexus, infauſto bello finem tandem imponat, cui diutiùs fouendo, neque vires, neque pecunia, rerum gerendarum neruus, ſuppeteret, exhauſto ærario, & priuatis ſingulorum fortunis valdè attritis. Idem quoque ſuadebant Rudolphus comes Sulzius, & Turingus Halouilius, qui ex

*Pax iterum tentata.*

*Viennenſes pacem deſiderant.*

*Rudol. Sulzius Comes.*



Ayuntamiento de Madrid

Sueuia per eos dies venerant, qui inquietorum quorundam hominum ſuggeſtiones, ſanis præponi conſilijs, videntes, domum rediêre. Interea miſſi à Legato nuncij, nihil de rei ſumma ipſum hactenus obtinuiſſe referunt, tantum inducias ad Calendas Februarij, à Cæſare produci iuſſas eſſe, quas ſi & ipſe approbaſſet, tum ſe operam daturum, vti ante illarum exitum pax conficiatur.

Cum igitur multa pacis conſilia agitarentur, & Fridericus, adnitente imprimis Legato, iam eò perductus eſſet, vti recepta omni Auſtria ingentem fratri pecuniam certis penſionibus perſoluendam tranſcriberet, is verò repudiatis conditionibus bellum inſtauraturus videretur, Deus optimus maximus, id quod humanis conſiliis difficilè videbatur, ſua voluntate effecit. Albertus enim, ſubito quodam morbo correptus, obiit quarto Nonas Decembris, & quinto die pôſt ad D. Stephani maiorum ſepulchro illatus eſt. Mortem eius partim vltioni diuinæ, partim veneno imputarunt, alij ob vitæ incontinentiam apoplexia percuſſum putauêre. Veneni ſuſpicionem faciebant medici, qui ſigna quædam in eius corpore depræhenſa eſſe adfirmabant, idq; apud vulgus ſemper in deteriorem partem magis pronum obtinuit. Sed quæſtione eius rei inſtituta, Pharmacopœus quidam, & alij nonnulli ob ſuſpicionem in carcere habiti, pro innocentibus abſoluti ſunt.

*Alberti Sexti cognomento Prodigi mors.*

Vixit Albertus annos quinque & quadraginta, prolem ex Mechtilda, quam vnicam habuit vxorem, ſuſcepit nullam, ipſa exequias illi magnificentiſſimo apparatu fecit, Rotemburgi ad Neccarum, vbi præter vndeviginti ſacrorum collegiorum præfectos ſeptingenti ſacerdotes adfuêre. Prodigi cognomen Albertus tulit, quod nulla vmquam pecunia ei ad domeſticos & bellicos ſumptus ſatis magna fuerit. Ita enim ſubditos exactionibus vexabat, vti pleriq; relictis prædiis & fortunis ſuis, voluntarium exilium cogitauerint. Viennenſes ſanè contractis ſub eo nominibus, non niſi poſt multos annos ſatisfecêre. Vxor vidua annos viginti viro ſuperſtes vixit. Alberto è viuis ſublato, turbati & deiecti erant Viennenſium animi, quod neque in ſe ipſis ſatis ſibi præſidij eſſe ſcirent, neque cæterorum prouincialium fidei crederent, quos partim iam Cæſari reconciliatos videbant, alios ſibi infenſos nouerant.

*Cur Prodigi cognomen ipſi datum.*



Ayuntamiento de Madrid

Ita ſollicitis omnibus mœſtisq;, ſuperueniunt à Cæſare literæ, quibus indicat, non dubitare ſe, quin fratre iam defuncto, ad ſaniora conſilia conuerſi, legitimum tandem principem ſint agnituri: de concordia ac pace ſpem fuiſſe, ſi deus fratri vitam diutius produxiſſet: eam ex obitu ipſius maiorem eſſe debere, omniaq; ex prouincialium cõſilio iuxta formulam, Tulnæ conceptam, tranſigi poſſe: ad eã rem quid animi ipſis ſit, ſcire ſe cupere. Viennenſes & qui ex prouincialibus in re præſenti aderant (nã ad omnes ſcriptæ erant literæ) reſpondent; Hederſdorffij conuentum iam indictum, ibi ſe ea deliberaturos, quæ ex reip. commodo eſſent, quò vti & ipſe legatos ſuos mittat orant. Non multò pòſt in vrbem venêre Henricus Liechtenſtainius, Georgius Pottendorffius, & Vitus Eberſdorffius, quibus Senatus in D. Stephani ſchola petentibus datus. Ibi Liechtenſtainius, captiuos ſibi tradi, accepta pro ipſis pecunia, petijt, qua de re deliberandi tempus ſumptum. Purgauit etiam ſe de criminationibus nonnullorum, qui impedire ipſum velle dixerant, ne quid in vrbem importetur, idq; ſe neque ſi poſſet facturum, & quocunque modo poſſet amicę ciuitati commodaturum pollicitus eſt. *Viennẽſium ſollicitudo ob Alberti obitum.*

His peractis, proceres quos dixi Hederſdorffium & cum ijs Iacobus Storchius, ac alij duo, ex Senatu profecti ſunt. Ad eum conuentum neminẽ ex ſuis Cæſar miſit. Conuenerunt eò frequentes, qui Alberti partes ſecuti, Tulnæ nõ adfuerant, & quamuis omnes iam Tulnenſi formulæ ſubſcripſiſſent, nemo tamen ea ad Cæſarem renunciandi, quæ acta erant, prouinciam in ſe recipere voluit. Hæc ad exitum anni ſexageſimi tertij ferè acta ſunt, quæ ex fide manuſcriptorum, vt & alia ſuperiora in hoc libro, nonnulla etiam ex Lazio retuli, quem quod neque hic neq; alibi omnino ſequutus ſim, non mirabitur ęquus lector, cum in illis plura inueniam & conuenientia inter ſe, & cum alijs, minorq; ſit annorum & temporum confuſio. *Conuentu. Hederſdorffij.*

Sequentis anni initio, ſuperioris Auſtriæ ordines, Linzij conuentum egêre, in quo & Imperatoris & Sigiſmundi principis legati adfuêre. Illic inter alia Sigiſmundus, tertiam Auſtriæ partem, ex Ladiſlai regis morte ad ſe deuolutam, Cæſari patrueli dono dedit. Albertus verò arces nonnullas & oppida Georgio Steinio, ac aliis quibuſdam cuſtodienda commiſerat, quæ, ſi mori ipſum cõ- *Cõuentus Linzij. 1464.*

 tigiſſet,

Ayuntamiento de Madrid

tigiſſet, ne Cæſari, ſed Sigiſmundo traderent, iuſſerat. Ea loca vti Cęſari cederent, vtiq; eorum incolæ illum agnoſcerent, Sigiſmũdus per ſuos pręcepit, & captiuos omnes liberari. Itaq; iam omnia Cæſari ſecunda eueniebant, paſſimq; ex omni Auſtria, multi quotidie ex Alberti factione, ad eũ ſeſe conferebant, quibus pro animi ſui lenitate, admiſſorum veniam, haud grauatim largiebatur, magnæq; iaminde à Tulnenſi conuentu, fiebant ad eum acceſſiones. Soli ferè ex ciuitatibus, Viennenſes, in peruicacia ſua manſerant, qui & ipſi omni præſidio ac ſpe deſtituti, ſerius quàm oportuit, de rebus ſuis cœperunt cogitare. In memoria habebant offenſas & contumelias, quibus Imperatoris iram & vindictam in ſe prouocauerant, quas ſi perſequi vellet, non eſſe ſibi ad reſiſtendum vires ſciebant. Sola igitur ſpes in miſericordia & clementia ſupererat, quam antea quoque experti erant. Hanc confirmabant aliorum ab eo indulgenter habitorum præſentia exempla, & procerum aliquot promiſſa.

*Auſtria Friderico cõciliatur.*

*Friderici Cæſ. clementia.*

Apud Cæſarem verò complures erant, qui pro merito caſtigandos, & exempla de illis ſtatui debere conſulerent, ipſe verò ſcire ſe dicebat, in tam frequenti ciuitate quamplurimos eſſe, qui aut nihil eſſent promeriti, aut ſi quid deliquerint, id non ſua ſponte ducti, ſed aliorum iuſſu & inſtinctu acti, feciſſent. Videndum igitur non quid ipſis, ſed quid ſe dignum ſit, neque committendum, vti ob paucorum ſcelus, cæteri innocentes affligantur. Hæc à quibuſdam per literas Viennenſibus ſignificabantur, vti certos ex ſuis homines mitterent, qui omnium nomine ſupplices, exorata venia, fidem & obſequium præſtarent. Igitur de communi conſilio mittuntur Neapolim, Fridericus Ebmerus Conſul, Iacobus Storchius, Ioannes Kirchaimius, Valentinus Liebhartus cum aliis ciuibus ad ſeptuaginta, qui vbi illuc venêre, contumeliis & conuiciis à vulgo affecti ſunt, adeò vti & Iudæi ſeſe ipſis præferendos eſſe contenderent. Quod vbi Cæſar reſciuit, denunciata graui pœna vetuit.

*Neapolitanorũ in Viennenſes conuicia.*

Poſt aliquot dies in aulam vocati, vbi primum ſub aſpectum Cæſaris venêre, in genua ſubſidentes, manusq; protendentes, miſerabilem intuentibus de ſe ſpeciem exhibuêre. Cumq; dicendi tempus eſſe admonerentur, Conſul inter lachrymas & ſingultus, animum

*Viennen. Friderico ſupplices.*

Ayuntamiento de Madrid

animum vtcunq; colligens, in hęc verba exorſus eſt: Niſi cognita nobis & benè perſpecta eſſet animi tui bonitas, inuictiſſime Cæſar, princeps clementiſſime, verendum erat, ne in ipſo dicendi exordio concideremus. Adeò nobis verba non ſuppetunt memoria repetentibus iniquiſſimas noſtras actiones, quibus tuam maieſtatem offendimus. Atq; vtinam non vnius viri vecordię nos omnes tam miſerè decipiendos tradidiſſemus, qui priuati emolumēti cauſa, nos fortunasq; noſtras in ſummam perniciem coniecit. Ab initio enim iuſtum ſe ac patriæ ſtudioſum ementitus, vbi ſemel callidè in animos ciuium irrepſerat, eò dementiæ progreſſus eſt, vti noſtris hominibus, quos pro ſuo arbitratu verſabat, arma in legitimum principē ſumere, ſeq; remq; publicam pro ſua parte perditum ire, autor fuerit; vnde quæ ſecuta ſunt, cum acerbiſſimo animorum dolore, non poſſumus non meminiſſe. Non deerant ex nobis, quibus ea quæ fiebant minimè probarentur, ſed illi, quò minus quod ſentiebāt liberè dicerent, quorundam exemplo, quibus ea res exitio fuit, deterrebantur, nec vulgus (vti fit, vbi maior pars meliorem vincit) arrepta ſemel arma, ponere tam facilè poterat, ſed propoſita, vt videbatur, impunitate, peſſimi quiq; furijs agitati nullam circa fas & nefas rationem habuêre. Atque ille qui rerum gubernacula & quaſi tyrannidem occupauerat, dum alias ex alijs fraudes nectit, diro mortis genere meritas tandem pœnas exoluit. Nobis verò nulla ſpes reliqua eſt, quàm vti ad bonitatis & clementiæ tuæ portum confugiamus. Nam de Alberto principe quid dicere attinet, cuius vel ſtudio & amore, vel metu pleroſq; inductos, ſi vna cum reliquis inſaniuiſſe dixerimus, cauſæ noſtræ excuſationem quęrere videbimur, quam non excuſando purgare, ſed culpam fatendo, & pœnam deprecando, ex mala meliuſculam facere iuſſi ſumus. Oramus ergo, perq; clementiam genti tuæ Auguſtiſſimæ propriā, obteſtamur, vti grauiſſimas noſtras offenſas, eaq; omnia, quæ reprehendi, non corrigi iam poſſunt, obliuione inuoluas; vrbi noſtræ, maiorum tuorum ſedi, parcas; priſtinum decus & incolumitatem reſtituas: neque noſtri huius ſiue erroris ſiue furoris pœnas in coniuges, in liberos noſtros, & innocentes quam plurimos redundare patiaris. Quas omnes eadē nobiſcum ſupplices orare, perq; omnia ſacra obteſtari cogita, & Dei Opt.

*Viennenſiū ad Fridericum Cæſarem oratio.*

 Max.

Ayuntamiento de Madrid

Max. exemplum ſecutus, quos vides pœnitere, eos incolumes fieri permitte.

Hæc vbi conſul peroraſſet, Vdalricus præſul Gurcenſis exurgere iuſſos, interrogat; nihil ne præterea in mandatis habeant? Illi petitiones quaſdam in ſcheda perſcriptas proferunt, quas à Cæſare concedi orabant. Iis hæc ferè continebantur: Vti ea quæ Albertus tempore ſuæ gubernationis, quæq; Senatus Viennenſis ac magiſtratus egiſſent, rata & irreuocabilia habeantur: ciues ſuperiore bello in exilium acti, ad vitanda diſſidia & tumultus, ne abſque Senatus adſenſu in ciuitatem poſtliminio reſtituantur: excommunicationes & alia interdicta, contra ipſos facta, tollantur. His acceptis, Gurcenſis nihil reſpondens: abire in hoſpitia iubet. Paucis diebus pòſt in aulam reuocati, iterum in genua procidentes, veniam orant, pœnas deprecantur, fidem & obſequium pollicentur, & quæ conciliandæ miſericordiæ eſſe putant, expromunt. Reſpondet Gurcenſis: Cæſarem famæ quam pœnæ amantiorem, vbi primum ipſi, ac hæredibus ipſius melioris ſexus, fidelitatis ſacramentum dixiſſent, iniurias illis & contumelias omnes condonaturum: de reliquis poſtulatis ſuo tempore viſurum. Viennenſes actis Cęſari gratiis, laudataq; inſigni eius clementia, gratos ſeſe ac memores in omne tempus futuros promittunt.

*Viennenſes in gratiã recepti.*

Inde Viennam redituri, obſeſſa à Boëmis itinera audiunt, à quibus ſecuritatem emercari neceſſe habuerũt. Iuêre cum ijs duo ſedis Apoſtolicæ legati, Georgius item Volkenſdorffius, Heidenrichus Dapifer, Ioannes Mülfelderus, Hartungus Capellius, & Ioannes Pottendorffius Cæſari à conſilijs. Initio Februarij menſis, ſenatu ac ciuibus conuocatis, Conſul quid Neapoli actum ſit exponẽs, cum magno omnium gaudio auditus eſt. Hinc præſentibus legatis, in curia Præpoſiti, verba præeunte Volkenſdorffio, Cæſari legitimo domino, eiusq; heredibus maſculis, fidem & obſequium ſe perpetuò præſtaturos, iurauêre. Georgius verò & reliqui eius collegæ, nomine Imperatoris veniam illis ac pacem confirmauêre, & legati pontificij, ab omni excommunicatione Viennenſes ſolemni ritu abſoluêre. De priuilegijs quoque actum eſt, quæ ſi Cæſari de more exhiberentur, id quod hactenus factum non erat, futurum, vt ab eo confirmarentur. His ita peractis, Iacobus Storchius, totius ciuitatis nomine, legatis ampliſſimas egit gratias.

*Viennenſes in Cæſaris verba iurant.*

*Ab excommunicatione abſoluuntur.*

Ayuntamiento de Madrid

gratias. Inde ſimul omnes ad D. Stephani ſupplicatum iuêre, vbi gratulationis hymnus decantatus eſt. Iiſdem ferè diebus, ciues illi Viennenſes, qui vel ab Alberto & Holzero pulſi erant, vel ex metu ipſi vrbe exceſſerant, Neapolim venêre, quorum cauſa audita, Cæſar per legatos cum Senatu egit, vti in ciuitatem receptis, bona quæ illis erepta erant, aut eorum pars, quę necdum perierat, reſtitueret. Ea re haud difficulter expedita, maius incumbebat negociũ in exhaurienda militum ſentina, qui non perſoluta ſibi ſtipendia cauſati, omnia circùm loca rapinis fœdabant. Iam enim agros inter Viennam & Neapolim depaſti, ad Hungariæ fines Edimburgum vſq; progreſſi, abſumptis quæ eſui erant, locũ ſubindè mutabant, magniſq; damnis & incommodis agreſtes tota regione vexabãt. Vtq; latius prædas agere poſſent, in cęmiteriis nõnullis, aliiſq; oportunis locis, receptacula munita habebant, eò tandem audaciæ ꝓgreſſi, vti Cæſari ac toti prouinciæ bellum palàm denunciarent. Cæſar ęquas illis cõditiones offerebat, perſoluturũ ſe ſtipendia omnibus, qui ea ſibi deberi aliquo argumento probarent, reliquis, qui pręter verba nihil adferebant, idem vt præſtaret nõ teneri. Quòd ſi æquo iure decidi vellent, vel regis Boëmiæ, vel Auſtriæ procerum quorumlibet arbitrio rem integram permiſſurum. *Militũ per Auſtriã inſolentia.*

His conditionibus ſpretis, S. Crucis & Mariæcellæ monaſteria ſpoliant, vinitores & ruſticos multos capiunt, pecunia & reliquis fortunis multant. Smicoſcius quidam ex eorum ducibus, aſſumpta mille latrunculorum manu, Stirię fines inuadit, & priuſquàm incolæ ad defenſionem concurrere poterant, prædas agit, quæq; agi & ferri nequibant, igne corrumpit. Intercedunt legati Boëmiæ regis, & cum nonnullis ita tranſigitur, vti accepta certa nummorum ſumma, arces & munita quædam loca Cæſari redderent, ac ſine fraude prouincia decederent. Reliqui verò, nihil de rapinis & prædandi licentia remittebant, & qui ſtipendia acceperant, neq; arma ponebant, nec abituri quopiã videbantur. Fridericus itaq; ne diutius illi in fortunas & corpora ſubditorum ſęuire permitterentur, miſſis ad prouinciales literis arma expedire, & ad diem dictum conuenire imperat. Parent illi, & peractis reſurrectionis ferijs, cum non contemnenda equitum ac peditum manu, in campum procedunt, quoſdam ex militibus, ad conditiones non omnino iniquas, redigunt, ſed quod plures eſſent illorum duces, vno cõciliato, alij tergiuerſabãtur, & (quod de Lernæ mon- *Smicoſcius prædonum ductor.* *Cæſar contra latrones arma ſumere iubet.*

ſtro

Ayuntamiento de Madrid

ſtro) narrant fabulæ vno reſecto capite,noua ſuppullulabant,neque cum infido hominum genere,pax diuturna fieri poterat.

Circa hæc tempora,Fridericus Cæſar,diligentē nauabat operam,vti Pontificem & Sigiſmundū patruelem conciliaret, eumq; ab Eccleſiaſtica cenſura ſolutum redderet, ſua intereſſe ratus, videret,ne quid ex tam longa ſimultate Auſtriæ domus detrimenti patiatur, id quod Friderici Senioris, patrui ſui tēporibus, accidiſſe ſciebat. De cenſura illa, deq; diſſidio cum Nicolao Cuſano ſuperiore libro meminimus. Sigiſmundus verò,etſi à multis admonitus, nihil tamē de ſuo iure remittere,neq; Pontifici ſupplex fieri volebat,ſed ab eo, ad generale concilium prouocabat, & cauſam ſuam,ab omnibus Chriſtianis principibus,cognoſci & diiudicari cupiebat. Pontifex contrà, & præter maiorum inſtituta, & infra dignitatem ſuam eſſe contendebat, non agnoſcentem crimen, nec veniam eblandientem, cenſuræ nexibus exoluere. Id tàm ex Pij ad Cæſarem, quàm huius ad Sigiſmundum literis,quæ habentur,conſtat.Ne igitur maius aliquod incommodum, ex ea re oriretur,Fridericus intercedens,eò negocium adduxit,vti Sigiſmundus cum Cuſano prius in gratiam rediret, eoq; non multò pòſt Tuderti in Vmbria, vita functo, Pontifex Rudolpho Epiſcopo Lauentino,negocium daret Sigiſmundum abſoluendi.Atq; hanc quidam fuiſſe cauſam putant, cur Sigiſmundus ſuam in Auſtria portionem Friderico ceſſerit. Alij nō hanc,ſed aliam huic rei cauſam aſſignant,quòd viderit,nihil ferè ex Auſtriæ redditibus, ad ſe peruenire, neq; operæprecium ſe facturum,ſi bellis ciuilibus implicaretur. Id tamen literis, quibus ſuo & hæredum nomine,ceſſionem illam confirmauit, caueri iuſſit, ſi Fridericum aut eius liberos,ſine hæredibus mori contigiſſet,ne ceſſio illa ſibi ſuiſue hęredibus fraudi eſſet. Viennenſes & quoque cæteros ordines à iuriſiurandi relligione,qua illi deuincti erant,ſolutos declarauit.

*Sigiſm. Archidux Pontifici conciliatur.*

*Nicolai Cuſani mors.*

*Sigiſmund⁹ Friderico Auſtriā relinquit.*

Iamq; Friderico ſatis proſperæ per Auſtriam res erant,& prouinciales armis & commeatu ab eo inſtructi,bellum contra externos milites continuabant.Commiſſa ſunt leuia aliquot prœlia,& arces quædam captæ:colloquia item & pactiones nonnullæ interceſſere,quæ omnia hic recenſere non eſt conſilij.Interim Volkēſdorffius, ex Cæſaris mandato, Viennæ arcem cum ſuis ingreſſus, ſenatui indicauit, illic ſe commoraturum, vt,ſi quid cum Cæſare agēdum eſſet,ipſo vtantur interprete,ac internuncio. Iiſdem diebus,ab

Ayuntamiento de Madrid

bus, ab opificibus nonnullis, Viennæ nouæ iterum turbæ motæ ſunt. Albertus à ciuibus quibuſdã, quos proſcripſerat, literas habebat, quibus nunquam ſe in vrbem redituros promittere coacti erant. Eas cum Cæſar ſibi tradi vellet, qui illorum bona poſſidebant, ne reſtituere ea cogerentur veriti, ſenatui authores ſunt, ne literas abs ſe amittant. Quod cum ſerũ eſſe videretur, iam enim tradendas Cæſari decretum erat, opifices quoſdam ſubornant, qui intercederent, & quantum poteſt, eam rem impedirent. Volckẽſdorffius, vbi id agi reſciuit, properè in ſenatum venit, grauiter cum conſule ac reliquis magiſtratibus expoſtulat, quod remiſſiùs agant, & præter officiũ, cœtus & conſpirationes contra Cæſarem fieri permittant. Illi ſeſe excuſant, & in culpa depræhenſos in carcerem conijciunt, ac literas ſine mora ad Cæſarem mittunt. *Tumultus Viennæ.*

Eodem tempore Iacobus Storchius & Schonbergerus prętor, ex altercatione inter ipſos orta, ad criminationes & conuicia prouecti, & in ſenatu & in aula coram Volckẽſdorffio actiones quaſdam ſibi mutuò obieciſſent, de quibus inquiri Cæſaris intereſſe videbatur, absq; tumultu in aula retenti, & ex ſenatus adſenſu, Neapolim ambo deportati ſunt. Volckenſdorffius poſtea, ne quid amplius moueretur, ſumma vigilantia & dexteritate, cauit. Ne verò Cæſar, nouis his quorumdam molitionibus irritatus, toti ciuitati ſuccenſeret, ſequentis anni initio decreta eſt ad ipſum frequẽs legatio. Iuêre Eccleſiaſtici ordinis primates quidam, ex ſenatu & magiſtratibus conſul ipſe, & delecti primæ dignitatis viri, opificum item decuriones, & alij ciues non pauci, quibus veteres offenſas & nouos paucorum motus condonari orantibus; Cæſar per antiſtitem Pataujenſem reſpondet; omnium ſe ipſis gratiam facere, & ſi impoſterum in officio manſerint, eo erga illos animo futurum, quo paucos ex maioribus ſuis Auſtriæ principibus fuiſſe crederent. Illi gratias agunt, fidem obſequium & auxilia promittunt, domumquè profecti, cum publico omnium gaudio excipiuntur. *Iacob' Storchi' captus.* *1465.* *Legatio ad Cæſarem decreta.*

Inter hæc bellum adhuc tenebat inter prouinciales & externos milites, qui Venceſlao quodam duce pagum Pettendorffium per eos dies inuaſerant, templumq; loci & cæmiterium communierant. Cæſar ſegnius per ſuos rem adminiſtrari videns, nam potentiores *Pettendorffiũ à militibus inuaſum.*

tentiores

*Georg. Pottendorffius præfectus militiæ.* tentiores quiq; ab exercitu aberant, Georgium Pottendorffium ſupremum militiæ pręfectum, eiq; omnes dicto audientes eſſe iubet. Is Tulnam profectus, nouis delectibus habendis operam dat, prouinciales ad ſe vocat, conueniunt ex proceribus pauci, plures ex ciuitatibus. Pottendorffius verò, vti contra communis patriæ hoſtes, iunctis viribus iretur, ſeriò agendum ratus, Egenburgum omnes denuò conuocat, quò & Cæſar ex ſuis mittit Patauienſem antiſtitem. Parum admodum ad rei ſummam actum eſt. Fridericus verò, ne quid à Viennenſibus moueretur, æſtate iam adulta, Erneſtum Saxoniæ Ducem Electorem, Patauienſem & Gurcenſem epiſcopos, ac alios nõnullos ex conſilio ſuo, ad eos legat, quibus pręſentibus, in palatij area, omnes ciuitatis ordines, à iure iurando quod Sigiſmundo dederant, per ipſum, vti dictum eſt liberi. Fridericum Romanorum Imperatorem, vnicum ſuum dominum agnoſcunt, eiq; & hæredibus eius perpetuæ fidei ſacramentum renouant. Poſthæc Tulnæ conuentus indicitur, ſed propter raptores, viarumq; inſeſſores, nemo eum tutò frequentare potuit.

*Egenburgi conuentus.*

*Nouus conuentus Tulnæ.*

*Sigiſ. Poſingicus bellum Cæſari Fri- mouet.* Circa ea tẽpora Cęſar à Sigiſmundo comite Poſingico Berchtolſdorffium arcem cum pago illi adiuncto, quæ loca illi Albertus oppignorauerat, ſibi tradi poſtulabat. Comes, niſi numerata prius pecunia, quam ab Alberto ſibi deberi dicebat, arcem tradere recuſabat, cumq; imparem ſeſe agnoſceret, Smicoſcium in ſocietatem vocabat. Is cum octingentis militibus arcem ingreſſus, vicinum agrum rapinis infeſtabat. Cæſariani cum Viennenſium auxiliaribus copiis arcem obſident, committuntur aliquot prælia, & Smicoſcius glande traiectus periit, & arx tandem in Cæſaris poteſtatem venit.

*Berchtolſdorffium in Cæſaris poteſtatẽ venit.*

Ad Calend. Decembris alius iterum conuentus Corneoburgi indictus eſt, in quo Albertus Saxoniæ dux, qui cum Patauienſi antiſtite Cęſaris vicem aderat, ordines ad cõcordiam, inter ſe colendam, & communem patrię hoſtem profligandũ, exhortatus, omnes in eam partem, vbi ipſe erat, concedere iubet, quibus ea res cordi erat. Id ab iis qui aderãt factum, nihil tamen de pace, (quam prouincialem vocant) ſtatui potuit, quod Pottendorffius, Liechtenſtainius, & alij quidam ex procerum ordine primi nõ adeſſent. Ita in aliud tempus dilata res eſt, & ordines ad Idus Ianuarij Corneoburgũ conuenire iuſſi, domum quiſq; vnde venerant, rediêre.

*Conuentus Corneoburgi.*

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER OCTAVVS.

## ARGVMENTVM.

*FRidericus Imperator Auſtriam ab inteſtinis liberaturus moleſtijs, frequentes procerum conuentus agit: & diſſenſionibus hinc inde ſublatis, ac decreto in prædones bello, prouinciam reddit pacatam. Pontifex, Georgium Podiebradium, Huſsitarum partes ſequētem, regio priuat titulo, atque Mathiam Vngariæ regem contra ipſum conducit: hic rem breui eò perduxit, vt à quibuſdam rex Boëmiæ ſalutaretur. quo ſucceſſu elatior factus, Cæſarem ſibi infenſum, et Polono propitium reddit. Defuncto interea Georgio, plurimi regnum Boëmiæ ambiunt, ſed præfertur cæteris Vladiſlaus, quod ægrè ferens Mathias, vi & armis in Boëmos ſæuit: reuocatus tandem ad inteſtinos in Vngaria motus ſedandos, Vladiſlaus in regno confirmatur. Cæſar facta inter ſe & Mathiam pace; cum Carolo Burgundo apud Treuiros conuenit, & de filia Maria Maximiliano iungenda paciſcitur. Inde bellum in Vbios mouet Carolus, cuius vires cum ſuſpectas haberet Cæſar, militem contra ipſum Noueſium mittit, atque Heluetios, vt alibi ipſum bello petant, ſollicitat, à quibus rebus primò exutus, & poſtremò tandem occiſus eſt. Mathias Auſtriam bello inuadit, ac grauiter vexat: Fridericus pacem armis præferens, conditiones, quantumuis graues, accipit, & ad conſummandum filij cum Maria Burgundica matrimonium animum adijcit.*

ANNVS agebatur, eius ſeculi, ſextus & ſexageſimus, necdum Auſtria ab inteſtinis motibus & ciuili bello quieſcere poterat. Nam præter extraneos milites, in armis quoque erat Poſingicus, iſque ſub finem anni elapſi, comitem Thirſtainium, & Hinconem quēdam Boëmum, qui Friderico Cæſari militabant, ceperat, ac vicinum Neapoli agrum infeſtabat. Igitur Fridericus, moleſtijs illis & inteſtini belli incommodis, aliquando defungi cupiens, literis ad omnes ordines miſſis, ſeriò mandat, vti ad dictum conuentui diem, frequentiores quàm antea adſint, neq; enim excuſationi locum vltrà futurum, vrgente publico bono, & communi omnium ſalute. 1466.

Cum igitur de prouinciali pace, & aliis quibuſdam, in conuentu actum eſſet, etſi Pataujenſis à Friderico miſſus aderat, placuit tamen quaternos ex ſingulis ordinibus ad ipſum mittere, qui



Ayuntamiento de Madrid

vti capita quædam ab ipſis decreta, ſuo quoq; calculo approbaret, aut ſi minus ex iis quicquàm probaretur, id indicaret. Cæſar æqua proponi videns, de ſe quoque omnia ipſos expectare iubet, quæ, ſalua dignitate ſua, permitti poſſent. Habiti ſunt eodem anno aliquot ordinum conuentus, & interloquia, quibus operæpreciũ aliquod fieri videbatur. Interim qui ex prædonibus adhuc in armis erant, à Prouincialibus ſub Pottendorffij ductu, aduerſis aliquot præliis attriti, in Hungariæ fines ſeſe proripuêre, & propè Tirnauiam, excitata de more taberna (ita tum eorum reçeptacula vocata fuiſſe, ſupra meminimus) agros populabundi infeſtabant. Igitur Mathias rex, milite Poſonij & in vicinis locis collecto, ab excurſionibus prohibitos, obſidione circumuallat. Accurrit ad ipſum in caſtra Pottendorffius, cum ſexcentis Auſtriacis, vrgetur totis viribus obſidio, & munimentum noctu diuq; oppugnatur. *Prædones debellati.* Prædones viribus ſuis diffiſi, & veniam deſperantes, eruptione facta, quà poſſunt effugere tentant, ſed in hoſtium manus incidunt. centum ex illis ſuſpendio dati, reliqui in cuſtodias & ergaſtula diſtributi. Suellius (id illorum duci nomen erat) cum duobis collegis, eminentiori ſupra cæteros patibulo, appenſi ſunt, is honos eorum meritis habitus.

*P[illegible]us II. P.M.* Eodem hoc anno Paulus Secundus, qui Pio ante biennium mortuo, in pontificatu ſucceſſerat, Georgiũ Boëmię regem, quod neq; Baſileenſis Synodi decretis acquieſcebat, & Huſſi dogmata *Georg. rex excommunicatur.* foueret, ſacrorum communione & regia dignitate priuat, omnibusq; illi fidem & obſequium exhibẽtibus, fulmen Apoſtolicum denunciat, eaq; de re interdicta Olomucij, Vratiſlauiæ, Brunæ ac alijs in locis ꝓmulgari iubet. Viennæ quoq; crucis commilitium prædicatur, largæq; peccatorum veniæ, arma in hæreticũ ſumentibus, ꝓponũtur. Id ne antea fieret, Fridericus potiſſimùm interceſſerat. Erant per idẽ tempus Romę, Mathię regis legati, Ioannes Roſgonius vnus è principibus optimatũ & Ioãnes Quinquecclesienſis Antiſtes, quibuſcũ multa Pontificẽ antea collocutũ ferebatur. Nemo certè ad bellum Georgio inferendũ magis idoneus *Mathias ad bellum idoneus.* reperiebatur, quàm Mathias ſiue animi robur, ſiue militares copias, quas ille paratas, multisq; prȩliis exercitatas habebat ſpectes. Hunc igitur pontifex crebris literis ac nunciis exhortatur, iuuenem laudis & belli auidum, vti qui ſecundis aliquot præliis, Turci

ſæuiſſimi

Ayuntamiento de Madrid

ſęuiſſimi Chriſtianorum hoſtis, vires fregerat, hunc quoq; contumacem hęreticum, à quo non minus, quàm ab illo, rei Chriſtianę periculum metueretur, debellandum ſibi deſumeret, quam rem immortale Coruinæ domui decus eſſe parituram, neque tam arctum affinitatis eſſe vinculum, quod ab hoc tam ſancto negocio abſterrere eũ debeat. Pręter has exhortationes quinquaginta aureûm numûm millia in belli ſumptus miſſa, Bonfinius meminit. Inſtigabat Mathiam Fridericus quoq;, & auxiliares copias ſe miſſurum pollicebatur, pontificis authoritate potiſſimum inductus: etſi nõ deerant ei authores, vti Mathia neglecto, ſibi regnum illud aut Maximiliano eximia ſpe ac indole puero compararet. Mathias verò, multa animo ſecum voluens, nihil agendum ſtatuit abſque procerum ſuorum conſilio. Videbatur enim id, quod res erat, negocium tam arduum longiori deliberatione indigere, neq; enim arma quàm facilè ſumuntur, tàm facilè deponi quoque poſſunt. Metus etiam à Turca erat, ne ſi & ipſe in Hungariã duceret, vtriq; impar eſſet. Inter hæc, cum inferior Auſtriæ pars à diuturnis belli moleſtiis reſpirare videbatur, Imperator ad ſuperiorem, quæ ad Anaſſum ſita cognomen inde trahit, animum adiecit, ea enim Alberti partes ſecuta, magnis procerum & nobilium diſſenſionibus æſtuabat. Quam vti pacaret, ac reliquæ Auſtrię, vnde diuulſa erat, iterum coniungeret, Linzij conuentum indixit Regalibus, quò & ipſe paucis diebus pòſt ſe contulit.

*Auſtria ſuperior pacata.*

*Conuentus Linzij.*

Mox cõuentu certis de cauſis in alium diem dilato, Erneſtum Saxoniæ regulum, ſuum ex ſorore nepotem, cum quadringentis equis Stiram mittit, eiq; ex ſuis adiungit Vvolfgangum Schaunbergicũ, Rembertum Vvaldſeium, & Georgium Volckenſdorfſium, qui ab eius oppidi ciuibus, fidei ſacramẽtum exigerent. Hac de re certior factus Stainius, qui loci arcem pręſidio munierat, nec contemnendas Boëmorum copias apud ſe habebat, improuiſo aduentu, oppidum vnà cum Cæſarianis in poteſtatem redigere meditabatur. Cum igitur Cæſariani, in conciliandis ciuium animis, occupati eſſent, & prompta eorum in Cæſarem ſtudia eſſe viderentur, de periculo moniti, principem, vti oppido excedens, ad tuta ſe cõferat, exhortantur, facilius ſeſe ab ipſo, ſi qua vis ingruat, quam ipſum abs ſe redimi poſſe. Saxone igitur ad Fridericum profecto, Volckenſdorffius, adſumpto ex ciuibus fidiſſimo quoque,

*Stira oppidum.*



Ayuntamiento de Madrid

templum oppidi munit. Adeſt poſtridiè ſummo mane Stainius, & expugnato cum aliquanta ſuorũ iacturaq; ſuburbio Steirdorffio, in arcem cum ducentis militibus intromiſſus, multa in oppidanos conuicia effundit, perfidos & fœdifragos vocat, qui exiguã eius abſentiam ferre noluiſſent. Volckenſdorffius difficilem ſibi eſſe defenſionem, & ciues ad imperata ſegniores videns, interpoſitis quibuſdam conditionibus, oppido cum ſuis excedit. Stainius, adſcito in commilitium Georgio Puechaimio, multis vicinos incommodis vexat, monaſteria pagosq; & villas diripit. Vocatus Linzium ad diſceptandam cauſam Stainius, fide publica venit, ſed re infecta diſceſſit. Puechaimij controuerſia in finem Iunij menſis prorogata, interim Rembertus Vvaldſeius, & Rudigerus Starchembergicus cauſam & poſtulata diſpicerent, ipſe hoſtilia facere ſuperſederet.

*Volckenſdorffius Styria excedit.*

Circa hæc tempora miſſus à Boëmo Linzium, Ioannes Sternbergicus, pecuniæ reliquum exigebat, quam Cæſar ab obſidione liberatus, daturum ſe promiſerat, iamq; pręſtitutus ſolutioni dies, ante biennium exiiſſet. Fridericus per Gurcenſem præſulem reſpondet, bis ſe illius regi ſummam pecuniæ non pœnitendam exoluiſſe, reliquum ex redditibus quibuſdam perſcripſiſſe: magnis ſe poſtea damnis à Boëmo milite affectum eſſe, ad quæ conniuere ipſum non obſcuris indiciis prodi: omnibus paſſim res nouas per Auſtriam molientibus, paratum in illo præſidium eſſe, paulò ante Stephanum Eitzingerum, nunc verò Georgium Stainium ipſius famulatui addictos, ipſius auxiliis inſtructos, turbare quietũ Auſtriæ ſtatum, nihil per ſe auſuros. Impediri ab ipſo, ne, quod grauibus de cauſis faciendum erat, Romam ire poſſit: interim neq; fidem Eccleſiæ datam ſeruari, & pacem eius ac tranquillitatẽ ſusq; deq; ferri, quæ omnia vti hactenus ſe ex ſingulari pacis ſtudio toleraſſe, ita vlterius ferre nec velle, nec ſi vellet poſſe. Commotior hoc reſponſo Sternbergicus, liberum, inquit, Boëmi regem habemus, & qui in famulatum quoſcunque volentes adſumere poteſt. Cùm verò nihil ad poſtulata reſpondeatur, minæq; tantum & cõtumeliæ audiantur, nos hæc, vti quæq; acta ſunt, referemus ad regem noſtrum, cui & conſilium domi & vires non eſſe defuturas ſperamus, quibus ſibi ſuisq; pro eo atque debet conſulat. Ita diſſimulata diu animorum inter ipſos diſſenſio erupit.

*Frideri. Cæſaris expoſtulatio cũ Boëmicis legatus.*

*Sternbergici reſponſum.*

Inter

Ayuntamiento de Madrid

*Comitia Norimbergæ.*

Inter hæc Imperij Principes Norimbergam conuenerant, & Fridericus ob domeſticos motus, in Auſtria retentus, ipſe Vdalricum Patauienſem, epiſtolarum magiſtrum, eò cum mandatis miſerat. A pontifice aderat Laurentius præſul Ferrarienſis, vir pietatę ac rerum vſu prudentiaq; inſignis. Is luculenta oratione Principes quotquot aderãt hortatur, vti pro officio ſuo ac fide, qua deo imprimis ac eccleſiæ, eiusq; ſummo paſtori, quaq; Imperio & patrię ſuæ deuincti eſſent, imminentes à Turca & hæreticis calamitates profligare adnitantur. Reſpondent principes: paratos ſe eſſe, pro ſua quemq; facultate quod poſſint præſtare, ſed ſi Pontifex expeditionem in Turcam ſeriò cogitaret, ante omnia opus eſſe, vti pace inter Chriſtianos confirmata, extra ſuæ ditionis limites cum armis exire liceat. Legatus id operam ſe daturum pollicitus, ſoluto conuentu in Auſtriam proficiſcitur, Puechaimio, Stainio, ac alijs nonnullis ad ſe vocatis, pacem & cõcordiam ſuadet, obſequi nolentibus, ſacrorum vſu interdicit.

*Laur. epiſc. Ferrarienſ. exhortatio.*

Sub initium Septembris, obijt Heleonora Auguſta Neapoli, pia ac multis exornata virtutibus fœmina: de eius liberis ſuo loco dicemus. Imperator eiuſdem menſis fine, Vdalricum Grauenecerum in ſuperiore Auſtria ſummum militiæ præfectum creat. Is conſcripto milite, rebellium aliquot locis ex itinere captis ac deiectis, Stiram ducit. In oppidum à ciuibus receptus, arcem pertinatiùs reſiſtentem, poſt dies aliquot vi in poteſtatem redigit. Inde Ibiſcum vulgò Ipſium quoque capit, nam Victorinus Boëmorũ regis filius, qui ad ferendam opem accurrerat, Danubium tranſire non potuit. Igitur Altemburgum cœnobium expugnat ac diruit. Interim Stephanus Eitzingerus, opera Michaëlis Burggrauij Magdemburgici, cum Cæſare in gratiam redijt.

*Heleonora Imperatoris vxor moritur.*

*Vdalr. Grauenecerus Stiram occupat.*

*Stephã. Eitzingerus Cæſari conciliatus.*

Dum hæc per Auſtriam geruntur, Mathias rex Agrię, in conuentu procerum totius regni, de bello regi Boëmorum ſocero ſuo inferendo, retulit, pontificisq; ac Imperatoris literas in conſilio legi iuſſit. Erant qui bello hoc abſtinendum, & Hungarię regi abundè ad laudẽ ſufficere dicerent, quòd Turcam ſuo Marte à Chriſtianorum finibus ſubmouiſſet. Pars verò, quibus ſuperiorũ temporũ iniuriæ, & damna à Boëmis accepta, cordi & vindictæ erant, bellum ſuadebant, ne Hungari, Turca in Aſia occupato, pacem ac ocium nacti, remiſſo bellandi exercitio, degenerãtes, hoſti ali-

*Mathias de inferendo ſocero ſuo bello conſilium habet.*



Ayuntamiento de Madrid

quando prædæ ac ludibrio ſint. Ad horum ſententiam rex ipſe pronior, eam orationem habuit, ex qua, ſatis eum ad hoc bellum animatum eſſe, facilè intelligebatur. Variantibus adhuc ſententiis, legati à Turca miſſi, interueniunt, qui à Nicolao Vilacho inferioris Pannoniæ præfecto introducti, eodem interperte, pacem petierunt atq; impetrarunt. Eam verò legationem Turca miſerat, ne dum ipſe rebus Aſiaticis diſtinebatur, metus ab Europa relinqueretur. Id etſi ab Hungaris ſatis intelligeretur, omnium tamen ſententiis, bellum in Boëmos decretum eſt, & fœdus cum Cæſare denuò inſtauratum, approbata Auſtriacorum ſucceſſione, ſi abſq; prole mori regem contigiſſet.

*Matthias cum Turca pacem facit.*

1468.

*Matthias Boëmus bellum infert.*

Igitur ineunte ſequentis anni vere, Mathias delectu militum prope Tirnauiam habito, Poſonium primùm, inde Laam Auſtriæ oppidum venit, quò Auſtriaci equites ad ipſum gratulatum mittunt, quos cum peditatu ſecuti, caſtra prope regios locant. Inuitatus in oppidum rex, ingredi noluit, non ſe veniſſe dicens vti in oppidis moram duceret. Oppidani obſequentes ſe ei non ſecus ac ſi Cæſar ipſe adfuiſſet præbuêre, apertis armamentariis, ac exhibito pro copia rerum commeatu. Georgius verò Boëmiæ rex, nullam & ipſe timoris ſignificationem præ ſe ferens, Trebitio (vbi tunc erat) mouens, Znoymam ducit, cum tribus armatorum millibus, vnde Victorinum filium cum copiis aſſumens, Laam profectus, in hoſtium conſpectu caſtra metatur, eaq; eſſedorum & curruum obiectu vndiq; circumuallat. Inter vtrumq; exercitũ Marus amnis erat (quem aliâs Marcham quaſi limitem vocant) qui Hungariam ab Auſtriæ finibus & vicina Morauia diſterminat. Quatuor ſeptimanas illic ceſſatum eſt, multa attentante Georgio, quò vel per internuncios generum conciliaret, vel ſi in ſententia perſiſteret, dolo aliquo circumueniret. Mathias verò, ad omnia verborũ lenocinia, ſurdas præbebat aures, & ſi hoſtis in liberum campum elici potuiſſet, prælium deſiderabat. Boëmus ſuos intra curruum munimenta continebat. Tandem verò quæ eſui erant abſumptis: Trebitium retrò caſtra mouit, & Victorino illic relicto, ipſe ad interiora regni loca recedens, nouum militem, quæq; alia bello eſſe vſui ſciebat, comparans, arces & oppida hoſti oportuna, præſidiis muniuit. Mathias Znoymam deinde pergens, cum Victorinum Trebitij relictũ audiuiſſet, eò aduolat. Victorinus oppido egreſſus, cum

*Marus amnis Hungariam ab Auſtria diſterminat.*

ſus, cum præcurſoribus Hungaris manum conſerens, rege ſuperueniente, fugam inire coactus eſt, & ne hoſtis fugiẽtibus ſuis permiſtus, portam ingrederetur, domos aliquot in ſuburbio incendit non inutili ex neceſſitate conſilio, niſi id fortuna deſtituiſſet. Nam incendio ex ſuburbio in oppidum peruagato, dum ad reſtinguendum trepidè diſcurritur, Hungari, vrgente occaſionem rege, ſuperatis muris oppidum capiunt. Victorinus cum ſuis vicinum quodam monaſterium occupat, in quo ab hoſte obſidetur. Bonfinius arcem eam non monaſterium fuiſſe dicit. Periculo filij audito Georgius, octo armatorum millia eò mittit, qui aperta vi nihil attentare auſi, carrorum vallo ſe continebant. Interim Victorinus, eruptione de improuiſo facta, aſtu & viribus vſus, per hoſtium ſtationem ad ſuos euadit, ac poſtridiè cum iis in Boëmiam abit. Qui in monaſterio erant, incolumitatem pacti, diſcedunt. Mathias inde Brünnam pergit, & ab obuiis ciuibus excipitur, qui etſi Boëmo coacti parebant, exercitia tamen religionis necdum mutauerant. Dein arcem Spilbergam, ſitu opere & præſidio validam, rex obſidione cingit. Interim legatus pontificius, qui Græciam Stiriæ ad Cæſarem venerat, largas paſſim indulgentias omnibus iis promulgat, qui vel ipſi in id bellũ proficiſcantur, vel aliis de ſuo aliquid in ſtipendia cõtribuant: venerunt eò Mathiæ etiã legati, & de continuando bello conuenit. Dein cum regiis legatis põtificius Viennã atq; inde Olomucium ad Mathiã proficiſcitur. Is, relictis ad Spilbergã arcem prçfectis quibuſdam, in Hungariã hibernatum abiit.

*Trebitiũ incenſum & captum.*

*Brünna ciuitas*

*Spilberga arx*

Sub initium Nouembr. Cæſar res in Auſtria ſatis iam quietas, & Mathię ob fœdus fidendum ratus, ſuccepto in Italiam itinere, in ante diem natalis domini noſtri Romam venit, vbi ea nocte, ſacra faciente pontifice, euangelium de edicto Cæſaris Auguſti decantaſſe dicitur, exemplo Imperatoris Sigiſmundi. Sedecim dies illic commoratus, domum rediit. Itineris huius cauſa votum eſſe vulgò ferebatur, erant qui confirmationem ſucceſſionis in Hungarię & Boëmię regna petiiſſe dicerent, nec abſimile vero eſt, prudentiſſimum Imperatorem, conſilia ſua, ex authoritate pontificis, inſtituere voluiſſe. De expeditione in Turcam & bello Boëmico actum eſſe, nonnulli meminêre.

*Frid. Cæſar Romã ꝓficiſcitur.*

Cum in itinere adhuc eſſet Cæſar, noui in Stiria motus extitẽre, quorum authores Ioannes Stubenbergicus, Andreas Paum-

*Motus in Stiria.*



Ayuntamiento de Madrid

1469. kircherus,& Ioannes Peſnitzerus, ob non ſoluta ſtipendia, miſſo Græciam Stiriç ad Cæſaris prçfectos feciali, bellum illi denunciauerant, pagosq; & villas diripiebant. Cæſar domum reuerſus, ſuos eorum conatibus obuiam mittit, obſidentur illorũ arces, fiuntq; leuia aliquot prçlia, donec reliquorũ Stiriæ procerum interuentu pax facta eſt. Inter hæc Mathias rex, conſtitutis domi rebus, initio Februarij menſis in Morauiam cum exercitu, accelerato itinere profectus eſt, vti ſuis, quos in obſidione arcis Spilbergæ reliquerat, in tempore ſubueniret. Ad famam aduentus eius, qui arcem ſtrenuè hactenus defenderant, deditionem fecêre. Non multò pòſt, duo reges, prope arcem Leüchtembergam in colloquium venêre. Sunt verò, qui Boëmũ Hungaro ſingulare certamen obtuliſſe dicunt, loco ſeptis interluſo, quòd propter ventrem abdomine grauem decurrere minus poſſet, neq; id detrectaſſe Mathiam, ſed locum relinqui purum & apertum voluiſſe. Variant hic ſcriptores. Bonfinius colloquium ſuperiore ãno propè Brünnam fuiſſe, multaq; aliter narrat quàm Dubrauius, ego manuſcripta ſequor, quibus qui non acquieſcit, illos legat, ſunt enim in manibus. Cureus de tempore mecum conuenit, nullum certamen ponit, diem conuentui Olomucij dictum narrat, quò Georgius, ob aduerſa Epiſcoporũ ſtudia venire nolens, Sternbergam vicinum oppidulum diuerterit. Ibi duo reges in prædio ſuburbano diu collocuti, inducias ad anni exitum pacti, quo tempore de pace ageretur. Interim epiſcopi, qui nullam de pace mentionem admittebant, effecêre, vti Mathias Olomucij ab ijs ordinibus, qui veteri relligionis cultu retento, Georgij imperium detrectabant, rex Boëmiç & Marchio Morauiç diceretur. Inde à Sileſiis vocatus, primam regionis vrbem Vratiſlauiam adit, totaq; circa eam ditione in fidem recepta, in Morauiam reuerſus, Victorinum, qui eo abſente aliquid molitus erat, in oppidulo Vveſſale obſidet, qui loco nõ ſatis fidens, cùm iterum fugam tentaret, à prætoriana cohorte captus eſt, oppidulum quoque ſine magno negocio à rege occupatum. His rebus ea æſtate geſtis, Mathias abducto ſecum Victorino, in Hungariam rediit. Victorinus Budam miſſus, per integrum biennium, in libera cuſtodia fuit.

*Spilberga Mathiæ dedita.*

*Conuentus Olomutij*

*Matthias rex Boëmiæ ſalutatur.*

*Victorinus capitur.*

Hoc anno pridiè Nonas Decembris, Imperator Fridericus Viennam rediit, eodem die, quo ante ſeptem annos, cum vxore & filio,

*Frid. Viennam ingreditur.*

Ayuntamiento de Madrid

& filio, ſoluta palatij obſidione, exierat, & maxima cum lætitia ac plauſu exceptus eſt. Sequenti anno, qui eius ſeculi ſeptuageſimus fuit, Mathias, hieme nōdum exita, hibernis excedens, Boëmicum bellum, ſatis hactenus fœliciter ſuccedens, proſequi ſtatuit. In itinere cum eſſet, prope Iaurinum illi nuncius adfertur, de Georgij Boëmorum regis obitu. Igitur magis properandū ratus, Iglauiam contendit. Sunt qui ex hoc itinere Viennam diuertiſſe eum affirmant, & benignè exceptum, inſidiarum metu, an alio conſilio, incertum, non ſalutato hoſpite abiiſſe. Gliſcebat enim iam inter ipſum & Cæſarem ſimultas, qui ægrè ferebat, ſe inconſulto, Boëmię regis titulum illi eſſe tributum, & indignum Morauiæ ſtatum miſerebatur, quem acerbè nimis ab illo vexari dicebat. Quare alienato iam à Mathia animo, legatum ad Caſimirum Polonię regem miſerat, Raphaëlem Leſcinium equitem Polonum, ſed diu in aula ſua verſatum. Is graues de Mathia querelas expoſuit. Cultum cum multis à Cæſare officiis, & Pontifici commendatum, ex belli Boëmici ſucceſſu, ſuperbius ſe gerere, & iniquam, pro acceptis beneficiis, gratiam reponere, dumq; ipſe in Italia reipublicæ cauſa abeſt, nouam in Stiria & Auſtria ſeditionem excitaſſe, Paumkircherum, ac alios rerum turbatores, patrocinio ſuo fouere, idq; agere, vti occupato motibus domeſticis Cæſare, regni ſui pomœria proferat, & effrænem dominandi libidinem, cum vicinorum iniuria expleat. Quibus rebus motum Fridericum, diutius cum eo amicitiam nolle, & ad fœdus Polonicum reſpicere, quod ſi affinitate aliqua firmari placuerit, non reprobaturum.

*1470.*

*Georg. rex moritur.*

*Raphael Leſcinius.*

*Simultas inter Cæſ. & Mathiā.*

Caſimirus, qui & ipſe Boëmiæ regnum, ad filium ſuum maiorem natu Vladiſlaum trahere nitebatur, hac Cęſaris legatione exhilaratus, ſuos quoq; legatos Viennam mittit, fitq; inter ipſos fœdus, quod Polonis quibuſdam non ſatis probabatur, qui ægrè ferebant, Hungarici regni titulum à Friderico vſurpari, cuius ſucceſſionem ſuis deberi regibus, contendebant. Inter fœderis capita & illud erat: vterq; ad alterius regna ditionesq; aditum ſibi ſtrueret. Fridericus quoque tertiam dotis partem, quæ Eliſabethæ Ladiſlai regis ſorori debebatur, certis penſionibus ſoluturum ſe pollicebatur.

*Frideric. fœdus cū Polono facit.*

Inter hæc Mathias in Morauiam profectus, ex ſuis in Boëmiā miſit, qui procerum nonnullorum animos quà precibus & promiſſis,

Ayuntamiento de Madrid

*Competitores regni Boëmici.*

miſſis, quà metu belli iniecto, in eius partes adducerent. Erant inter regni competitores præter Mathiam, Fridericus Cæſar, Vladiſlaus Polonus, & Henricus Georgij defuncti regis filius. Albertus quoq; Miſnenſis Marchio, qui cum quinq; equitum millibus, vti Boëmis opem ferret, ſi qua vis fieret, aduenerat; ſuum & ipſe negocium agere putabatur. Præter hos nonnulli Ludouicum Bauarum, quidam Galliæ regem, ad redimenda regni portoria, aliaq; regis bona, idoneum nominabant, erantq; diſcrepantia inter ſe procerum ac reliquorum ordinum ſtudia. Qui Huſſiticæ factionis erant, Cæſarem iuxta ac Mathiam oderant, & externo domeſticum præferentes, Henrico ſtudebant, quem Alberti Brandemburgici copiis adiutum iri, ſpes erat, qui ſororẽ illius matrimonio iunctam habebat. Reliqui in Polonum proniores erant, nonnulli Cæſarem, ſoli ex proceribus Ioannes Roſembergicus, Sdenco Sternbergicus & Henricus à Noua domo, Mathiam poſtulabant.

*Cuthnæ regni comitia præter morẽ inſtituta.*

Hæc vbi Pragæ aliquandiu ſummis cõtentionibus eſſent agitata, ne quis in vrbe, ob frequentiam hominum, ſeditioni obnoxia, & pleriſq; ſuſpecta, motus exiſteret, præter morem patrium, comitia creandi regis, Cuthnam ſunt tranſlata. Auditi in conſilio Mathię legati, quorum princeps erat Nicolaus Chiupar, Tranſyluaniæ præfectus, Boëmiæ regnum eiuſq; titulum, iam antea regi ſuo à ſummo Pontifice & pleriſq; ordinibus tributum, cõfirmari petiêre.

*Mathias rex.*

Hungariæ ac Boëmię regna, & antea inter ſeſe iuncta fuiſſe, & nunc quoq; cum ſumma vtriuſq; fœlicitate, coniungi poſſe. Bellum hactenus pro regni commodis potiùs, quam contra geſtum; quod pars eius malè affecta, ſanari aliter non poſſe viſa fuiſſet, in reliquos nunquam Mathiam arma ſumpſiſſe. Hæc vbi orator diceret, aliaq; de vectigalium remiſſione, regniq; commodis adiungere pararet, ſecundis auribus ad finem vſq; audiri non potuit, obſtrepentibus pręcipuis aduerſæ factionis proceribus, nunquam ſe hoſtem ſuis ceruicibus impoſituros.

*Cæſar.*

Cæſaris quoq; legati, etſi vetera cum Boëmorum regibus pacta conuenta recenſerent, multaq; de ipſius animo, ac egregia Maximiliani indole, promitterent, ab illis tamen, qui hæreſi ſuæ timebant, ipſumq; dignitatis pontificiæ vindicem fore putabant, reiecti ſunt. Qui Henrico fauebant, Victorini fratris aduerſo caſu deterriti, parumq; in eo præſidij, aduerſus competitorum vires fore arbitrati, remiſſiùs agebant.

Ayuntamiento de Madrid

agebant. Poloni verò omnia promittebant: Caſimirum regem, omnia regni nomina ſoluturum, pontificem ipſis conciliaturum. Polonos gentiles atque cognatos Boëmis, vti ex duobus fratribus oriundos: ita fraternis vtroſque animis inter ſeſe meliùs, quàm Boëmos cum Germanis, aut Hungaris coalituros, cum quibus, neque animorum firma coniunctio, neque linguæ commercia, intercederent. Hæc & alia cum peroraſſent Poloni, omnium ferè voluntates ad Vladiſlaum inclinabant. Imprimis verò mouebat eos gentis quædam cognatio, ac promiſſa debitorum perſolutio, quæ trecenta aureûm nummûm millia excedere dicebantur. Igitur re in concilio deliberata, ad ſeptimum Calendas Iunias, Vladiſlaum Caſimiri Poloniꝑ regis filium, quindecim annorum adoleſcentem, Boëmiæ regem renunciant, & decreta legatione, in regnum vocant. *1471. Vladiſlaus eligitur rex Boëmiæ.*

Dum hæc in Boëmia fiunt, Fridericus Cæſar, & Imperij principes Electores, ac reliqui ordines, Ratiſbonæ in comitiis, publicam totius Germaniæ pacem ſtabiliêre, & miſſis in omnes eius partes, edictis, arma deponi, & quaſcunq; controuerſias æquæ iuris diſceptationi cognoſcendas dijudicandaſq; committi imperatum. *Comitia Ratiſbonæ.* Actum etiam eſt de Boëmorum electione, quæ an rata haberi deberet diſceptatum. Improbabat verò eam pontifex, & ab hæreticis factam, ac irritam fieri debere, per legatum ſuum in comitiis contendebat. Mathiæ quoq; legati, ne ea ab Imperij ordinibus approbaretur, intercedebant; quod ipſe prior electus eſſet, ac pontificis cõfirmationem haberet, ob egregia in rempublicam Chriſtianam merita, à cuius finibus Turcam toties ſubmouiſſet. Principes verò pleriq; Imperatoris Friderici iudicium ſecuti ad Vladiſlaum proniores erant. Eam rem Friderico ſuccenſuit Pontifex, ac in literis poſtea exprobrauit, Mathias verò, bello Auſtriæ illato, vltus eſt, vti ſuo loco dicetur. *Vladiſlai electio confirmatur.* Inter hæc Mathias, repulſa irritatus, atroci bello Morauiam & vicinos Boëmiæ limites vexabat, cui Vladiſlaus ſeſe oppoſuit, qui cum ſeptem equitum & duobus peditum millibus in Boëmiam venerat, iamq; ab epiſcopis quos ſecum adduxerat, regno initiatus erat. Mathiam verò in Hungariam reuocabant, inteſtini motus, ab Archiepiſcopo Strigonienſi, Quinqueccleſienſi Epiſcopo, & aliis nonnullis excitati, qui vbi Mathiam, quem clàm oderant, in comitijs Boëmicis prӕteri-

Ayuntamiento de Madrid

*Caſimirus Poloniæ rex Hungariam affectat.* præteritum audiuêre, meditatam diu defectionem moliebantur. Horum opera ac ſtudijs ſibi adiunctis, Caſimirus & illo regno Mathiam exuere aggrediebatur, filium alterum ſibi cognominẽ, Hungaris regem dare in animo habens, ſed à fortuna deſtitutus, nihil efficere potuit. Mathias enim cum exercitu, in Hungariam ſubito profectus, proceres partim metu, partim promiſſis ſibi reconciliauit, & Caſimirus, exhauſto ſumptibus ærario, filium iam in Hungariam profectum, domum reuocare coactus eſt.

*1472.* *Sixtus Quartus P.M. Franc. Picolomineus Cardinalis.* Sequenti anno, qui erat ſecundus ſupra ſeptuageſimum, Sixtus Quartus, qui Paulo Secundo in pontificatu ſucceſſerat, Franciſcum Picolominęum Senenſem Cardinalem, in Auſtriam legatum, ad Cæſarem miſit, id quod ſe facturum Paulus illius anteceſſor Romæ receperat. Itaq; Cæſar, principum aliquot conuentum Neapoli habuit, vbi de arduis quibuſdam negociis, ad conſeruãdum rei Chriſtianæ ſtatum, & vtilia & neceſſaria fuerunt agitata, ſed quæ propter ſummorum principum diſſenſiones, ſuum habere effectum non potuêre. Miſſus etiam ad Polonorum regem, *Marcus Barbus Card.* Marcus Barbus Venetus Cardinalis, ad pacem eum exhortabatur, qui iam ad Hungariæ quoſdam proceres, de induciis apud ipſorum regem impetrandis, ſcripſerat. Summo enim opere pacem inter Chriſtianos reges facere conabatur Sixtus Pontifex, vti cõiunctis viribus in Turcam iretur. Vrgebat eandem quoque rem, *Vſſumcaſſanus.* Vſſumcaſſanus Perſarũ Tyrannus, qui per id tempus Trapezunte & Sinopoli expugnatis, ac Aſia minore omni ferè, armis ſub poteſtatem redacta, Turcam graui bello vexabat, quare Chriſtianos adhortabatur, vti Græciam, militari robore exhauſtam, inuaderent. Iamq; pontificij legati & aliorum quorumdam principum *Pax Cæſari cum Mathia.* interceſſu, pax quædam inter Fridericum & Mathiam cõuenerat, & pulcherrima benè gerendę rei occaſio ſeſe oſtentabat, ſi tàm facilè Mathias cum Polono pacificare voluiſſet. Angebat ingentis ſpiritus virum, pręrepta præter ſpem à Polonis Boëmia, & ab ijſdẽ concitata procerum in Hungariæ regno ſeditio, & res bello fœliciter geſtæ, animum addebant. Præterea quod neq; à Turca bellũ timeret, & cum Cęſare pacẽ haberet, Caſimiri inopiã, diuitiis ipſe ac præda affluens, contemnebat, & res ſuas in Boëmia ſuperiores fore, certã in ſpem adducebatur. Nam oppidula aliquot ac arces à Victorino dimiſſionis ac libertatis preciũ, in eo regno acceperat.

Igitur

Ayuntamiento de Madrid

Igitur vix aliquot menſium inducias abs ſe impetrari paſſus eſt, cumq; Caſimirus conditiones pacis proponeret, nõ ſatis ipſi gratas, non opus ſibi eſſe ea pace reſpondit, venturum ſe breui, & caluo reliquos crines euulſurum. Ita omnis tum pacis tractatio fruſtra fuit. Sequenti anno Cardinalis obtinuit, vti Hungariæ Poloniæq; ac Boëmiæ regnorum proceres, Nyſſam Sileſię vrbem conuenirent, vtq; melius omnia procederent, idem inducias pontificia authoritate prorogauit. Non multò pòſt Oppauiæ alter conuentus eſt habitus, & regum cõtrouerſia, ad Caroli Burgundionũ ac Belgarum reguli, aut Ludouici Gallorũ regis arbitrium reiecta. *1473.*

Inter hęc Fridericus Cęſar, cum Maximiliano filio Auguſtam Vindelicorum profectus, fidei ſacramentum ab eius vrbis ciuibus exegit, magnisq; & ipſe & filius eius muneribus affecti ſunt. Indixerat illic comitia Cæſar, & Polonorum ac Boëmorum legationẽ, de fœdere & Vladiſlai confirmatione ad ſe miſſam, eò venire iuſſerat, ſed ad alia vocatus, comitia eo anno obire non potuit. Erant enim in Vbiis, & reliqua Imperij ditione ad Rhenum, negocia, quæ ipſius præſentiam flagitabant. Igitur ad ea loca profectus, ad quartum Calendas Octobres, magno principum comitatu, Treuirorum Auguſtam venit. Aderat & Carolus Burgundus, qui vti cum Friderico congrederetur, diu ſummis votis exoptauerat. In eo congreſſu, Carolus Maximiliano filiam ſuam Mariam deſpondit, cùm nuptias illas primo quoq; tempore celebrari Cæſar vellet, Carolus nimis ambitioſè prius Burgundiæ ſe regem, quod regnum ea olim fuerat, & Imperij legatum ac vicariũ quem vocant, creari poſtulabat. Id ſi fieret, omnia ſe ab aliis Imperio erepta, armis recuperaturũ. Hæ ipſius petitiones Friderico improbæ videbantur, & ad quas non niſi de communi principum electorum, & omnium ordinum conſilio reſponderi deberet. Poſt longam diſceptationem, Carolus Cæſarem Nonis Octobribus ad prandiũ vocauit, eo luxu iisq; diuitiis inſtructum, vti paſſim illud per totam Germaniam & Galliam omnium ore fuerit celebratum. Dein de Geldriæ ducatu, alijsq; ditionibus ſuis Imperio obnoxijs, fidem Cæſari de more dedit. Offendebat verò Cæſarem, Caroli in congreſſu faſtus, & affectatus in omnibus rebus ſplendor, quo continentiam ſuam & frugalem modeſtiam ſuperari, atque adeò in contemptum adduci videbat.

*Auguſtani Cæſari iurant.*

*Fride. Cæſar in Treuiros proficiſcitur.*

*Friderici & Caroli Burgundi congreſſus.*

*Caroli faſtus & magnificentia.*



Ayuntamiento de Madrid

Cùm igitur Carolus nihil minus, quàm repulſam ſe illarum rerum quas petierat paſſurum cogitaret, ſceptrumq́; & coronam ac cætera dignitatis regiæ inſignia fieri, ſubſellia in templo & ſolium, quæque ad coronandi & inungendi ritum faciunt, parari iuſſiſſet; Cæſar neque ex re Imperij, neque ex ſua dignitate eſſe videns, vti compotem voti ipſum faceret, non dato ei reſponſo, in Vbios abijt, & Coloniam Agrippinam ingreſſus, magno cum honore exceptus eſt. Ingens per id tempus diſſidium, Canonicorum collegio, cum ipſorum antiſtite, Ruperto Bauaro erat. Ciuitas ipſa & ſenatus cum Canonicis ſentiebant. Rupertus legittimis ſuffragiis electus erat, & à Pontifice ſacrorum, à Cæſare cæterorum confirmationem habebat, ſed oppida quædam nobilibus oppignorata, contra ius & promiſſa, electionis tempore facta, non perſolutis nominibus, recipere ſatagebat, & ſuperiore anno Canonicorum vina, & reddituum pleroſq́; fructus, in ſuas arces inferri iuſſerat. Colonienſes igitur & Canonici, icto cum oppidis fœdere, Hermãnum Haſſiæ Landgrauium, ſuis rebus defenſorem & gubernatorem præficiunt. Huius frater Henricus, per eoſdem dies, cum exercitu ſatis valido aduenerat, ſed cum Fridericum adeſſe, ad cuius cognitionem ea res ſpectaret, audiuiſſet, maiori ceſſerat. Rupertus ad Cæſarem vocatus, non venit ipſe, ſed per legatos reſpondit, tutorem ſibi & aduocatum eſſe Carolum Burgundum, & Canonicos ſuum quoque habere protectorem, inter quos ſi decidi controuerſia amicè poſſet, id ſe lubente futurum. Fridericus ad pacem & concordiam Colonienſes eorumq́; præſulem exhortatus, circa medium Ianuarium, ex Vbiis in Germaniam ſuperiorem abiit, & ſub finem Aprilis Auguſtam rediit. Ibi in Senatu principum Fridericum Palatinum Ludouici Cęci filium, quod ab obitu Ludouici Pij fratris pro tutore filij ipſius Philippi ſe gerens regalia, quæ vocant, à Cæſare accipere neglexiſſet, proſcripſit. Agebat enim pleraq́; imperioſius, & Ambergenſium ſenatores duodecim, quod in verba ipſius iurare noluiſſent, capite plecti iuſſerat. Erat verò bellicoſus & inſigni victoria potitus tres ſimul principes Carolum Badenſem, Georgium eius fratrem Mediomatricum antiſtitem, ac Vdalricum Vvirtembergicum vno die ceperat, & ingenti pecunia multauerat. Aderant Polonorum quoq; & Boëmorum legati, quibus Cæſar promiſit, Vladiſlai ſeſe

*Caroli poſtulata non probat Cæſar.*

*Rupertus Bauarus Colonienſis præſul.*

*Hermannus Haſſus.*

*1474.*
*Fride. Palatin⁹ proſcriptus.*

*Inſignis eius victoria.*

Ayuntamiento de Madrid

ſeſe electionem confirmaturum. Quod verò de Caroli Burgundi aut Francorum regis arbitrio, in Oppauienſi conuentu decretum erat, irritum eſſe voluit. Non multo pòſt Carolus in Vbiis bellum excitauit. De eo antequam dicam, operæ erit quædam hic de eo memorare, non vtiq; à rebus Auſtriacorum aliena, quibus ab eius obitu ampliſſimę Belgarum prouinciæ, vnà cum titulo & inſignibus domus Burgundiæ, ceſſerunt.

*Carolus Burgũdiæ princeps.*

Carolus igitur Philippo Bono editus, auum habuit Ioannem Burgundię ducem, eum, qui pro Sigiſmundo Hungariæ rege fortiter pugnans, profligato Chriſtianorum exercitu, à Turcis captus fuerat, anno inſtauratæ ſalutis, poſt mille trecentos nonageſimo ſexto. Is patrem habuerat Philippum Audacem, quem, poſtquàm veterum ducum proſapia, in Philippo Ottonis filio defeciſſet, pater Ioannes Gallorum rex Burgundiæ ducem creauerat. Erat Carolus ingenti & heroico ſpiritu Princeps, ſed qui ob nimium augendæ dignitatis ac Imperij proferendi ſtudium, & bellandi effrænem quendam, neque ſatis conſultum ardorem, gloriæ cupiditate accenſum, iuſto ferocior eſſe videbatur. Augebat illi animos, quod in Gallia pridem armis fæliciter vſus, Ludouico regi pacem & fœdus propè extorſerat, nuper quoque Eburones, capta & propè diruta eorum vrbe Leodio, ad obſequium adegerat, & Geldriam ſuis ditionibus adiecerat. Habebat Carolus florentiſſimas ea tempeſtate prouincias, ſed nihil eius animo ſatis erat, qui ad maiora ſemper aſpirabat, & Alexandri Macedonis, vt ferebatur, fortunam atque audaciam ſibi æmulandam propoſuerat. Itaque repulſæ, quam apud Treuiros haud obſcurè paſſus erat iram & indignationem, in idoneum tempus differendam ratus, ad omnem occaſionem intentus vigilabat, vti ſub honeſto aliquo prætextu, bellum in Germaniam transferret. Neque diu materia defuit. De Ruperti Bauari & Hermanni Haſſi contentione ſupra meminimus. Ab altero illorum vtpote Ruperto, Carolus in auxilium vocatus, per eam occaſionem, ſi Vbios ſubegiſſet, aduerſo Rheno per Moguntinenſem ditionem, in Alſatiam ſibi cæteraſq; ditiones, à Sigiſmundo Auſtriaco oppignoratas, patens ac expeditum iter fore, ſperabat, & quę negata fuerant facilè vel inuitis ſe conſecuturum confidebat.

*Philippus Bon⁹.*

*Philipp. Audax.*

*Carolus Alex. Magnum æmulari voluit.*



Ayuntamiento de Madrid

Igitur menſe Iulio Traiecti ad Moſam, delectibus militum habitis, cum ingenti exercitu in Vbios profectus, aduerſus omnia aliorum auxilia, ſatis & animi & virium allaturus videbatur, & præmiſſo Coloniam caduceatore, Ruperto loci epiſcopo, ablata reſtitui, obſequium præſtari, ſe verò pro epiſcopatus protectore, & (vti vocant) Aduocato agnoſci jubebat. Inſignia quoque domus Burgundicæ, locis publicis erecta, viſebantur, qua re offenſi Colonienſes, quiq; cum ijs fœdus habebant, defenſioni ſe parabant. Eſt infra Coloniam ad quatuor millaria, celebre ac vetus Vbiorum oppidum, Noueſium priſci, vulgò nunc cum Marliano Nuſſiam vocamus, ad ſiniſtram Rheni ripam, quod præfecturę ſiue Aduocatiæ nomine, Imperio ſubeſt. Id inter confœderatas ciuitates præcipuum, ſitu loci, aquarum copia, propugnaculisq; ac incolarum animoſitate ſatis munitum, Carolus arctiſſima obſidione cinxit, permultum ſibi & ad præſentem virium potentiæq; exiſtimationem, & ad futuri belli ſucceſſum allaturum ratus, ſi id vel per vim, vel per conditiones, metu extortas, in ſuam poteſtatem redegiſſet. Hermannus verò, quiq; cum eo intus erāt, ad omnem belli fortunam conſtantiſſimi, quę tolerandę obſidioni erāt, parare, ſe ſuaq; tutari, pro aris focisq; ſtrenuè rem gerere, interim ex oppido in caſtra excurrere. Burgundus contra obfirmato animo, cœpta vrgens, omnes expugnationi machinas admouet, nihilq; ad diurnos nocturnosq; militum labores reliqui facit, vti loco potiatur. Magna tum animi alacritas & fortitudo in Hermanno fuiſſe prædicatur, qui ſuos vti in fide perſiſterent cohortatus, ac exemplo & ſermone in officio continens, auxilia & à deo, & ab hominibus contra hoſtis ſuperbiam, vtriſq; inuiſam, non defutura pollicebatur. Itaq; etſi ab omni parte ciuitas tormentis bellicis quatiebatur, multisq; inſultibus tentabatur, muri etiam, actis occultè cuniculis, ſuffodiebantur, confirmatis tamen animis, ciues & præſidiarij non omnem ſolùm oppugnantium vim à mœnibus propulſabant, ſed eruptiones nunc in hoſtium ſtationes, nunc in opera facientes, multis eos incommodis afficiebant. Cumq; Colonienſes cæteriq; fœderati, præſidij ſupplemento & rerum vitæ neceſſariarum ſubuectione, ſocios iuuarent, & quindecim hominum millibus, inſeſſa altera Rheni ripa, ne quid ex Geldria in hoſtium caſtra importaretur, prohiberent; difficilis

*Carolus bellum in Vbios mouet.*

*Noueſium nūc Nüſsia.*

*Noueſii obſidio.*

*Nuſsia ab Haſſo acriter defenſa.*

Carolo

Ayuntamiento de Madrid

Carolo reddebatur obſidio. Dum igitur ad Noueſium moram opinione longiorem, ducit, parum ei ſecundę res in Heluetiorum finibus euenêre, ex hac maximè cauſa.

Præfecerat ditionibus quibuſdam, quas ei Sigiſmundum oppignoraſſe diximus, Petrum quendam Hagenbachium, ſuperbia & crudelitate omnibus inuiſum. Qui cum ſubditos, impotenti dominatione, præter ius faſq; affligeret, illi Sigiſmundo ſupplicant, vti ſeſe iniuſtę eius tyrannidi eripiat, cui pręter omnem ſuam culpam obiecti eſſent. Sigiſmundus iuſtis ſuorum precibus motus, pecuniæ ſummam à Carolo acceptam, numerare paratus, ditiones pignori datas repetebat, & tergiuerſantibus Caroli præfectis, apud Baſileenſes deponebat. Interim Hagenbachius, maiori indies crudelitate, non ſubditos tantum, ſed vicinos quoq; diuexabat. Is Briſaci tum erat, oppido ad Rhenum loci ſitu & operibus munito, vbi principem ſuum, cum victore exercitu, breui adfuturum, vti ipſe rebatur, expectabat. Cum verò diutius ille abeſſet, & ex caſtris ad Noueſium non nimis proſpera nunciarentur, Heluetij nonnulli, conuentu Conſtantiæ indicto, pacem cum Sigiſmũdo & fœdus denuò faciunt, quibus ſeſe coniungunt Baſilea, Argentoratum, Columbaria, Seleſtadium & aliæ quædam vicinæ ciuitates, quibus aut odium tyranni, aut metus, vel vtrunq; ſimul præſtò erat. Pax ea Ludouici Gallorũ regis authoritate, concilian te animos, Præpoſito quodam Monaſterienſi Silenio, facta eſſe dicebatur. Igitur Sigiſmuudus, Hagenbachio iam à Briſacenſibus in carcerem coniecto, accepto ab Heluetiis milite, omnes ſuas ditiones, pecunia non perſoluta, recepit, nullo ferè cum negocio, vbiq; enim non vti dominus, ſed vt pater accipiebatur. Briſaci dein, iuri dicundo die conſtituta, Hagenbachius, ab ijs quos iniuria affecerat accuſatus, & conuictus, capite pœnas luit. Moti eo facto Burgundi, cum exercitu octo millium Suntgouiam ingreſſi, agros latè populantur, neq; ab imbelli hominum turba vim & iniuriam abſtinent. Ferretani ad trecentos in proximum Burgundorum agrum excurrẽtes, malè multantur, vix ſexta eorum parte domum reuerſa. Atq; hæc fuerunt tanquam belli eius præludia, quod Carolo cum gente Heluetica pòſt fuit.

*Petrus Hagenbachius.*

*Heluetiorũ fœdus cum Sigiſ. Archiduce.*

*P. Hagenbachi' decollatus.*

Dum hæc ad Noueſium & in Heluetiorum vicinia fiunt, Imperator Fridericus, ſæpè iam à Colonienſibus vocatus, & ne Ca-



Ayuntamiento de Madrid

1475. Cæſar in Vbios ducit. Linzium ad Rhenum. Rimagum.

rolus pulcherrima ea Imperij parte potiatur, veritus, miſſis ad Germaniæ principes literis, auxilia contrahit, & ad medium Ianuarij, in Vbios profectus, Lincium oppidum, quod præſidio Caroli tenebatur, ipſe obſidet, Brandemburgicum Marchionem Albertum, cum parte exercitus Rimagum mittit. Rimagenſes, poſt octo dierum obſidionem, vitam pacti, ſeſe dediderunt, eorum bona à militibus direpta. Idem & qui Lincij erant, ſed tardiùs fecêre, poſtquam Picardi, præſidio inde abducto, arcem incendio corrupiſſent. Cæſar inde circa Palmarum ferias Coloniam ingreſſus eſt, adplaudente & fauſta adprecante populo, & erectis in ſpem omnium animis.

Iuliæ Dux fauet Carolo.

Studebat Caroli rebus Iuliacēſium princeps, & exercitui eius ex ciuitatibus ſuis commeatum ſuppeditabat. Hunc Cæſar ad ſe Coloniam venire iubet, qui domi manens, per legatos ſe excuſat, neque principis vicini cognati viribus reſiſti abs ſe poſſe, eiusque amicitiam neceſſariò colendam eſſe. Cæſar, niſi præſens adueniret, omnibus illum beneficiis, quæ ad Imperij iura pertinerēt, priuatum iri interminatur. Hoc nuncio accepto, Coloniā ſtatim venit, & Cæſari conciliatus eſt. Redierat ijſdem diebus Roma, Chriſtiernus Danorum rex. Is cum Ioanne Saxoniæ principe, itineris ſocio, in Caroli caſtra diuertens, ad pacem eum flectere ſummo ſtudio nitebatur: ſed fruſtrà omnis eius conatus ceſſit. Cæſar verò, antequam in bellum prodiret, vti Caroli vires alio auerteret, ab Heluetiis petierat, vti bello in Burgundiam moto, Imperij rebus commodarent. Hi non tam Imperij cauſa, quam quod iacta eſſe odiorum ſemina, & bellum in ſe exarſurum ſcirent, in Burgundiā profecti, Ellicurtum oppidum cum arce obſidēt, cum iam Carolo bellum per literas denunciaſſent. Hos Rotundi montis Comes, ex Sabaudię principibus, (Romontium vocant) qui tum Burgundo militabat, cum valido exercitu de improuiſo aggreſſus, opprimere cogitabat, ſed ab ipſis in fugam actus, ad mille octingentos ex ſuis amiſit, nullo ferè illorum incommodo. Ludouicus quoq; Gallorum rex, hoſtili in Carolum animo, ab obſidionis Noueſianæ initio, viginti millia militum in hoc bellum ſe miſſurum receperat, quamprimùm Cæſar cum exercitu Coloniam veniſſet, ac Renatum Lotharingiæ ducem, vt Lücemburgicum agrum inuaderet inſtigabat, & ne tum quoq; pace bellum tranſigeretur, modis omni-

Chriſtiernus Dan[orum] rex.

Heluetij in Burgundiā ducunt.

Ellicurtum.

Lud. Gallorum rex Carolo inimicus.

Ayuntamiento de Madrid

dis omnibus impedire conabatur. Miſſi ad eum erant à Cæſare & principibus legati, qui auxilia ex promiſſo & pacto mittenda peterent. Sed rex, oſtenſa eorum ſpe, clàm interim aut cum Carolo pacem ex commodo ſuo facere, aut inducias prolatare tentabat, ne Angli ſæpè iam ab eo in belli ſocietatē vocati, traijcerent. Nam ſi Carolus, omiſſa Noueſij obſidione, cum Eduardo Anglorū rege arma iunxiſſet, magna difficillimi belli moles in Galliā incubuiſſet. Nunc verò recta ſuorum conſilia aſpernatus, pulcherrimam rei gerendæ occaſionem amittebat. Ludouicus verò ſuum & ipſe legatum ad Cæſarem mittens Tercelinum, moras excuſat, auxilia miſſurum promittit, iam aliis in locis bellum ſe Carolo mouiſſe, quare ne pacem cum eo faciat, ſed ditiones eas, quæ ad Imperij Germanici iura ſpectarent, occupet; idem ſe de Burgundia, Flandriaq; & aliis ijs facturum, quæ Gallici iuris eſſent. *Ludouici regis ad Caſ. legatio.*

Cæſar multò prudentior, quam vti à Gallo circumueniretur, hoc eius conſilium in ſpeciem vtile, ſed vafrum, neq; iuſtitia ſatis fultum, eleganti hoc apologo eludere ſatis habuit. Tres olim iuuenes, inquit, in caupona probè paſti, cum æs non haberent, hoſpiti promittūt, vrſum ſeſe vicinos agros euaſtantem, virium ſuarum fiducia aggreſſuros, cuius pelle diuendita, ſymbolum perſoluturos. Egreſſi cum obuiam haberent vrſum, terribili eius aſpectu tantum non exanimati, fugam circumſpiciunt, vnus ad oppidum curſu redire contendit, alter in proximam arborem aſcendit, tertius, ſociis aut timidior, aut ſanè tardior, in terram prouolutus, retento ſpiritu mortuum ſe fingit. Vrſus admoto nunc ori & naribus, nunc auribus, rictu, cadauer eſſe credens abit. Metu depoſito cum domum irent, qui in arbore fuerat ſocium per iocum rogat, quid illi vrſus in aurem dixerit. Ille profectò, inquit, belua iſta multò nobis ſapientior, monere viſa eſt, ne pellem cuiuſquam ferę venderem impoſterum, antequam eam confeciſſem. Hoc reſponſo legatum Cæſar abs ſe dimiſit. Conſentaneum verò eſt, Fridericum longo rerum vſu prudentem, ſaniora ſecum conſilia tum agitaſſe, pacemq; bello prætuliſſe, ac poſteris ſuis viam, ad Caroli ditiones acquirendas, ſternere maluiſſe, quam infidam multisq; de cauſis ſuſpectam Galli fidem ſequi, & incerto fortunæ euentui omnia committere; præſertim cum Gallus Caroli ditionibus inhiaret quidem, ſed militem nullum ad commune periculum *Apologus de Vrſo.* *Fides Galli ſuſpecta Cæſari.*

 mitteret.

Ayuntamiento de Madrid

*Eduardus Angliæ rex.*

mitteret. Cupiebat enim vtriusq; vires atteri & frangi. De auxiliis verò iuſtam adferre cauſam, videbatur Anglici belli metũ. Eduardus enim cum maximo exercitu aduentabat, cuius cum Carolo coniunctio, toti Galliæ formidoloſa erat.

*Henr. Schuuartzemburgicus Monaſterienſis epiſcop.*

Maij menſis initio, Fridericus cum exercitu Coloniam egreſſus, Noueſium verſus duxit, quem ſequebãtur ex Colonienſibus, mille quingenti, vno omnes veſtitu, albo ac rubro, induti. Primis caſtris Molhemium vſq; venêre, vnde poſt tridui moram mouentes, inter Nielum & Merhemum caſtra metati ſunt. Eò ad caſtra venit, Heinricus Schuarzemburgicus, Monaſterienſium epiſcopus, cum auxilijs Turingiæ & Saxoniæ ciuitatum: ad ſedecim hominum millia, cum eo fuiſſe ferunt. Eodem die aduenit Chriſtophorus Marchio Badenſis, & poſtridiè Henricus Haſſorum princeps, Hermãni frater, cum nõ contemnendis vterq; copiis. Erant apud Cæſarem præter iam dictos, Adolphus Moguntinus, & Ioannes Treuirorum Electores, Guilielmus Aichſtetenſis, Mathias Spirenſis, Reinhardus Vangionum Epiſcopi, Sigiſmundus Auſtriacus, Ludouicus, Albertus, & Fridericus Bauari, Erneſtus Saxo, Albertus Brandemburgicus, & Voldemarus Anhaldinus principes. Præter hos aderant quinquaginta comites, inter quos eminebat Eberhardus Vvirtembergicus. Ad octoginta hominũ millia, in caſtris cenſa fuiſſe, proditum eſt.

*Catalogus Ducum ad Noueſium.*

*Ioannes Chimaius Oliuerius Marchianus.*

Etſi verò Cæſaris copiæ recentes erant, & Burgundi exercitum numero ſuperabant, nihil tamen ille de ferocia ſua remittens, & obſidionem continuabat, & prælium committere non detrectabat. Cùm enim Cæſar quam proximè hoſtem proceſſiſſet, Carolus (relictis qui obſeſſæ multitudinis excurſiones prohiberent, neque ab iis, qui in aduerſa Rheni ripa erant, commeatum in ciuitatem ſubuehi ſinerent) reliquos ad pugnam inſtructos, extra caſtra emittebat. Primos haſtatorum ordines ducebat Ioannes Comes Chimaius: nobilium ex ordine equeſtri dux erat Oliuerius Marchianus. Hos ſequebantur Renatus Brockhuſius, Georgius Mentonius, Ioannes Longiuallenſis & alij multi inſignes viri. Peditum exercitui præerant Guido Himbercurtius comes Meganus, & Vvolfardus Verianus. Dum hi ad nonum Calendas Iunij in campum progrediuntur, Itali tormentis bellicis in caſtra Cæſaris emiſſis, rem gerunt. Ex Cæſarianis verò Monaſterienſis cum ſuis, &

Ayuntamiento de Madrid

ſuis,& qui Colonia aduenerant,in hoſtem prouolarunt.Hoc fœliciter pugnaſſe, & occiſis nonnullis tormenta aliquot bellica interuortiſſe quidam aſſerunt, alij à Burgundis in caſtra redire coactos narrãt,& credibile eſt (quod in re tali ſolet) vtroſq; apud ſuos de re benè geſta gloriatos eſſe. Monaſterienſis verò etſi Carolum cognatione attingebat, infenſiſſimum tamen ſe illi hoſtem declarabat,& extra belli neceſſitatem, priuatas habebat odij cauſas, quod Erico Oldemburgico comiti, quem frater Danorum rex in caſtris apud Carolum reliquerat, arces quaſdam & vicos armis ereptos reddi ille iuſſiſſet, atq; vti amiſſa recuperaret, opem laturus eſſe videbatur. *Pugna ad Nouesium.*

Decimo Calend. Iunij Carolus eductis iterum copijs, vti hoſtem ad prœlium eliceret,recedere ſe ſimulans, vbi inſequi Cæſarianos videt, conuerſis ordinibus manum conſeruit. Pugnantem fortiter & acrius vrgentẽ, Monaſterienſis VVeſtphalorum fortiſſimo equitatu obiecto ſuſtinuit, quoad cæteri Germani in aciem prodière. Fit atrox pugna, imprimis verò Brandemburgici, cum Longobardis mercede conductis, quos ducebat Campobaſſæus, acerrimè dimicabant. Nox prœlium diremit,multiſq; vtrinq; deſideratis,in caſtra reditum.

Dum hæc in campis fiunt, Noueſiani interim excurſionem facientes, à Montonij milite repreſſi ſunt. Poſtero die, cùm iam maiores vtrinq; copiæ, ad prælium eductæ, in procinctu ſtarent, Alexander Foroliuienſis Epiſcopus, Pontificis per Germaniam legatus,inter vtroſq; obequitans, trium dierum inducias pepigit. Dein eodem & aliis quibuſdam principibus operam dantibus, Cæſar & Carolus pridiè Calendas Iunias in colloquium venêre, quorum vterq; à pace alienus non erat. Carolus enim bellum ſibi à Gallorum rege parari, à Renato verò ac Heluetiis iam etiam geri,non ignorabat, & fecialem à Lotharingo cum belli denunciatione ad ſe miſſum, magnificis veſtibus, ac ſi optata nunciaſſet, donauerat.Fridericus verò & ſuapte natura à bello abhorrebat, & Galli ſocietatem,Caroli amicitiæ atq; affinitati,poſtponebat.Itaque pax facta eſt,& Ruperti controuerſia,ad Pontificis arbitrium reiecta.Noueſium verò Legato permiſſum eſt,vſq; ad cauſæ deciſionem. Inter alias pacis conditiones, quæ occultæ habebantur, ſcriptores ferè omnes affirmant, Mariam, Caroli filiam vnicam, *Alex Foroliuiẽ. Episc.* *Pax Noueſiana.*

Maximi-

*Maria Carolina Maximiliano promiſſa.*

Maximiliano deſponſam, cum omnibus prouinciis hæreditariis,
ſi nulla alia prole auctus, ipſe moreretur. De coniugio illo apud
Treuiros actum fuiſſe ſupra meminimus, & ita pleriq; annales ha-
bent. Sed Maximilianus ipſe, in commentariis ſuis annotatum re-
liquit, hoc demùm tempore, ad Noueſium illam ſibi eſſe deſpon-
ſam, nec diſſimulat fauiſſe ſibi & tum & poſtea quoq; fortunam,
quod Gallorum rex, vti illam filio ſuo obtineret, nihil non & auro
& ferro attentârit. In pacis ac fœderis conditionibus, excluſi ſunt
Heluetij, & confœderatæ illis ciuitates, Sigiſmundus item & Re-
natus principes. Hinc orta inter vtriuſque peditatum, vtra pars
prior campo excederet, contentione, aliquot cæſi ſunt. Coloniē-
ſes quoq; naues aliquot Caroli onerarias abduxerant, quam rem
cum Cæſare grauiter conqueſtus, non abiturum ſeſe minabatur,
niſi ablata reſtituantur. Id cum Cęſar fieri iuſſiſſet, Carolus in Bra-
bantiam abiit. Fridericus quoq; dimiſſo exercitu, in Bauariam ad

*Geor. Bauari nuptiæ cũ Heduige Polona.*

nuptias profectus eſt, quas eo tempore habuit Georgius, Ludoui-
ci Diuitis filius, cum Heduige Caſimiri Poloni filia. Huius nup-
tias ſæpè à Mathia petitas, ſed à Cæſare impeditas eſſe inuenio, &
ab Eliſabetha, ad cuius nutum omnia faciebat Caſimirus, Mathiā
vti genere imparem contemptum, qui ea conditione excluſus,

*Beatrix Math. æ vxor.*

Beatricem poſtea duxit Ferdinandi Neapolitani filiam, latinę lin-
guæ gnaram ac eruditam.

Toto eo tempore quo Fridericus bello Colonienſi occupa-
tus fuerat, varia inter Mathiam, ac Poloniæ, & Boëmię reges, con-
ſilia fuerunt agitata. Quanquam verò ille hoſtili in vtrunq; ani-
mo eſſet, cum tamen à Turca bellum immineret, inducias ad tri-

*Bellũ in Sileſia.*

ennium cum ipſis fecit, quarum tamen fides non admodum ſan-
ctè culta eſt. Mathias enim quietis impatiens, Petro Comorouio,
quod Caſimirum filium ad ſe recepiſſet, ſeptem arces, ad Poloniæ

*Pelcina capta.*

& Sileſiæ fines ſitas, ademit, & miſſis in Sileſiam copijs, Pelcinam
ſui iuris fecit, neq; Morauiam armis infeſtare deſijt. Hinc ſuperio-
re anno bellum in Sileſia ortum, & reges ad Vratiſlauiam inter ſe-
ſe dimicarunt. Mox vero colloquium inter ipſos conſtitutum eſt,
& conuentu Vratiſlauię habito, cum de pace conueniri non poſ-
ſet, nouæ iterum induciæ factæ ſunt. Pacem diſtinebat Eliſabethę
reginæ faſtus, quæ (vt ſupra attigi) Mathiæ affinitatem, qua vna
pax confici poſſe videbatur, recuſabat. Mathias poſtea expedi-

tionem

Ayuntamiento de Madrid

tionem in Turcas ſuſcepit. Cęſar domum à nuptiis Bauaricis profectus, icto cum Poloniæ ac Boëmiæ regibus fœdere, in ſequentem annum ſtatuit Mathiam bello aggredi. Interim acceptis ab Vladiſlao quatuor millibus Boëmorum militum, Auſtriacos quoſdam occultè cum Matthia ſentientes, ad obſequium redigere conatus eſt, imprimis verò quendam Garſnicolium (quaſi comitem Nicolaum dicas) perſequitur, nullaq; hyemis aſperitate deterritus receptacula eius demolitus eſt. Inter hæc Carolus omnes ſuas vires in Renatum Lotharingiæ principem conuertens, Nanceïo ciuitate, vt quidam volunt, vi expugnata, aut, vt alij, deditione occupata, tota eum prouincia excedere, & ſolum vertere cogit, adeò vt Heluetij aliquandiu neſciuerint, vbi terrarum lateret. Auxilia Carolo in hoc bellum miſêre, Anglorum rex, & Mediolani princeps. Heluetij verò in Sequanis Ponterlinum, Blamontium, & alia quædam loca, & in Allobrogum finibus Paterniacum, Romontium, ac Eſtauiam vi, Moretum & Ebrodunum deditione cepêre, cum aliis aliquot locis, quæ Sabaudiæ reguli vidua Carolo aperuerat. Circa anni ſeptuageſimi ſexti initium, Carolus Heluetios adorſus, Granſeïam, ſub Iura monte ad lacum, ciuitatem, primùm expugnat, qui arcem præſidio tenebant, acriter ſeſe defendunt, mox vitam incolumem fore perſuaſi, deditione facta, miſerè omnes aut ſuſpẽſi aut ſubmerſi periêre. Carolus pręſidio ciuitati & arci impoſito, abiens, obuios habuit Heluetios illos, qui ſuis auxilio miſſi, ſerò aduenerant. Sublato clamore, conſeritur pugna, Burgundi fuſi fugatiq; non multos quidem milites, ſed maximas opes & eximiam ſupellectilem amiſêre, cuius precium pleriq; illorum ignorabant. In ea erant vaſa aurea atque argentea, & precioſę veſtes. Currus item trecenti, commeatuum ingens copia, & tormentorum bellicorum magna vis, in hoſtium poteſtatem venêre, qui Granſeïa oppido cum arce recepta, ſocios ſepulturæ mandarunt.

*Comes Nicolaus*

*Renatus Lotharingus à Carolo pulſus.*

*Nanceïum captum.*

*1476.*

*Granſeïam expugnat Carolus.*

*Burgundi fuſi.*

Carolus reſtauratis apud Loſanam viribus, & exercitu aucto, Moretum expugnare aggreditur, in quo mille præſidiarij, à Bernatibus collocati, egregiè ſe defendebant. Quos cum acerrimè, hinc Carolus, illinc Romontius, oppugnarent. Heluetij vires colligunt, & cum ingenti exercitu, oppidum liberaturi, accurrunt. Erant cum iis Baſileenſium, Argentoratenſium, ac reliquarum ciuitatum

*Carolus Moreti expugnare nititur.*

uitatum auxilia, Sigiſmundi item equites, quos ducebat Henricus comes Goritienſis, & Renatus Lotharingius, qui auxilio Ludouici regis fruſtratus, Heluetiorum arma tum ſequebatur. Committitur atrox & cruentum prælium, ab ea parte, in qua Carolus ipſe curabat. Burgundi ſuis ipſi tormentis implicati, diſſipatis ordinibus, fugere coacti ſunt. Ad triginta hominum millia cæſi, aut lacu ſubmerſi, dicebantur. Incommodè accidit, quod Romontius, ab altera oppidi parte oppugnationi intentus, de ſociorum periculo nihil ſcire potuerit, qui depugnato iam prælio, machinis in mœnia exploſis, & ipſe fuga ſalutem quęſiuit. Caſtra Heluetij Renato donauêre, qui ab ipſis & cæteris fœderatis adiutus, omnem propè ditionem, Carolo in Sequanos profecto, paucis diebus, recuperauit, præter Nanceium, quod tamen tertio obſidionis menſe, ditione in ſuam poteſtatem rediit.

*Prælium ad Moretum.*

*Renatus ditionem recuperat.*

Carolus has rerum vices ægerrimè ferens, comparato exercitu, ipſa hieme Lotharingiam ingreſſus, Nanceium iterum arctiſſima obſidione cingit. Quò cùm Renatus & ipſe cum aliquanta ſuorum manu acceſſiſſet, viribus ac numero impar, retrocedere coactus eſt, & Burgundi eo loco, quem ille reliquerat conſedêre. Eo errore decepti, Germani pedites ducenti quinquaginta, dum in Renati caſtra tendere ſeſe putant, pro ſociis hoſtes offendêre. Cæſi ſunt ad centum octoginta, reliqui beneficio noctis effugêre. Renatus iterum paterna ditione excedens, auxilia à vicinis Heluetiis conquirebat.

Eodem hoc anno ad medium Octobris Turcæ per Boſniam irruentes, Carniolam, Carinthiam, & Stiriam depopulati, multas abegerunt prædas, magnamq; hominum multitudinem, in barbaricam ſeruitutem, nemine reſiſtēte, abduxerunt. Hanc cladem, Cæſar, Mathię acceptam ferebat, Turcasq; vel ab eo in ſuas ditiones immiſſos, vel impunè eò vſq; penetrare permiſſos ratus, Polonorum ac Boëmorum auxilia, contra eum inuocabat.

*Turcæ Carinthiam vaſtant.*

Erant in caſtris Caroli ad Nanceium, qui ommittendam eſſe obſidionem, & tempus gerendis rebus magis idoneum eſſe expectandum, ſuaderent. Ille verò propoſiti tenax, & præfracto animo turgidus, neminem audiebat, fato ipſum iam in exitium rapiente, quod cuius fortunam mutare decreuit, eius conſilia confundit prius ac corrumpit. Fiunt igitur leuia aliquot pręlia, oppidanis interdum

*Fato duce Carolus perit.*

terdum

Ayuntamiento de Madrid

terdum excurrentibus, donec tandẽ Renatus, cum Heluetijs aliorumq; confœderatorum auxiliis aduenicus, rectà ad Caroli caſtra duxit, quæ cum ab ea parte, foſſa ſatis profunda, munita offendiſſet, monſtrato à quatuor Heluetiis domo exulantibus itinere, per riuulum quendã eum caſtrorum locum inuaſit, vbi bellicæ machinę poſitę erant. Fit acerrimum pręlium, in quo Carolus omnibus copiis exutus, tribus aduerſis vulneribus acceptis occubuit, nõ ſine inſigni proditione Nicolai Campobaſſęi Neapolitani, qui cum ab initio Lotharingicam expeditionem diſſuaderet, colapho ab eo percuſſus, vindicta in id tempus dilata, cum ſuis ad hoſtes transfugit. Incidit Caroli cędes, in Nonas Ianuarij, anni ſeptuageſimiſeptimi. Corpus eius tertio die pòſt inter cęſos repertum, cùm ob faciem gelu tumefactam non agnoſceretur, Ioannes Baptiſta adoleſcentulus, ex Columniorum familia, qui galeam eius geſtare ſolebat, id agnouit, cuius teſtimonio adſtipulati ſunt, Antonius Caroli frater nothus, & Matthæus Luſitanus, eiuſdem medicus. Renatus eius corpus Nanceij ante D. Georgij aram ſepeliri iuſſit. Neq; tamen deerant, qui viuere ipſum adfirmarent. Hunc habuit finem Carolus, qui ſi pacem bello prætuliſſet, & amicos retinere, quam hoſtes parare, maluiſſet, inter omnes ſui æui principes, fœliciſſimus degere potuiſſet, nunc dum præ ſe omnes contemnit, & ab omnibus timeri deſiderat, neminem ipſe timens, dum bellum amat, bello perit. Vxores habuit tres, Catharinam Caroli Septimi Francorum regis filiam: Eliſabetham Borboniam, & Margarithã Eboracenſem, Eduardi Anglorum regis ſororem: ex ſecunda vnicam ſuſcepit prolem Mariam, ex alijs nullam.

*Carolus ad Nanceium cæſus.*

*Nicolaus Campobaſſus.*

*1477.*

*Ioan. Bapt. Columnius.*

*Caroli vxores.*

Hoc anno Vladiſlaus Boëmorum rex, cum octo hominum millibus, in Auſtriam ad Cæſarem venit, cui de Polonicis quoque auxiliis ſpem fecit, & (vti habent Polonorum annales) Boëmiæ inſignia ab eo ſolemni cum pompa accepit, id quod Dubrauius non hoc anno, ſed ſtatim ab initio ſuſcepti regni, factum aſſerit. Diſſuaſerat eam rem Pontifex, quod funeſtum inde bellum exoriturum prouideret. Vladiſlaus poſteà, Viennæ regali magnificentia & luxu conuiuia frequenter exhibens, pecunia deficitur, & Boëmi nõ expectata eius miſſione dilabuntur. Mathias verò, collecto validiſſimo exercitu, rapidi torrentis inſtar, Auſtriam irruit, ac primo ſtatim impetu, Trauterſdorffium, Peterſdorffium, & alia quædam oppida capit, ac equitatu dimiſſo, agros inter Viennam

*Vladiſlai in Auſtriã ingreſſus.*

*Matthias Auſtriam bello inuadit.*



Ayuntamiento de Madrid

*Vienna obſeſſa.*

*Clauſtroneoburgum captum.*

& Neapolim latè depopulatur, nam vrbes ipſæ firmo præſidio tenebantur. Viennam tamen, propter nõnullorum in ſe ſtudia tentans, caſtra propiùs admouet, quibus de nocte egreſſus, Clauſtroneoburgum decimo obſidionis die, cùm tormentorum impetũ tolerare nõ poſſet, capit, mox in caſtra reuerſus, pontem, qui ſupra Danubiũ eſt, occupat, ne quid illâc in vrbẽ inferatur, ꝓhibiturus.

*Tulna, Corneoburgum, Cremſium & Staina Matthiæ ſe dedunt.*

Viennenſes ad Fridericum, qui Lincij erat, nuncios mittunt, quo in periculo ſint, docent. Mittuntur auxilia, & maiora propediem ventura promittuntur. Mathias, relicta Vienna, in ſuperiorem Auſtriam ducens, Tulnam & Corneoburgum deditione in poteſtatem accipit, Cremſium & Steinam, per legatos ſollicitat. Interim Cæſar, Polonorum ac Boëmorum auxilia, ex fœdere promiſſa, operitur: quibus fiſus, nulla ab Imperij ordinibus poſtulabat. Eam rem ita quidam interpretabantur, vt dicerent, ex compoſito inter ipſum ac Hũgarum rem geri, vti Auſtriacorum quorundã ſuperbia & faſtus caſtigaret. Id verò mihi non fit veriſimile, ſed ex calumnia profectũ. Caſimirum inuenio bellum Boruſſicũ, cui implicitus erat, excuſaſſe, decem aureûm nummûm millia in belli ſumptus miſiſſe, quæ Fridericus, vel quod ei ſuccenſeret, vel quod pacem iam ſperaret, accipere noluit. Iamq; Viennẽſes deditionem ſeſe facturos, interminabãtur, niſi commeatibus ac nouo milite ſubleuarentur. Beatrix verò, Mathię vxor, quę Poſonij erat, per frequentes internuncios ac literas, & maritum regem, vti mitiùs ageret, & Cæſarem cognatum, vti ad æquas pacis conditiones inclinaret, exhortatur. Pontifex item & Veneti pacem ſummis ſtudijs procurabant, vti coniunctis Chriſtianorum viribus, Turcarum violentiæ obuiam iretur, qui per id tempus maris Adriatici littus infeſtabant, & excurſione in Forum Iulij facta, ac ſuperatis præter hominum opinionem fluuijs, multas ſecũ prędas, multoſq; mortales abegerant. Hungari quoq; proceres & ipſi ab hoc bello alieni, arma in Turcas conuertere malebant.

*Pax inter Cæſ. ac Mathiam.*

Cęſar igitur, Pontificis authoritati obſecuturus, oratores prior ad Mathiam de pace legat. Paci conditiones dictæ, vti Imperator capta abs rege loca reciperet, quamprimùm ipſi centum quinquaginta aureûm nummûm millia numeraſſet: vtq; obſidiones omnes ab eo die ſoluerentur. Sunt qui Fridericum iuri ſuo in regno Hungariæ, cuius titulum hactenus vſurpauerat, tum renunciaſſe, & Mathię Boëmici regis titulum tribuiſſe affirmãt. Hęc pa-

cis c-

Ayuntamiento de Madrid

cis capita Frid-ricus etſi grauia, & fortaſſis iniquiora accepiſſe credendũ eſt, quod alia ſibi prȩuertenda eſſe cogitauerit. Neq; enim inter medios belli domeſtici tumultus, Maximiliani filij ſpem atque fortunam ſibi negligendam ratus, ad perficiendum eius cum Maria matrimonium, animum adiecit. Cùm verò ab hoc loco deinceps plura nobis de Maximiliano eiuſq; rebus verba facienda ſint, quàm de quoquam ex ipſius maioribus facta ſunt, atq; adeò ipſius vita, quæq; ipſe de ſe commentaria reliquit, huic meo labori cauſam dederint; operæ precium facturus eſſe videor, neq; lectori ingratum, ſi antequam ad eius nuptias & rerum geſtarum ordinem accedo, quædam de eius educatione, indole, ſtudiis, vitæq; inſtituto ac moribus præmiſero, quibus alioquin rerum ſeries eſſet interrumpenda.

Maximilianũ igitur parens Cæſar, in ſpem propagandæ & exornandȩ familiæ, ſumma cura educandũ ratus, quantum per grauiſſimas occupationes & aſſiduos domeſtici belli motus licuit, ipſemet cauit, ne ingenua eius indoles aut educatorum negligentia, aut malorum cõſortio corrumperetur, ſed optimis ſtudijs ſanctiſſimisquè moribus imbutus per omnes virtutum numeros eò proueheretur, vti ad naturæ fortunæq; ornamenta, quæ maxima acceperat, de ſe quoq; multò ampliora adferret. Itaque ex illuſtribus ſuarũ ditionum familijs, ſpectatiſſimæ indolis pueros, in eius conuictum adſciuit. A puero Maximilianum impeditiori lingua fuiſſe, ſunt qui prodidêre. Præceptorem nactus eſt Petrum quendam Engelbertũ, pium quidem illum, ſed qui (vt tunc erant tempora) non ſatis dextrè eius ingenium excolebat, id quod ipſum ſæpè poſtea conqueſtum, & præpoſteram in docendo rationem accuſaſſe ferunt. Hunc defectum prima ætate commiſſum, ſingulari cum induſtria poſtea reſarciuit. Coluit enim, & ſumma liberalitate fouit viros doctos, cum quibus varijs de rebus, vbi à rebus ſuis ocium habere potuit, commentatus, multa, quæ ſibi vſui fore putabat, didicit. Hinc exterorum oratores Romana potiſſimum lingua vtentes intellexit, & eadem reſpondens, de magnis ſæpè rebus ſapienter ac diſertè perorauit. Habentur quoq; ac proferri poſſunt, præter ea quæ Germanicè luſit, opuſcula quædam Latinè ab ipſo ſcripta, dictione ſimplici ac terſa; vt Commentarius rerum ab ipſo geſtarum, cuius alicubi meminêre Bilibaldus

*Maximiliani indoles ac educatio.*

*Maximilianus lingua impeditiori in pueritia.*

*Petrus Engelbertus.*

*Maximil. doctos coluit.*

*Maximil. opuſcula.*



Ayuntamiento de Madrid

Pyrckheimerus, & ex eius relatu Ioannes Carion.: alter item de quorundam animalium ingenio, ex quo ſatis conſtat, arcanas quaſdā naturæ cauſas cognitas illi ac probè perſpectas fuiſſe. Inter doctos ſui temporis, quos maximè coluit, fuêre: ex hiſtoriarum & antiquitatis inueſtigatoribus, Ioannes Cuſpinianus, ſumma dignitate ab eo auctus, Ioannes Nauclerus, Cunradus Peütingerus, reip. Auguſtanæ Archigrammathæus, Iacobus Manlius Friburgenſis, & Ladiſlaus Suntheimius, Viennenſis Collegij Canonicus: ex Medicis verò & Mathematicis, Georgius Collimitius Tanſteterus, Ioannes Vogelinus & Ioannes Stabius, cuius in Matheſi extant aliquot opuſcula non contemnenda. Horum omnium ingenia ac ſtudia monitis ſuis ac præmiis excitauit Maximilianus, vti pro ſe quisq; adniſi, optimas quasq; artes, imprimis verò hiſtoriarum cognitionem in Germania etiamnum rigida, & armis quàm literis magis addicta, eruerent, veræq; eruditionis fontes aperirēt. Primus igitur ex Germaniæ principibus illuſtriorum familiarum genealogias in lucem proferri curauit, qua in re ſtudium ipſius cæteri dehinc æmulati effecêre, vti patria eorum Germania armis olim ac Imperij gloria inſignis, linguarum quoque ac artium ſtudia amplecti, & fœlici ingeniorum prouentu florere cœperit. Habebat verò parens eius Fridericus aulam multis præclaris, virtuteq; ac conſilio præſtantibus viris inſtructam, vnde rerum laudabilium cùm præcepta, tum exempla ſumi, de diuerſis item orbis partibus, moribus, legibus, ac inſtitutis, deq; recta gubernandi ratione diſci multa quotidiè poterant, quibus adoleſcens & genere ſuo, & magnarum rerum ſuſceptione, dignus efficeretur. Erat in eo acre ingenium, ſumma diſcendi cupiditas, & tenaciſſima eorum quæ didicerat memoria. Itaq; quorumcunq; artificum opera videbat, eorum cauſas & effectū penitus exquirebat, præcipuè verò ſi qua in communem vitæ vſum belli domíue profutura viderentur. Ad militiam autem & graue Martis opus à primis ſtatim annis animum à natura factum habere videbatur, & tractandis armis multa cum dexteritate ſe exercens, omnes ęquales anteibat. Nemo arcum citiùs tendere, ſcopum melius ferire, nemò ſub armis expeditiùs currere, leuius equum inſilire, nemo omni armorum genere melius dimicare. Tormentis bellicis diſponendis eorumq; ictibus rectè collimandis cum peritiſſimis eius inuenti artificibus

*Maximiliani ſtudium in eruendis hiſtoriis.*

*Maximil. ingenium.*

*Maximilianus ad militiæ ſtudia pronus.*

Ayuntamiento de Madrid

tificibus ſæpe, nõ ſine magna ipſorum admiratione, certauit, nec pauca ad commodiorem eorum vſum adinuenit. Venationib⁹ & aucupio non in prima tantum ætate, ſed adultior quoq; animum oblectare, & corporis vires ad militiæ labores durare ſolebat, vix enim earum rerum, quæ in bello accidunt, in venatione quicquam deeſt. Vt verò de eius educatione ac inſtitutione finem faciam, cùm de iis non aliunde melius, quàm ex actis ipſius iudicari poſſit, nemo tam iniquus rerum æſtimator erit, qui non fatebitur Maximilianum ea ætate, qua vix alij prima militiæ tyrocinia faciunt, maxima bella, ſuo ductu & auſpicijs, adminiſtraſſe. Neque fieri poteſt (quod olim de Cæſare dictum eſt) vti non optimè is ſit educatus, cuius & corpus & animus ad omnia pacis belliq; opera abundè ſuffecerunt. Erat in eo eximia quædam animi magnitudo, quam, in rebus proſperis moderatio, in aduerſis conſtantia & fortunæ cõtemptus ſequebatur. Liberalitatem ita coluit, vti multorum ob eam reprehenſionem incurrerit, dum nihil ſibi defuturum putans, pecuniæ ſtudium contemnit. In congreſſu comis erat & affabilis, ſermonem inter familiares doctis ſalibus condiebat ipſe, neque aliorum in dicendo libertatem ægrè ferebat. Honeſtatis, grauitatis, temperantiæque & caſtitatis egregia vbiq; exempla præbebat, quas in eo commendatiores faciebat inſigne oris decus, formæq; ac ſtaturæ modus tantæ Majeſtati conueniens. Hæc de eo dicta hoc loco ſuffecerint, cætera ex iis quæ ſequentur colligi poterunt. Atque ita fine huic libro facta, in ſequenti ad rerum ordinem, vnde digreſſa eſt, reuertetur oratio. *Maximiliani virtutes.*



Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER NONVS.

## *ARGVMENTVM.*

*OCciſo ab Heluetijs Carolo Burgundico, plures, ſub eius ditionũ potiundarum ſpe, Mariam filiam depoſcunt: ſed ipſa, Archiducem Maximilianum ſibi eligit. Gallus ſe præteritum non ſatis concoquens, omnem mouet lapidem, quo matrimonium hoc impediat; itaq; Burgundiam inuadit, ac cæteras prouincias ad defectionem ſollicitat. Max. in Belgas contendit; nuptias celebrat; ciuitates in fidem recipit; factiones tollit, & ad recuperandum ea, quæ Gallus à morte Caroli occupauerat, animum adijcit. Comittitur atrox pugna ad Quercetum, vbi Max. victor euadens, Gallum ad inducias petendas coëgit, quas tamen non vndequaq; ſanctè ſeruauit, itaq; ad Guinegatum denuò adortus, maiori quàm ante afficitur clade, Max. ſibi pleraq; loca rurſus vendicante. Eodem tempore bellum inter Cæſarẽ & Mathiam Vngariæ regem recruduit: ſed Epiſcopi Aſculani ſtudio, ſuſpenſum fuit. Gallus graui morbo laborans, nec rebus ſuis ſatis fidens, belli ferias cum Max. paciſcitur; ſed nec illas quidem ſeruauit. Audita enim morte, vxoris Max. rei benè gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus; Gandauienſes in ſuas partes trahit, & bellum Leodienſe excitat. Tandem pax confit, & Margaretha Max. filia Carolo Delphino deſpondetur. Hinc ad Flandrorum præſertim Gandauienſium contumaciam frangendam, animum conuertit, & multas ſibi ciuitates vel vi vel deditione ſubijcit. Mathias Vngariæ rex in Auſtriam irruit, & fuſis Cæſarianis copijs, Corneoburgum capit.*

1477. MORTE Caroli audita, mirum in modum gauiſus eſt Ludouicus Gallorum rex, qui illum dum viueret maximè ſemper timuerat, ſuāq; potentiam, quãtumuis magnam, nulli principum minus quam illi formidabilem eſſe ſciebat. Cùm verò antea ſępius, tùm vel maximè, poſtq̃ illum difficili bello cum Lotharingo, ac bellicoſa Heluetiorum gente, implicitum videret, de inuadendis ipſius ditionibus conſilia agitabat. Sæpè enim, quod teſtatur Philippus Cominæus, regiorum conſiliorum inter primos conſcius, dixerat; Carolo ſublato, ſi vita ſuperaret ipſe, illius ſe filiam, Carolo filio ſuo, in matrimonij ſocietatem coniuncturum, aut ſi eius ætas immatura nimis videretur, alium aliquem ex Galliæ principibus quęſiturum. Poſt verò vbi profligatũ Caroli exercitum audiuit, etſi de ipſius vita incertus adhuc rumor erat, (nam in Germaniam fuga elapſus eſſe dicebatur) nonnullas tamen eius poſſeſſiones, quibuſdam ex ſuis, ſi mortuus eſſet, aſſignabat.

*Ludouicus Burgundicas ditiones animo inuadit.*

Mox

Ayuntamiento de Madrid

Mox verò ſimul atq; certior aduenit nuncius, iam eos nominabat, quibus Hannoniam & Namurcum, viciniores regno ſuo regiones, dare vellet. Brabantiam autem, Hollandiam & maiores alias prouincias, quibuſdam Germaniæ principibus deſtinabat armis vindicandas, quos potentia ſua juuare, ac proindè obnoxios ſibi reddere decreuerat, quæ vna videbatur, ad omne ſibi acquirendas Caroli ditiones, via, cæteris compendioſior. Vnde ſatis liquet, Ludouicum ea ipſa, quæ ad Noueſium ante cum Friderico paciſci voluerat, tunc per alios ſibi oportunos perficere, & feræ iam confectæ exuuias detrahere in animo habuiſſe, nulla puellæ hæredis ratione habita, quæ ex vtroq; parente ſanguinis cognatione ipſum attinebat. Cuius animum vti ſibi conciliaret, Oliuerium Damum tonſorem ſuum, ex infima hominum ſorte, in vico quodam, propè Gandauum nobiliſſimam Flandriç vrbem oriundum, ad illam miſit, qui priuatim illi, quç iuſſus erat, exponeret, ac ciuium Gandauenſium animos, ad noua imperia motusq;, ſolicitaret. Sed is, quod aut aliquibus notior eſſet, aut nihil dignitatis præ ſe ferret, neq; ad puellam intromiſſus, & à plebe contemptus, ac periculum ab iis veritus, qui nebulonem in aquas præcipitandum dictitabant, Tornacum profugit; quam ciuitatem Gallis poſtea equitibus noctu prodidit. *Oliuerius Damus tonſor.* *Tornacum Gallis proditum.*

Miſſi quoq; per eoſdem dies Admiralius & Comminæus, ad Arteſiæ quaſdam ciuitates ad deditionem ſolicitandas, Abbatiſvillam primùm venêre, quæ iam ex tranſactione, Torcium quendam, Galli tribunum militarem, receperat. Atrebatenſes inde ab illis tentati, Burgundicæ domui ſeſe, cum tota Arteſiæ prouincia, addictos eſſe reſpondent, neq; Salica lege teneri, quò minus, deficiente prole maſcula, fœminæ hæredis imperium ferant, Mariam Caroli filiam, principem ac dominam abs ſe agnoſci, qua inconſulta nihil cum rege tranſigi poſſe. Huic colloquio interfuêre Adolfus Rauenſteinius & Philippus Creuecurius Cordi Dominus, qui vrbi tum prçerat. Alios item legatos rex ad Picardiæ & vicinarum ditionnm ciuitates miſit, quo paucis diebus ſubſecutus ipſe Peronam venit, vbi accerſitum ad ſe Creuecurium, multis ac magnificis promiſſis, inſuas perduxit partes. Is ex Bellouacis oriundus, à Carolo inter aurei velleris milites adſcitus, magna dignitate & præfecturis auctus, ſummam iis locis authoritatem obtinebat. *Lud. rex Peronam venit.* *Philippus Cordæus ad regem deficit.*



Ayuntamiento de Madrid

Huius fideli opera rex alteram Atrebati partem (eſt enim bipartita vrbs) Heſdinũ item & Boloniam (quæ antiquo nomine Geſſoriacum dicta eſt) ac alia quædam loca ſui iuris breui fecit, quæ armis ſubijcere & maioris negocij res & diuturnioris moræ fuiſſet.

*Burgundiam inuadit Gallus.*

Præter hæc in Sequanis omnia ad Ludouicum inclinabant, cui magnam eius prouinciæ partem Renatus poſt obitum Caroli à ſe ſubactum tradiderat, & ipſe ſatis magnum exercitum ad reliqua loca, quę adhuc in fide erant armis ad obſequium redigenda miſerat. Delectibus agendis præerat Aurantiæ princeps, qui & ipſe aliorum exempla ſecutus, per eos dies ad regem defecerat; rei verò ſummam adminiſtrabat dominus de Crano. Ad Mariã verò complures viri illuſtres Gandauium conuenerant, vti patris iactura mœſtam, alloquijs ſuis reficerent, & de reipublicæ adminiſtratione conſultarent. In iis primi erant Dauid Burgundus puellæ patruus, Vltraiectinorum in Batauis, & Ludouicus Borbonius Eburonũ Antiſtites, Ioannes Cliuiæ dux, & Adolphus Rauẽſteinius fratres, Vvolfardus Verienſis, Ludouicus Vvitteſteinius Hollandiæ, Seelandiæ ac Friſiæ gubernator, Vvalrauius Brederodius, Guido Himbercurtius & Ludouic⁹ Gruthuſius. His ac aliis multis præſentibus, Maria Flandriæ principatum ſuſcepit, quæ regio, cùm Gallici iuris eo tempore eſſet, legati ad regem miſſi ſunt Verienſis, Gruthuſius, & Guilielmus Hugonetus, qui apud Carolum Magiſter epiſtolarum fuerat. His in mandatis datum, vti regem Mariæ principi pacatum ac beneuolum redderent, ac principatum Flandrię, reliquarumq; ditionum, quæ Gallorum regno obnoxiæ habebantur confirmari poſtularent.

*Dauid Burgundus.*
*Lud. Borbonius*
*Guil. Hugonet⁹.*

Rex per eoſdem legatos nunciari Mariæ iuſſit, velle ſe, vti ipſum cognatum ac dominum ſibi tutoremq; agnoſcat, & Carolo filio ſuo nubat: is ſeptem annorum puer tunc erat. Hæc vbi legati ad principem retuliſſent, illa, ne verbo quidem reſpondens, ſatis obfirmato ſilentio indicabat, neq; tutorem ſibi, neque ſponſum cordi eſſe. Hugonetus verò, cęteris ex cõſilio digreſſis, multis eam monitis, vtrumq; vti faceret, inducere conabatur, aliter neque ipſius ſtatum, neq; reipublicæ incolumitatem conſeruari poſſe. Illa moleſtè hæc ferens, cum Raueſteino conqueritur, qui ad Gandauienſium tribunum rem omnem, vti eam ex principe audierat, detulit. Ciues ad arma concurrunt, Hugonetum, quiq; alij Gallicas partes fouere putabantur, in vincula depoſcũt. capitur ipſe & Protho-

*Ludo. Mariam filio ſuo depoſcit.*
*Hugonetus Gallis fauet.*

Ayuntamiento de Madrid

prothonotarius quidam pontificius, ac Ioannes Mellius eques auratus. Himbercurtius, vrbe elapſus, ex ſuburbano Carthuſianorum fratrum collegio retrahitur. De Hugonetto fama erat literas eum Caroli, quibus ad Nanceïum ſubſidia ſibi neceſſaria mitti iuſſerat, ſuppreſſiſſe, atque id ipſum quæſtioni admotum non negaſſe. Is igitur & cum eo Himbercurtius ac Mellius capite plexi, prothonotarius in vinclis aſſeruatus eſt, vbi poſt annos aliquot perijſſe creditur. Hæc à furente populo, reclamante Maria, facta ſunt. Ludouicus interim cum filij matrimonium non proceſſurum videret, vi & armis agendum ratus, Eduardum Angliç regem in belli ac prædæ ſocietatem vocauit, quod etſi fruſtra fuit, alia tamen omnia ſatis illi prona ac facilia videbantur, neque ad ſummam fœlicitatem quicquàm deeſſe videbatur, quàm (vt refert Comminæus) quòd negocium non ex æquitate gerebat, & prouincias illas, quas amore ac beneuolentia ſibi cōciliare aliquando decreuerat, nunc ex fortunæ acceſſu mutato conſilio, vi & armis aggrederetur. Sed deus, in cuius manu & regum animi, & rerum omnium ſucceſſus, hæc Ludouici cœpta ad optatum finem peruenire vetuit. Cùm enim de nuptijs Mariæ inter proceres quotidiè cōſultaretur, duo eius conſultationis capita proponebantur, vti adſcito Galli filio pax cum ipſo ac fœdus fieret, aut alius principi maritus quæreretur, qui remp. collapſam inſtaurare, ac Gallorum ab ea vim iniuriasq; prohibere poſſet.

*Hugonet⁹, Himbercurtius ac Mellius capite plexi.*

*Cor regis in manu dei eſt.*

Erat inter procos Tarentinus Princeps Ferdinandi Neapolitani filius. In ſpem quoq; venerat Cliuenſis de filio ſuo, quem exteris anteferendum putabat. Sed vtroq; præterito, cùm aliquando coram Principe Borbonius Gallicas nuptias vrgere videretur, neq; de Maximiliano mentio vlla inferretur, quædam primæ nobilitatis matrona ex Halouinorum familia exurgens: Non puero, inquit, nobis, ô viri principes, ſed viro eſt opus, videtis enim principem iam nubilem eaq; ætate, quæ proli gignendæ matura eſt, quę vna res nobis neceſſaria, ſummisq; omnium votis expectanda collapſam rempublicam in priſtinum ſtatum reducet. Ea mulieris vox non tantum ab aliis omnibus, ſed ab ipſa principe eiusq; nouerca patris vidua ſecundis auribus excepta eſt. Iamq; de marito aliquo eiuſmodi omnium ſententiæ exquirebantur. Cliuenſis filij ſui negocium iterum vrgebat, ſed ille nimis domeſticè notus

*Halouinæ in cōſilio ſententia.*

maiori

Ayuntamiento de Madrid

maiori parti non probabatur. Maximilianus verò alijs præferebatur, de cuius pręclara indole multus erat hominũ ſermo. Et quanquam Cliuenſis ac Borbonius cum aliis nonnullis reclamarent, pronior tamen in illum erat ipſius puellæ animus, neq; ignorabatur, literas ab ea ad illum datas, quibus promiſſum à patre matrimonium ratum eſſe debere ſignificauerat, cum literis verò & magni precij adamantem in fidei pignus miſerat.

*Frid. Cæſaris legatio in Flandriam.*

Harum omnium rerum non ignarus Imperator Fridericus, legatos in Belgas mittit, Georgiũ Badenſem Mediomatricum præſulem, Ludouicum Bauariæ Ducem, & Haſlerum Prothonotarium, qui Bruxellas vſq; profecti, ſubſiſtere illic iubentur, quoad à puella principe Gandauum arceſſerentur. Hanc illis moram moliebatur Cliuenſis, aliquid offenſionis inde naſciturum ſperans, quò irritati omiſſa legatione diſcederẽt. Sed à puellę familiaribus, (quarum primę Caroli vidua, & Halouina, de qua paulò antè meminimus, rem Maximiliani promouebant) nuncij mittebantur, qui legatos benè ſperare, & Gandauum pergere iuberent, & exequendi negocij modum ac rationem exponerent. Hoc conſilium ſecuti, neq; diutius expectandum rati, pergunt, grauiſſimè eorum aduentum ferentę Cliuenſi, & quotquot adhuc cum eo aut pro Gallo ſentientes, Auſtriacam affinitatem impeditam cupiebant. Borbonius paulò antè diſceſſerat offenſo animo, quod Gallicum non procederet matrimonium. Dies itaque legatis conſtituitur, quo ea quæ in mandatis habebant exponerent.

Interim Maria à ſuis edocetur, quo pacto erga legatos ſeſe gereret, vti poſt audita eorum poſtulata, beneuolè exceptos conſalutaret, ac de reſponſo cum ſuis ſe deliberaturam diceret. Legati ad diem dictum in conſilio procerum, cui Maria præſidebat, dicere iuſſi, Romanorum Imperatoris nomine, principi ac reliquis omnibus ſalutem apprecati, ab illo ſeſe miſſos referunt, vti matrimonium filio ipſius Maximiliano iam antè à Carolo principe ꝓmiſſum, & filiæ eius nuptias confirmari peterent. Quam rem iure ſe impetraturos minimè dubitare, quòd puella ipſa parentis voluntati iam olim adſenſa ſit, neq; mutandi conſilij ſui cauſam vllam haberet, quo minus patris promiſſis ſuæq; fidei ſatisfaceret, cuius argumenta eſſe literas, & adamantem ab ipſa miſſum. Hæc vbi dixiſſet Georgius, is enim Gallicè nouerat, prolatis quæ dixi ſignis,

*Legatorum ad Mariam oratio.*

Ayuntamiento de Madrid

*Mariæ reſponſum.*

ſignis, puellar.. rogauit, num ea agnoſceret? Ibi tum illa ſiue priuatim ita à fœminis inſtituta, ſiue rei tam euidentis conſcientia, aut alio quopiam affectu mota, nullo deliberandi petito ſpacio, & literas ſua manu ſcriptas, & adamãtem ſe miſiſſe reſpondit, idq́; iuſſu patris feciſſe, de cuius voluntate nihil mutare decreuiſſet, quò minus ab eo promiſſis fides ſeruaretur. Hanc eius vocem legati lætis, vt par erat, animis excepêre, multisq́; gratiarum actionibus ſunt proſecuti.

Proceres verò, etſi prętер omnium opinionem, maturatum ab ea reſponſum admirabantur, non tamen intercedere auſi erant, & Cliuenſis ægerrimè rem ferens, domũ abiit: videbat enim omnia ſibi aduerſa euenire, neque aut ſuam ſpem confirmandi, aut alterius labefactandæ locum eſſe reliquum, & puellæ factum paſſim ab omnibus laudari. Legati, rebus Gandauj ex animi ſententia perfectis, Louanium proficiſcuntur, vbi tum Brabantiæ ordines conuentũ agebant, in quorũ Senatu Georgius, repetitis paulò altiùs initijs, matrimonium à Carolo condictum, & à Maria principe confirmatum, atq; ideò per omnes eius ditiones publicari debere, ſolidis argumẽtis demonſtrabat, omniaq́; de egregia Cæſaris in ipſos volũtate, deq́; Maximiliani eximia indole, ſummisq́; virtutibus bona in ſpe habere iubebat. Cæſareas dein literas conuentui legendas offerebat. Redditę etiam ſunt ciuitatum quarundam præfectis à Maximiliano literæ, quibus ſignificabat, per inita coniugij fœdera propediem ſe ipſorum principem fore, ac benè de ſe promittens, eorum animos ſtudebat ſibi conciliare. Atq; ita legati, munere ſuo fœliciter defuncti, domum rediêre.

*Conuentus Louanij.*

Non multò pòſt Maria in Brabantiam profecta, eius quoque prouincię imperium ſuſcepit, & ciuitates pleraſq́; inuiſens, fidei & obſequij ſacramentum dicere iuſſit, veteraq́; omnibus iura, commoda, & immunitates confirmauit, nõnullis etiam à patre adempta reddidit. Idem per Flandriam paulò antè quoque fecerat, ac tum per alias ditiones fieri curabat. Interim Ludouicus rex, de iis quæ Gandauj cum legatis Friderici acta erant, certior, ira ac indignatione incitatus, cum exercitu Attrebatum accurrit, ac ex ea vrbis parte, quam à Cordæo traditam, præſidio tenebat, alteram aſſiduis tormentorum ictibus verberatam, deditione accepit. Qui Mariæ rebus impenſiùs fauere credebantur, ſolum vertere iuſſi,

*Attrebatũ Ludouico deditur.*

quidam

Ayuntamiento de Madrid

quidam etiam capitis ſupplicio affecti ſunt. Alia item loca nonnulla per Arteſiam,ſui iuris fecit, & præſidiis communiuit. Tornacum etiam ab Oliuerio Dama Gallis proditum, vicinis omnibus magnam exhibebat moleſtiam, qui eodem ferè tempore Adolphum Geldriæ regulum carcere, in quem à Carolo conditus fuerat,liberatum copiis ſuis præfecêre.

*Adolp. Geldrius cæſus.*
*Ioan. Grachius.*

Is in Tornacenſium agrum ducens: dum ad mœnia propiùs ſubit, ab effuſa portis multitudine occiſus eſt,vnà cum Ioanne Grachio, qui reliquis profugientibus,fortiter aliquandiu principem defenderat.Morte Adolphi audita,Geldri à Carolo armis ad obſequium coacti, Mariæ iugum excutiunt, Fridericum Iſelſteinium & Guilielmum Egmondanum viros nobiles capiunt, Fridericum Brunſuicenſem ad ſe vocant, cuius ductu in Buſcoducenſem agrum progreſſi, varia fortuna cum Brabantis pugnant, prædas agunt,& amiſſo Grauio Geldriæ ad Moſam oppido, multos ex agris captiuos ſecum abducunt.

*Geldri à Maria deficiunt.*

*Paulus Luenkẽ.*

Louanij quoq; per idem tempus tumultuatum eſt,plebem in Senatum concitante lanio quodam Paulo Luencken, qui poſtea domo profugus, Cruningæ apud Selandos meritas capite pœnas luit. Erant & aliis in ciuitatibus domeſtici motus & ſeditiones, quas Maria per legatos & præfectos componere ſatagebat, quò omnia ſub aduentum ſponſi pacatiora eſſent, ad quem iam iter ingreſſum obuiam miſerat,Balduinũ Lanoium, Turcoingij Dominum,aulæ ſuæ præfectum.

*Inteſtini motus in Brabantiæ ciuitatibus.*
*Balduinus Lanoius.*

Inter hæc Ludouicus rex,quę cœpta erant,ſi principiis occurratur,aut impediri aut turbari poſſe ſperans: exploratores ac nuncios in Germaniam miſerat, qui quid de Maximiliani itinere,nuptiis,rebusq; cæteris ageretur diceretúrq; intelligerent. Cumq; ex quodam Henrico Hiſbuco Agrippinate,Francofurti conuentum Imperij principum ac ordinum à Friderico indictũ eſſe audiuiſſet, Roberto Gaguino, qui regum Franciæ hiſtoriam conſcripſit, illuc miſſo,in mandatis dedit, vti non ante,quàm principum quorumdam animos pertentaſſet oratorem ſe profeſſus, in conuentu memoraret; veterem iam inde à conſtituto Germanorum Imperio inter Cæſares & Gallorum reges amicitiam & neceſſitudinem vtriuſq; gentis fuiſſe, quæ vti in illum vſq; diem ſanctè culta ſit,ità nunc quoq; Friderico etiam atque etiam eſſe videndum, ne quid commit-

*Comitia Francoforti.*
*Robertus Gaguinus.*

Ayuntamiento de Madrid

committatur, quo illa violetur, vnde non niſi magni motus, & grauiſſima reipublicę Chriſtianę incommoda eſſent oritura. Mariam Burgundicam cognationis & fiduciæ nomine regi obnoxiã eſſe, neq; Gallico aut more aut inſtituto ac legibus licere, vti princeps aliqua fœmina iniuſſu regis nubat. Hęc legatio regis ſera fuit, cùm enim Gaguinus Argentorati adhuc moram duceret, ſub finem Iunij menſis, ſecundo Rheni flumine, Maximilianus Coloniam Agrippinam deſcendere nunciabatur. *Ludoui. nuptias Maximil. impedire conatur.* *Maximi. in Belgas pficiſcitur.*

In comitatu Maximiliani erant Ioannes Badenſis, Treuirorum Elector, Albertus Brandemburgicus, Chriſtophorus Badenſis, Guilielmus Iuliacenſis, principes, & ex ordine equeſtri nobiles quamplurimi, pullis omnes veſtibus induti. Colonię dies aliquot quieti & rebus ad iter comparandis dati. Inde pridie Calend. Auguſti Aquiſgranum, ac in Brabantiam porrò acceſſit, Louanij & Bruxellæ quæſitiſſimis honoribus exceptus eſt. Octingentos circiter equites comitatui eius tribuit Cominæus, Gaguinus paulò largior, centum ſupra mille cum eo Coloniã egreſſos refert; quem ego numerum in itinere auctum potius quam imminutum crediderim. Maria interim Gandaui iuſtis ac exequiis patri ſolemni ritu ſolutis, ea parari iubet, quæ ad excipiẽdum pro dignitate Maximilianum, eiuſq; comites requiri putabantur. Cumq; iam Teneramunda ipſum aduentare nunciatum eſſet, obuiam illi longo ordine proceſſêre Burgundicæ aulæ proceres. Senatus quoq; vniuerſus & ciues ad portam Bauonis obuij, nouo principi aduentum gratulantur, fauſtaque & fœlicia omnia apprecantur, & tota ciuitas mœroris & luctus oblita, in lætitiam effuſa, fauſtis feſtiſq; acclamationibus perſonabat. Maximilianus verò & ipſe, poſtquàm Carolo iuſta perſoluta eſſe audierat, mutato habitu, Germanos ſuos adducebat eximijs veſtibus & auro cultos, ac proceritate corporum, & equitatu ſpectabiles. Aduenit cum Maximiliano Carolus Croyus Regulus Chymaius, qui ad Nanceïum captus, in Germaniam abductus fuerat. In aulam vbi veniſſet, Mariam ſponſam obuiam ſalutauit & amplexus eſt, quæ manantibus ex gaudio lachrymis, deſiderium eius ſuum teſtabatur. Inde ad deſignatum quiſque hoſpitium diuertêre. Ad decimum tertium Calendas Septembris, eo apparatu, quem rerum præſentium ſtatus admittebat, fiunt nuptię, ſacris operante Tornacenſi antiſtite, *Comitatus Maximiliani.* *Germanorum proceritas.* *Maximiliani nuptiæ.*



Ayuntamiento de Madrid

præſente inter alios, Legato Pontificis Iuliano Cardinale Oſtienſi. A ſacris ad epulas & choreas itum. Fuère & ludi equeſtres, quibus egregiè ſeſe venditaſſe Germanos aliquot ei ſtudio cum ipſo principe inſuetos, proditum eſt.

*Maximilianus à nuptijs ad arma animum adiecit.* Poſt nuptias, Maximilianus ad negocia publica animum adiecit, & cogitare cœpit, quopacto nouum imperium optimè adminiſtrans, pace domi parta, & ſubditorum animis ſibi conciliatis, ea recuperaret, quæ poſt Caroli mortem Gallus occupauerat. Imprimis verò vicina eius regni loca, & ob hoc ipſum, iniuriæ magis oportuna, adire ſtatuit, & octo millium exercitu, ex Germanis & Flandris parato, Inſulas primùm, ac inde per Tornacenſem agrũ Duacum perrexit, mox Valencenas iter flexit. Vbiq; magnis cum honoribus exceptus, & de more inauguratus, Montes petijt primam Hannoniæ ciuitatem, vbi totius eius regionis ordines in ipſius verba iurauère.

*Frider. Barbanſonius.* Per eos dies Friderici duo Barbanſonius & Vvitemius proſperè pugnârunt, & Gallos aliquot, qui Aureolo duce, licentiùs per Bellimontenſem agrum vagabantur, præda onuſtos nacti, nonnullis occiſis, reliquos in fugam agunt. *Frider. Vvithemius.* In ea pugna Vvitemij virtus enituit, qui inter alia ſpolia vexillum Aureoli ad principem, Montibus agentem, attulit, in quo, pro ſigno, pictus erat leo, agnũ morſu ſtrangulans. *Chymaium oppidum.* Chymaius quoq; oppidum ſuum, cuius titulum vſurpabat, Gallorum præſidio teneri indignatus, aſſumptis nobilibus quibuſdam & eorum clientibus ac famulis, ad equites ſeptingentos, noctu per cognita ſaltuum compendia profectus, nec opinato aduentu hoſtẽ fefellit, & admotis ſcalis mœnia conſcendens, paucis, qui vigilias negligenter obibant, aut cæſis aut fugatis, in forum vſq; progreditur, vbi Gallos aliquot reſiſtentes cędit. Sed cum arx à Mannio quodam præfecto defenderetur, neque ꝓmiſſa auxilia in tempore aduenirent, & Aureolus, qui cum centum equitibus pridiè illinc abierat, plures ſecum adducere diceretur, comes, relicto Chymaio oppido, cum ſuis ad principem redijt. Atq; hæc ferè eo anno geſta ſunt.

1478. Sequentis anni initio, qui octauus & ſeptuageſimus ſupra mille quadringentos fuit, Maximilianus Archidux in Selandiam nauigauit, vbi cum ciuitates quaſdam & reliquos ordines in fidem *Maxim. in Batauos proficiſcitur.* recepiſſet, ineunte vere Hollandiam, veterem Batauorum ſedem, adijt,

Ayuntamiento de Madrid

adijt, vti eam quoque ſuo iuri vendicaret, turbaſq; & diſſenſiones tolleret. Erant enim magnæ per Hollandiam turbæ, & inueterata diſſenſionum ſemina, inter Aſellorum & Hamatorum factiones. Recepta erant illa factionum nomina, perinde ferè vti Guelforum ac Gibellinorum in Italia, ab eo tempore, quo Margaretha Guilielmi Tertij Batauorum principis filia, Ludouici Bauari Cæſaris vxor, rerum potita, poſt eius obitũ prouincias Alberto filio anteà traditas repetebat, tum enim Aſelli filium, Hamati matrem ſequebantur. Id factum eſt circa annum humanæ ſalutis milleſimum trecenteſimum quinquageſimum. Recruduit verò & erupit iterũ ea peſtis ſub Iacoba principe, paulò antequam Hollandiam Philippus Bonus Burgundici iuris fecit, ac tum quoq; poſt Caroli obitum ſeſe exerebat. Aſellorum nomen à piſce ſumpſerunt illi, qui ita ſe aduerſam factionem ſublaturos iactitabant, vti ille minutos piſciculos abſumit, qui quòd hamo capitur, ab eo Hamatis nomen fuit. Eodem tempore Ioannes Montfortiorum Dominus, Geldrorum opibus fretus, rebellionem moliebatur. Igitur vti omnia pacata redderet, ſex ſeptimanas Archidux in Holandia manſit. Inde Brabantiæ ciuitates viſens, & ab omnibus cum ſumma honoris ac obſequij ſignificatione exceptus & inauguratus, Brugas adulto iam vere rediit.

*Aſellorum & Hamatorum factiones.*

*Montfortius rebellionem molitur.*

Dum adhuc in Batauis ageret Archidux, aurei velleris comitia, ad finem Aprilis, inſtituta erant Brugis, & per Oliuerum Marchianum ea curabantur, quæ ad eius rei actum adhiberi ſolent. Is ordo, ad annum humanę redemptionis milleſimum quadringẽteſimum vigeſimum nonum, à Philippo Bono inſtitutus, paucis annis ad ſummam dignitatem euectus erat: ſed tum ob Caroli obitum, ſupremo defenſore, & quaſi capite carere videbatur. Mittuntur igitur feciales ac nuncij, qui reges, principes, cæteroſque proceres ordinis equites, cõuocarent. In Galliam qui miſſi erant, non ſatis benignè excepti ſunt. Nam Ludouicus rex Burgundiæ principatum, à morte Caroli, ad ſe deuolutum eſſe contendebat, & aurei velleris ordinem à nemine alio, quàm à ſe conferri poſſe. Cumq; equites quoſdam in ſuo regno haberet, neminem eorum Brugas ad comitia proficiſci permittebat. Hi erant Ioannes Nouocaſtrenſis Montis acuti dominus, Philippus Creuecurius, quẽ Cordæum appellant, Iacobus Lũcemburgicus dominus de Ruſ-

*Aurei velleris comitia Brugis.*



Ayuntamiento de Madrid

burg,& Philippus Pottius, qui ſuis quiſque de ca[illegible]s aut poteſtati regis ſeſe permiſerant, aut fidei commiſerant, Antonius verò Burgundus Caroli frater nothus, ad Nanceïum captus, à rege in libera cuſtodia tenebatur. Cum Maximiliano erant Ioannes Lanoius, Adolphus Rauenſteinius, Ludouicus Gruithuſius, Carolus Croyus Chymaij regulus, Engelbertus Naſſouius dictus Diues Bredæ Dominus, ac præter hos officiales quos vocant ordinis.

His igitur atq; abſentium aliquot legatis, vltimo die Aprilis, quo die Aſcenſio Chriſti celebrabatur, in ſacra eiuſdem Saluatoris æde, comitia haberi cœpta, & Tornacenſis epiſcopus ordinis Cancellarius, luculenta oratione de eiuſdem inſtitutione, incrementis, ac dignitate quædam præfatus: eius tutelam Archiduci commendauit. Ad ea Maximilianus, per Ioannem Bouerium cōſilij ſui præſidem, reſpondet, ad Dei opt. max. honorem, orthodoxæ fidei defenſionem, & equeſtris dignitatis augmentum, omnia ſe pro virili præſtiturum, quæ à maioribus hactenus & inſtituta & ſeruata eſſent. Atq; ita Cancellarius, nudatum vagina gladium, à feciali acceptum, Rauenſteinio in manus dedit, qui Principi, ſolemni more, equeſtrem contulit dignitatem. Inde in ſacrarium templi deductus, ſolitum ordinis habitum induit, mox in medium templi progreſſus, loco ęditiore, vti ab omnibus videretur, poſtq̃ in verba iuraſſet, Lanoius, qui collegas ætate anteibat, catenam cum vellere aureo illius collo circundedit, in hæc verba ipſum allocutus: Quod fœlix fauſtũ faxit deus, Sereniſſime Princeps, ob ſummas virtutes, animiq; fortitudinẽ generis tui, ac fortunæ celſitudine dignam, equeſtris aurei velleris ordo, in ſuum te collegium aſſumit, ſummumq; & ordinis & collegij principem ac defenſorem creat.

*Io. Bouerius.*

*Max. equeſtri dignitate donatus.*

*Maxim. aurei velleris ordinẽ ſuſcipit.*

Hoc ritu peracto Maximilianus Ioanni Bouerio, quem dixi, militarem dignitatem contulit. Adlecti eodem die in defunctorum locum, ex Principis & collegij decreto, Petrus Lücemburgicus S. Pauli Comes, Iacobus Romontius ex Sabaudiæ principum gente, Guilielmus Egmondanus, Volfardus Borſelius Grandiſpeati Comes, Iodocus Laleinius, Iacobus Lücemburgicus dominus de Fiennes, Philippus Burgundus Dominus Beürenſis, & Bartholomæus Liechtenſtainus. Dum hæc Brugis fiunt, Ludouicus rex Condetum oppidum, ad dextram Scaldis ripam non ſine ſuorum clade

*Condetum.*

Ayuntamiento de Madrid

clade obſeſſu[illegible], deditione accepit, Boſſutam item ac Trelonam arces, cum vicinis aliquot locis, ſuę poteſtatis fecit. Maximilianus ad hanc famam, Montes Hannoniæ cum ſuis accurrit, militem comparat, arma expediri iubet, vti Gallorum conatibus obuiam eat. Primum omnium Romontium & Philippũ Rauenſteinium, cum quatuor Germanorum millibus, præmittit, qui Boſſutam arcem, crebris tormentorum ictibus pulſant, muroſq; & propugnacula deijciunt. Dominus ſancti Marcelli, qui in ea cum præſidio erat, cum regem & exercitum longiùs abeſſe ſciret, quàm vt auxilio venire poſſint, neque ad reſiſtendum ſatis virium haberet, vitam & ſalutem pactus, deditionem fecit, & cum ſuis Montes in cuſtodiam miſſus eſt. Qui Trelonæ erant, eius exemplum ſecuti ſunt. *Boſſuta arx.* *Trelona arx.*

Poſt hæc belli quaſi præludia, Archidux ipſe Criſpiniſanum vſq; mouet, Condeto copias admouere cogitans. Præfectus eius loci Moius, etſi præſidium ſatis firmum haberet, viribus tamen diffiſus, Iacobum filium ad regem mittit, qui Attrebati tum erat, vti eum de rerũ ſtatu edoceat, & auxilia patri imperari petat, quæ niſi mittantur, non cum hoſte tantùm, ſed (ſi obſidio diuturnior futura ſit) cum fame bellum fore. Rex & Iacobi precibus & ſuorum periculo motus: literas illi dat, quibus ſignificat, pro præſenti rerum copia auxilia hoc tempore mitti non poſſe, vti exuſto oppido, priuſquàm propè accedat hoſtis, pręſidium abducat. Moius perlectis literis, omnes campanas compulſari iubet, procurrentes ad ſonum reiq; nouitatem oppidanos, in templum ſupplicatum ire deo, ac gratulatum mandat, re benè geſta, & inſperata victoria, regi oblata. Perſuaſi illi, vti animos in regem promptos oſtenderent, in primarium oppidi templum, certatim ire contendũt, cuius foribus obſeratis obſeruatiſq;, ne quis exire poſſet, Galli optimam illorum ſupellectilem conuaſant, ignemque ſex locis immittẽtes, abeunt, iniquo hoſpitij precio perſoluto. Ita flammis omnia conflagrârunt, templum & quatuordecim domus ab hac clade immunes fuêre. *Cõdetum direptum ac exuſtũ.* *Hoſpites ingrati.*

Archidux poſthęc in agris, Valencenę propinquis, caſtra metatus eſt. Cumq; noui quotidiè acceſſus ad ipſum fierent, & cum fortuna animi quoq; creſcerent, milites leuis armaturæ ad ſeptingentos, Quercetum vſq; (vulgo Cheſnoy) excurrunt, quod oppi- *Quercetum oppidum.*

 dum

Ayuntamiento de Madrid

dum ſatis munitum, firmo hoſtium præſidio tene atur. Ad illorum aduentum Galli egreſſi, ſtrenuè pugnant, & ſi abſque Iacobi Galeoti induſtria fuiſſet, pugna ſuperiores euaſuri videbantur. Is enim ſuperato quodã fluuiolo, tormẽta quædã campeſtria, oportuno loco poſita, explodens, eminus ipſorum ordines diſſipabat, & ex periculo in metum, ex metu in fugam conijciebat. Neq; tamen effuſè fugiebãt, ſed paulatim retrocedentes pugnabant, donec Baugimontium equitem occubuiſſe viderunt. Is erat bellator fortis ac fortunatus, & proindè regi vnicè charus. Corpus eius in Galliam deportatum eſt, interaneis Querceti conditis. Erat verò Galeotus Italus Scanterani Dominus, cuius opera & fides ſub Carolo multis prælijs ſpectata. Is ex ea quoq; pugna laudem reportauit non tenuem.

*Iac. Galeotus.*

*Pugna Quercetana.*

*Baugimontius.*

Dum hęc in Hannonia fiunt, interim Brugis Maria nono Calend. Iulij filium peperit, qui ſexto pòſt die ad D. Donati à Tornacenſi præſule ſacris aquis luſtratus, ex matris voluntate (vti ferebatur) auitum Philippi nomen ſortitus eſt. Fideiuſſère pro eo Adolphus Rauenſteinius Imperatoris, Petrus Lücemburgus Comes S. Pauli, Eduardi Anglorum regis nomine, & Margaretha Caroli vidua. Ingens non Brugis tantùm, ſed in alijs quoque ciuitatibus gaudium, ob natum principem fuit, multiq; feſti ludi, aliaque publicę lætitiæ argumenta, celebrata ſunt. Imprimis verò baptiſmi apparatus magnificus, & pompa penè regia fuit. Inter hæc cum Maximilianus ad pontem ſalicis, & rex prope Attrebatum cum exercitu vterque valido eſſent, proceres nonnulli de pace inter ipſos facienda egère, à qua, poſt aduerſam ſuorum pugnam, & amiſſum Baugimontium, non alienus erat regis animus, qui per eoſdem dies Archiduci equum dono miſit, pulcherrimis ephippijs & phaleris ornatum.

*Philippus Auſtriacus naſcitur.*

*Maximilianus equo abs rege donatus.*

Tandem Chymaius ad ipſum miſſus eſt, cuius fideli opera, induciæ ad quartum Id. Iulij in annum pactę ſunt, quarum fides parum ſanctè ſeruata eſt. Induciis factis, rex antequàm in regnum rediret, Cameracenſes, à quibus receptus erat, ſuis legibus viuere permiſit, & Ludouico Marafino, quem illic præfectum habuerat, reponere ea iuſſit, quæ ex templis ablata in ſuos vſus verterat. Gaguinus dicit regem religione motum hoc fieri iuſſiſſe, & quòd deuincire ſibi aliquo beneficio & obnoxios reddere ſtuderet Cameracen-

Ayuntamiento de Madrid

meracenſes, q[illegible] ad Imperij Germanici ius pertinent. Marafinus vero, ob auaritiam & peculatum malè audiebat, cumq́; aurea torque magni ponderis ornatus regem adijſſet, Briquebecus quidam ex aulicis, honorem ſe ac reuerentiam torqui, vti rei ſacræ exhibere ſimulabat, cumq́; eam venerabundus attrectare pararet, à rege id facere prohibitus eſt, ne ſcilicet illotis manibus ſacra profanaret, ſatis aperta ſacrilegij exprobratione.

*Cameracum.*

*Lud. Marafini auaritia ac peculatus.*

Diſceſſurus Cameraco Ludouicus, vocatos ad ſe primores vrbis, in hæc verba allocutus eſt: Defenſor ego veſtræ ciuitatis & Vicecomes, veſtris legibus vos viuere, & à Maximiliani conſortio immunes iubeo eſſe: Imperatoria arma, quæ loco mouimus, quando ita lubebit, reponite, & auis illa, quæ animi gratia aliquandiu euagata eſt, poſtliminio in priſtinum hoſpitium reuertatur, id quod hirundines ineunte vere ſolent. Paucis diebus pòſt Marafinus, relicto in arce Ludouico Saleſſio, cum octoginta militibus, abijt. Buchinienſes item præſidio Gallorum emiſſo, Flandros recepêre. Gaguinus perfidiæ eos notat, qui præſidiarios occiderint, Cominæus regem ea ciuitate, Quercetoque & alijs pleriſq́; Hannoniæ locis vltrò ceſſiſſe memorat, cum quo conuenit Ioannes Molinetus, diligens harum rerum enarrator. Cameracenſes verò cum timerent, ne Ludouicus maiore præſidio arcem aliquando muniret, auxilio Valencena accerſito, & Comite Boſſutio, qui Buchaniæ præfectus erat, ſuos quoque adducente, arcem irrito conatu inuadere tentârunt, quòd ciues nonnulli aut cum Gallis ſentirent, aut res ſuas in arce haberent, ac proindè ne caperetur impedirent. Id tamen per colloquia tranſactum eſt, vti arx à Iacobo Lücemburgo teneretur, præſidium verò ex vtriuſq́; factionis hominibus conſtaret.

*Ludouici in aquilam imperialem iocus.*

*Io. Molinetus Hiſtoricus.*

Hoc anno in Geldria magnos fuiſſe motus annotatū inuenio; erant enim qui Guilielmū Egmundanū rebus imponere conabātur. Contra hos cum non exigua Germanorum & Burgundionū manu miſſi Rembertus Rechbergicus, Maximiliani Mareſcalcus, & Iacobus Galeotus, naſcentē ſeditionē oppreſſere. Toto eo tempore, quo hæc in Belgis facta ſunt, Friderico Cæſari in Auſtria res ſatis quietæ fuêre. Mathias enim Polonico bello implicitus, Cruciferorum Magiſtro in Boruſſia opem ferebat. Turcæ verò Carinthiam ingreſſi, prædas agebant, quos incolæ concurſu facto, abi-

*In Geldria motus.*

*Rembert⁹ Rechbergicus.*



Ayuntamiento de Madrid

1479. *Seditio Gandauienſ.* re coëgerunt. Sequentis anni initio, Gandauenſes nonnulli opifices, in magiſtratum conſpirauêre, & poſt occultos aliquot cœtus, cùm ea quæ moliebantur, nec à paucis geri, nec à multis tegi poſſent, ad apertam vim erupêre. In animo habebant, prætorem & reliquos, qui in aliquo magiſtratu erant, trucidare, ex ſuis in eorum locum ſufficere, templa & pleraſq; diuitum domos ſpoliare, viduas benè nummatas ſuis egentibus matrimoniis adiungere. Cùm ad manus ventũ eſſet, minaciſſimi quiq; verbis, inertes ſeſe ac ignauos opere exhibuêre, & abſq; magno negocio victi, pars in exilium acti, nonnulli capite plexi ſunt. Coniurationis principes erant, fabrorum, phrygionum, & textorum præfecti, vulgò decanos vocant.

Inter hæc Cameraci, qui ex Burgundica factione in præſidio erant, intromiſſis clàm ciuibus quibuſdam, regios in vincula cõiecêre. Boſſutius verò & Habordinus, poſtridiè cum ſuis vrbem ſub diei crepuſculo ingreſſi: concurrentem ad arma multitudinẽ allocuti, quieſcere iuſſêre, neq; enim hoſtes ſe, ſed amicos adeſſe, *Galli Cameraco exacti.* quorum opera nihil impoſterum à Gallis timendum eſſet. Atque ita Boſſutius, defendendę vrbi, cum ſeptingentis militibus præfectus eſt. Per eoſdem dies qui Attrebati erant Galli nocte quadam egreſſi, Duacum ciuitatem munitiſſimam aſtu capere tentauêre, ſed detectis inſidiis, re infecta diſceſſêre. Non multò pòſt Ludouicus Attrebatenſes omnes, quòd fidere ijs nollet, in Galliam abduci, ac per Pariſios, Rotomagum, Turonumque ciuitates diſtribui, atque inde alios in illorum locum ſubmitti iuſſit. Miſerrima erat migrantium Attrebatẽſium conditio, qui patrios lares, quęque agi ferri non poterant, poſt ſe relinquere, & ad gentem inimicam ſe cõferre cogebãtur. Qui verò in eorum bona venêre, mercatores pleriq;, ciuitatem illam, Liberam indigitârunt. *Attrebatẽſes in Gallias traducti*

Poſt induciarum exitum, Maximilianus ad Audomari fanum collecto ex Germanis Flandris reliquiſq; Belgis ac Anglis exercitu, ad viginti ſeptem hominum millia, Terouannam Morinorum vrbem ducit, ex qua excurſiones aſſiduæ in vicinos agros fiebant. *Terouanna Morinorum.* Erat in vrbe cum quadringẽtis equitibus, & mille quingentis ſagittariis, Baro Santandræanus, vir bello clarus. Cumq; Archidux caſtris poſitis, ea quæ & obſidendis & expugnandis oppidis idonea ſunt pararet, Galli vndique ſedibus ſuis exciti concurrere, vti

Morinis

Ayuntamiento de Madrid

Morinis oper[illegible]errent, aut ſi facultas fiat, cum hoſte confligerent. His cum imperio præerat Philippus Cordæus, cui aderant ex tota Gallia fortiſſimi quique & aſſiduis exercitati bellis. Archidux de eorum aduentu certior, Terouanna relicta, obuiam hoſti mouet, ac prælij ineundi auidus, rectà ad ipſum contendere volebat, ſed qui cum illo erant hoc diſſuadebant, quòd locum ſcirent hoſti opportunũ, & acceſſu difficilem. Interim Salezarius Sanmartini Dominus, cum expedita equitum manu, propiùs hoſtem excurrens, ex captiuis quibuſdam cognoſcit: Cordæũ ſtatuiſſe ad ſextũ Idus Augusti pugnę copiam facere. Igitur Maximilianus, præmiſſo, ad reficiẽdum pontem quendam proximum, & exploranda itinera, Mongonali quodã centurione, propiùs hoſtem caſtra admouet. Cumq; dies prȩlio prȩſtitutus adueniſſet, ſub exortũ ſolis, aciem benè inſtructam, in campum educit. In fronte ſexcẽti Angli erãt, ſagittarij omnes, quos ducebat Thomas Auricanus, vir ſtrenuus. His adiuncti erant eiuſdem armaturȩ Germani ad tria millia. Hos ſequebantur tormenta campeſtria quæ vocant & colubrina. Poſt tormenta Archiducis vexillum erat, quod vndiq; ſtipabant Philippus Rauẽſtainius, Carolus Croyus, Iodocus Laleinius, Philippus Beuerenſis, Ioannes Lücemburgicus, Balduinus Lanoius, Ioannes Gruithuſius, & alij multi equites viri fortiſſimi. Belgarum ordines ducebãt Iacobus Romontius, & Engelbertus Naſſouius. Romontio aderat Fridericus Albertus Comes à Zollern, Naſſouio Anglus quidam cognomento Muſca, quorũ virtus hoc prælio maximè enituit. Equites octingenti ad vtrunque cornu collocati ſunt.

*Salezarius.*

*Thomas Auricanus.*

*Ordo aciei Maximiliani.*

*Muſca.*

Contra hos in apertum campum progreſſus cum ſuis, Cordæus, hoſtem inuenit, non minus pugnæ cupidum quam erat ipſe. Hora poſt meridiem ſecunda, pugnari cœptum. Cordæus initio tormentis Maximiliani ſuos malè accipi videns, diuiſo bifariam exercitu, circumuenire tentat, cumque equitatu ſuperiorem ſe ſciret, quingentos equites, cum magna ſagittariorum manu, dextrorſum circumductos, in ſiniſtrum hoſtium cornu immittit. Horum impetu equites à ſuis diuulſi, cum impares ſe eſſe viderẽt, fugam iniuêre. Inter eos erãt Rauẽſtainius, Guilielmus Buſentonius, & Vitus Baro Vvolckenſtainius Eques aurei velleris ac alij plures, quos Cordæus ipſe & Torcius inutili conſilio vſq; ad Aëriam

*Prælium ad Guinegatam.*

Ayuntamiento de Madrid

riam oppidum perſecuti ſunt, vti refert Comminæus. Interim ſagittarij Galli in Flandros illos inciderunt, quibus præerat Naſſouius. Ibi acriter diu pugnatum, ac multis vtrinq; cadentibus, tandem Galli paulatim ſe prælio ſubducentes, in pagum quendam vicinum ſe recepêre. In altero cornu, ingens Romontio certamen cum Gallis, æquis propè viribus fuit, & Galli aliquanto ſuperiores fore videbantur, niſi ab equitatu error fuiſſet commiſſus. Nam equites quadringenti, qui ſuis ex acie cedentibus auxilio miſſi erāt, dum circumducuntur, vti hoſtem ex latere aggrederentur, currus quoſdam commeatu & impedimentis onuſtos, à paucis ijsq; inermibus cuſtoditos, conſpicati, prædæ quam pugnæ auidiores, ſociorum iuxtà ac hoſtium obliti, currus diripiunt, calones aliquot lixasq; & mulierculas occidunt.

*Pugna Guynegatana.*

*Victoria ex errore parta.*

Ea res victoriā Gallis vna eripuiſſe viſa eſt, ſi enim ſuis in tempore ſubſidio accurriſſent, pedites equitatu deſtituti, ægrè ipſorum impetum ſuſtinere potuiſſent. Nūc verò & tardiùs & pauciores eò profecti, Maximiliano & Romontio ſpacium dedêre, ſuis iam laborantibus, auxilia ſubmittendi, & Naſſouius à ſua parte victor, ſociis opem tulit. Santandræanus tamen & Baudecurtius acriter pugnantes, in eam campi partem peruadunt, vbi machinæ hoſtium erant, ac potiri ſe ijs poſſe in ſpem venerant, ſed Romontius pudore ſimul ac ira incitatus, turbatis iam ordinibus accurrens; aciem inſtaurauit, & quamuis ventum aduerſum haberet, adeò ſtrenuè rem geſſit, vti Galli prælio excedere & fugam capeſſere coacti ſint, caſtris & commeatu prædæ relictis. Qui ab initio pugnæ equites fugientes perſecuti fuerant, de euentu ignari, dum tardiùs in caſtra reuertuntur, hoſtes pro ſociis inueniunt. Cum igitur & ipſi ad vicina oppida ſeſe reciperent, nonnullos ex iis, qui Gallos longius inſecuti ad ſuos redibant, captos ſecum abduxêre. Inter hos erant Oliuerius Croyus acriter repugnans, Michaël Condæus dominus à Frennes, Antonius Barletius, Polhaimius Germanus cognomēto Magnus, & Ligneius, qui ſtrenuè eo die ſe geſſerat. Quinq; horas pugnatum eſt. Occiſi ex Gallica nobilitate Pureſius, Argenteſius, Beluicinus & Torcij legatus, aut vt loquuntur locum tenens; ex Burgundica Præfectus Brugenſis, (Baliuum vocant) Antonius Halouinus, Ludouicus Cornetius, & Carolus Salinenſis. Romontius quoque coxam haſta vulneratus eſt.

*Nomina captorum.*

De

De occiſo‹rum› numero mirè variant ſcriptores. Gaguinus ex Burgundis vndecim, ex ſuis quinque tantum millia concidiſſe dicens, famam citat teſtem, fide ſua non interpoſita. In Maximiliani commentariis notatum eſt, ad tredecim millia cæſos, ac eius iuſſu ſepultos eſſe, & inito numero, plures ex Gallis inuentos. Atq; hæc eſt pugna illa Guynegatana, à loco ſic dicta, cuius fama, etſi Maximilianũ apud exteros quoq; victorem celebrauit, ſcriptores tamen Gallicarum rerum id negant. Modeſtiſſimus inter illos Comminæus: Archiducem fatetur, etſi plures ex ſuis amiſerat, ſtationem tamen in campo, vti victorẽ, tenuiſſe, nec diſſimulat regem, apud quem erat, quo tempore aduerſi prælij nuncius ad ipſum perlatus eſt, grauiter eam rem tuliſſe, non aſſuetum antea vinci, aut iacturam aliquam facere, tum verò commotum primò fuiſſe, quod maiorem eſſe cladem vereretur, mox re melius cognita æquiori animo fuiſſe, & ad pacem reſpexiſſe, ſi ea ex ſuo commodo fieri poſſet. Idem dicit Maximilianum, ſi Terouanam iterum obſediſſet, non difficulter & eam & Attrebatum in poteſtatem redigere potuiſſe. Cordæum alij memorant aduerſæ pugnæ culpam abs ſe in illos deriuaſſe, qui omiſſo (vti retulimus) hoſtium exercitu, præter militarẽ diſciplinam, magno cum flagitio, arma in imbelles conuerterant, neq; à mulierculis & ſacerdotibus vim & iniuriam abſtinuerant.

*Maximiliani victoria.*

*Numerus occiſorum.*

Sub initium Octobris, Maximilianus Romontium cum mille equitibus & ſatis valido peditum Flandrorum ac Brabantorum exercitu, ad Malanoium arcem ſitu & opere munitiſſimam miſit. Arci præerat Cadetus Remonetius Vaſco, qui cum acriter ſe dies aliquot defendiſſet, propter aſſiduos grandium tormentorũ ictus, loco diffiſus: deditionem fecit, & ad principem miſſus eſt, cuius fidei ſe commiſerat, fide non bona, vti quidam referũt. Nam Galli antequam ex arce abirent, magnam vim pulueris bellici ſub ſtramine abdiderant, qui incenſus poſteà magna clade eos affecit, qui in illa arcis parte prædam ſcrutabantur. Id iuſſu Cadeti ſiue iniuſſu factum, ipſe laqueo ſtrãgulatus eſt. Rex eo facto irritatus, quinquaginta ex ijs, quos captiuos habebat, eodem mortis genere affici iuſſit. Romontius inde ad Lietam arcem ducit, qui in ea erãt, deditionẽ ſtatim fecêre. Lilertum poſteà oppidulum, defenſoribus vacuum, exuſſit & ad principem reuerſus eſt. Is ad Attrebati mœ-

*Malanoiũ arx.*

*Cadetus Remonetius.*

*Cadetus ſuſpenſus.*

*Lilertum oppidum.*

Ayuntamiento de Madrid

bati mœnia propè ducens,cùm hoſtem ad pugnam elici nõ poſſe videret,ac inſtaret hiems,dimiſſo exercitu,domum redijt.

*1480.* Sequentis anni initio,ad quartam Idus Ianuarij,Maria Bruxellæ filiam peperit Margaretham. Maximilianus verò in Hollandiam abijt, vti factionum, quas dixi, motus & inteſtina bella compeſceret,vbi quadrageſimalis jeiunij tempore exacto,in Brabantiam reuerſus eſt. *Bellũ inter Cæſarem & regem Hungariæ recrudeſcit.* Hoc anno bellum inter Cæſarem & Matthiam iterum recruduit, pacem fruſtra ſuadente Proſpero Aſculano põtificis legato,Marięburgum ab Hungaris obſeſſum, à Cęſarianis liberatur. In Stiria verò Pætouiam & Racolſburgum Mathias capit,ſed quòd eo tempore Turcę Tranſſyluaniã vaſtabant, inducias cum Cæſare facit. Interim adulto iam vere, Chaumontius regis per Campaniam præfectus, cum valida Gallorum manu,Lücemburgicum agrum ingreſſus, *Virodunum.* Virodunum oppidum ſuperiori anno à Chymaio captum, vi expugnat, qui in præſidio erant,aut cæſi ac capti ſunt. Chymaius,cui princeps eam prouintiam gubernandã dederat, Namurci tum erat,vnde ad hunc nuncium aduolans,cum à milite imparatus eſſet,de inducijs cum Gallo egit, quæ tamen conuenire non potuêre. Interim Boſſutius, cum Domino de Fay ac alijs nonnullis in auxilium venientes,Titefreſenam & Haſpremam arces expugnant. Cùm igitur per eas ditiones eo in ſtatu res eſſent, vti ad confirmandos & in officio retinendos hominum animos,præſentia principis opus eſſe videretur, *Namurcum.* Maximilianus ſub initium Auguſti cum vxore Namurcum venit,celebrẽ ad Moſam ciuitatem, à qua ſubiecta ditio, ſub Comitatus titulo, nomen habet. Sequebatur ipſum, cum quatuor *Chanterainius.* millium peditatu,Dominus Chanterainius, qui ex itinere Dreuũ arcem deditione capit. Qui illud tenuerat Theodorus Pullonius gente Leodius, numerata pecunia & præſtito iuramento, numquam arma in Archiducem ſumpturum, incolumis vnà cum ſuis abijt.Ad eundem modum & alia nonnulla loca occupat Chanterainius. Namurco in fidem recepto,ac rebus illic conſtitutis,Maximilianus Lücemburgum ꝓfectus eſt. Aderant illi Princeps Aurantius, iam ipſi conciliatus, Engelbertus Naſſouius, Chymaius ipſe ac filius eius Carolus Croyus,Buſſutius ac alij multi proceres. *Lücemburgẽſes in Maximiliani verba iurant.* Ibi eius prouinciæ homines in verba principis iurauêre,cui negotio dies quindecim impenſi ſunt: Per eos dies ad Archiducem venit Ele-

Ayuntamiento de Madrid

nit Elector Tre uirenſis, eius cognatus, cum equitibus quadringentis pulcherrimè ornatis, & pro præſente rerum copia benignè exceptus eſt. In eius comitatu aduenerat quoq; Comes Virnemburgicus, cui cum principe ſimultas quædam intercedebat, hac potiſſimùm ex cauſa: Rodemarcum oppidum cum arce tenebat Comes, oppigneratum ſibi ab eius domino, cui decem aureûm nummûm millia mutua dederat. Id oppidum quatuor tantũ miliaribus à Lũcẽburgo diſtat. Pręſidiarij in eo milites Germani, loci incolis & vicinis graues erant, & ſuæ gentis nonnullos Archiduci merentes, ad defectionem ſollicitare dicebantur. Treuirenſis verò inter alia hanc cõtrouerſiam componere nitebatur, & Comes Archiduci loco ceſſurum ſe promittebat, ſi pecuniam is numerare vellet, ſed nihil inter illos conuenire potuit, & Treuirenſis re infecta diſceſſit. Non multò pòſt Germani, qui Lũcemburgi erãt, ob ſtipendia non numerata, tumultuari cœpêre, & minę quędam ac voces ſeditioſæ ab illis prolatæ dicebantur, ac ex ipſis nonnulli vrbe excedẽtes, pars ad Treuiros, alij Rodemarcum iter habebãt. Hos adorti ex inſidijs Aurantij, Chymaij, ac Boſſutij aliquot milites profligârunt. Qui in vrbe manſerant Germani, cum ad Rodemarci ſitum propiùs explorandum princeps exiuiſſet, Chymaij vigiles ac alios aliquot ex Belgis illis, quos Vualones vocant, de nocte aggreſſi contrucidârunt. His turbis conſopitis Chymaius ac reliqui Rodemarcum duxêre, ſed quod audirent Gallorum equitatum cum ſex millibus Heluetiorum aduentare, trium menſium inducijs cum Comite factis, Lũcemburgum rediêre.

*Comes Virnemburgicus.*

*Rodemarcum.*

Inter hæc Chantezainius vlteriùs progreſſus: Bellimontium oppidum vi, arcem deditione cœpit. Maximilianus verò in Hollandiam iterum abijt. Qui cum Hagę comitis de tollendis factionum inteſtinis motibus, cum prouinciæ ordinibus conſultaret, Salezario in mentem venit, Dauidem Burgundum, Philippi Boni filium, Vltrajectinum præſulem inuiſere. Is tum Vicoduri agebat, quod oppidum tribus ab Vltrajecto miliaribus ad Leccam Rheni oſtium ſitũ eſt Batauodurũ eſſe putant, cuius meminit Tacitus. Pręſul virum iam fama cognitũ, ſummo cum honore excipit: erat enim Dauid humanitatis ac magnificẽtiæ ſtudioſiſſim⁹. Mox hoſpitij jure & amicitia contracta, præſul ab illo petijt, vti antequàm ex ijs locis abiret, pro rei militaris gloria, qua pollebat, beneficium

*Bellimontium captum.*

*Vicodurum.*



Ayuntamiento de Madrid

quoddam in ſe collocaret, ac in Amersfortiorũ agrum incurſionẽ faceret, quos contumaces ſibiq́; minùs obſequentes habebat. Salezarius expeditam apud ſe manũ habebat, externorum militũ, ex varijs gentibus collectorum, quos multis ipſe bellis probauerat. Itaq; vti & amico gratificaretur, & nomen aliquod per ea loca ſibi faceret, nõ ignarus, eam rem principi quoq; ſuo gratam fore, acceptis ab Epiſcopo quinquaginta equitibus, viæ ducibus, Amersfortium verſus mouet.

*Salezariꝰ Amerſfortiãos vexat.*

Miles eius talium operũ minimè rudis, agros vaſtare, pecora abigere, villarum ac prædiorum incendia excitare, & ſub ipſa mœnia procurrens, oppidanos prouocare. Septingenti ex ijs prodiêre, quos Salezarius aggreſſus, facilè in fugam coniecit, neq; enim militibus per aſſidua bella exercitatis, reſiſtere diu poterant oppidani, etſi cætera egregij. In fuga periêre quamplurimi, quinquaginta capti ſunt, pauci in oppidum viui peruenêre. Hoc facto, Salezarius magnam ſibi apud Hollandos famam peperit, quibus quotidianæ ferè rixæ, & velitationes cum Vltraiectinæ ditionis incolis, & mutua odia erant.

*Iodoc. Laleinius gubernator Hollandiæ.*

Iodocus Laleinius Hollandiæ gubernator, commiſſa belli præludia audiens, & ipſe cum ſuis ad Salezarium accurrit, vti iunctis vterq́; viribus, maius aliquod operæ precium facerent.

Erat haud procul à littore eius maris, quod inter Hollandiam ac Friſiam ſinuoſum, ab incolis Auſtrale dicitur, maximus quidam pagus, nomine Emneſſa, quem operibus munitum tenebât duo hominum millia, quorum quingẽti erant ſagittarij peritiſſimi.

*Emneſſa pagus.*

His commeatus, arma, aliaque ſubſidia abundè, & vltra vires animus aderat, iactitabant enim ſeptem annorum obſidionem ferre ſe poſſe, nec de auxilijs cuiquam ſupplicaturos. Hos ſibi debellandos Salezariꝰ deſumpſit. Qui primi eos oppugnauêre, Germani ferè omnes malè accepti, & cum clade in caſtra repulſi ſunt. Mox Salezarius omnes ſimul ordines, ſub ſignis inſtructos, locat, & poſt exploſa in hoſtiũ aggerem tormẽta, oppugnationi inſtat, vulneratis integros, feſſis recentes ſubmittit, & ad ſummam diligentiam, quantum vi corporis & animi virtute poteſt, nihil reliqui facit, donec victoriã, multo ſuorum ſudore & ſanguine partã, obtinuit. Propugnatores multi aduerſis vulneribus cecidêre, capti nonnulli, pars Amersfortium & alia vicina loca effugêre.

*Emneſſa expugnata.*

Accidit hęc eius pagi expugnatio, in ante diem Natalis Chriſti.

Pagus

Ayuntamiento de Madrid

Pagus,qui miliarij vnius longitudinem habuiſſe dicitur,flammis deuaſtatus eſt. Hac victoria elati Salezarius & Laleinius,ferijs D. Stephani, in agrum Vltraiecti vrbis ducunt, ac vt ciues in pugnã eliciant,villas quaſdam ſuburbanas,& pagum Vveſtbroeck(quaſi *Vveſtbroeck.* paludem occidẽtalem dicas)incendunt. Vltraiectini hæc ex mœnibus videntes, campana ſignum dant, ad ſex hominum millia, promptiſſimum quemque, cum conſule ſuo, in hoſtem mittunt. Hi nullo ordine, nulla diſciplina, veluti ad incendium reſtinguẽdum,accurrentes,intercluſo retro itinere,ab hoſte,quem cõtemſerant, malè multati ſunt,& multis amiſſis,in vrbem ſeſe recepêre, quos Salezarius inſecutus, in ſpem venerat,vnà cum illis in vrbem irruendi,ſed quod nox eſſet,rem tantam periclitari noluit,& cum ſuis Naerdamum ſe contulit. *Vltraiectenſes cæſi.*

Noui anni initio, Salezarius oppidulum quoddã maritimum, *1 4 8 2.* (ſiue id vicus fuit, nomen necdum inueni) obſidere parabat, ſed antequàm machinas admouere poterat, incolæ loci ædibus incẽſis aufugêre. Eſt Hollandis genus quoddam calceamenti, quo *Hollãdorum calceamenta per glaciem.* hyemali tempore per glaciem decurrendo vtuntur. Soleæ ligneæ ſunt ferrea quadam linea ſuppactæ, quibus ſub planta pedum alligatis quaſi talaribus, leui admodũ motu,vel celerrimi equi curſum exæquant,ijs tum multos in fuga vſos eſſe proditum eſt.

Interim delectibus in Hollandia extra ordinem habitis,conſcripta ſunt ſex hominum millia, quibus præfecti Laleinius & Salezarius,aliquot rebellium caſtella expugnârunt. Mox allato nũcio,Hornæ maritimæ ciuitatis homines,hoſtibus aliquot ac re- *Horna oppidum* bellibus portam aperuiſſe, ex mandato principis eò ducunt. Duæ omninò viæ ſunt, quibus Horna adiri poteſt, quarum altera ad occidentem in Hollandiam reliquam: altera in Friſiam ſpectat. Laleinius igitur Hutino Habarto negocium dat, vti alterum aggerem, qui ad mare & in Friſiam tẽdit, cuſtodiat, ne quis eà exire, *Hutinus Habartus.* nèue ſubſidia quis aut commeatum inferre poſſit. Ab altera parte Salezarius, portam & propugnaculum recens excitatum, tormentis verberare aggreditur. Oppidani contrà pro viribus acriter ſe defendunt. Tandem milites, imprimis Hollandi, relicto aggere,aquas ingreſſi,ac alicubi mentotenus immerſi,per foſſas oppidi ſub mœnia ipſa euadunt, quæ non lapide ſed terra & palea lignoq; ſtructa,alius alium leuantes conſcendêre, Salezario omne

 genus

Ayuntamiento de Madrid

genus telis propugnatores deijciente. Ita oppidu... expugnatione captum, cæſi quotquot in armis aut cum armis reperti, nonnulli, qui per alterum aggerem fuga elabi tentauerant, ab Habarti milite repulſi, victorum arbitrio ſeſe permiſêre. Direptæ ciuium ædes, ne exurerentur, in cauſa fuerunt Aſellinę factionis quidam, qui illic captiui tenebantur. Hæc Februario menſe acta ſunt, cœlo id temporis pluuioſo, ac ventoſo, & hyems eo anno acerrima fuiſſe proditur, ita vti paſſim pueri in cunis, ac multi mortales in agris, ac itineribus frigore obriguerint, quam tempeſtatem ſecuta eſt maxima annonę caritas, iis præcipuè in locis, vbi omnia iam ante à militibus conſumpta aut corrupta erant.

*Horna capta.*

*Hyems ſæua.*

Maximilianus per idem tẽpus Leydam, inſigne ac vetus Hollandiæ oppidum ingreſſurus, (id quidam Lugdunum Batauorum eſſe volunt) obuios habuit ciues, qui capita ac pedes nudi: ſupplices veniam admiſſorum precantur, verba faciente diſerto quodam viro, doctoratus inſignibus ornato. Orabant verò inter cætera principem, ne Anglos in ciuitatem adduceret. Is, ex iure ac merito acturum ſe, reſpondens, cum omni ſuo comitatu portam ingreditur, multis per omnes plateas facibus ac lucernis accenſis, & noctem illuſtrantibus. Rebus compoſitis, poſtquàm abijſſet princeps, capitis ſupplicium de quibuſdam ſumptum.

*Lugdunum Batauorum.*

Supererat ex Hollandiæ ciuitatibus Dordracum, vetus ac opulenta ciuitas, quæ, cum Hamatorum factione, principi non ſatis æqua exiſtens, occulta cum Geldris conſilia agitare dicebatur, qui Burgundis infenſi, ac Gallorum partes fouebant, & crucem erectam pro teſſera geſtabant, contrà ac illi, quorum decuſſata crux eſt. Igitur Dordracum capiendi, cõſilium iniêre, Michaël de Berges, Thomas Auricanus, qui ſexcentis Anglis præerat, ac Egmondani filius loripes. Hi, quòd aquis circumflua ac ſatis munita ſit ea ciuitas, aſtu rem aggrediendam rati: tres naues ſaccis fœno plenis onerant, ſub quibus armati aliquot milites latitabant, hos reliqui cum claſſe ſubſequuntur. Priores, obſeruato maris æſtu, ante lucem Dordracum venêre. Ciues mercatores adueniſſe rati, ad littus rari prima luce accedunt, & merces quaſdam in ſpeciem adiectas conſpicati, gaudio inani afficiuntur. Interim milites è latibulis egreſſi, portam occupant, eamq; contra oppidanos raptìm ad arma trepidantes, tenent, donec ſocij adueniunt. Tum

*Dordracum.*

*Dordracũ aſtu captum.*

Ayuntamiento de Madrid

Tum verò om[n]es ſimul ciuitatẽ inuadunt. Conſul ciues ad arma ciens, & primus in hoſtẽ pergens, in Egmondanũ incidit, & cruri illato vulnere, pugna excedere coactus eſt. Reliqui acriter locum tuentur, à quibus Auricanus vulneratur, qui, cum Anglis ſuis, fortiter & conſtanter pugnabat. Tandem ciues numero militum & viribus impares: abiectis armis, ſe dedunt. Id illis conſultiùs fuit, quàm & ſe & fortunas ſuas in vltimum diſcrimen adducere: Pauci quidã ſeditionis authores, capite pœnas exoluêre, reliqui in gratiam ac fidem recepti. Inuenta apud ipſos ferebatur moneta, quæ ab vna parte lilia Gallica, ab altera Geldriæ inſignia habebat. *Dordracenſes ſe dedunt.*

Hollandia propè omni pacata, ac cæteris rebus Laleinio gubernatori commiſſis, Maximilianus Buſcumducis Brabantiæ ciuitatem, literis & armis nobilem, ꝓfectus eſt, ad aurei velleris comitia, quæ illic ſolemni ritu habuit, ad tertium Non. Maias. Adleguntur in ordinem, loco eorum qui obierant, Ioannes Ligneius, Claudius Tulonius, Petrus Boſſutius, Balduinus Molembechius, Guilielmus Baumeus, Arlantiæ Dominus, Ioãnes de Berges, Martinus Polheimius & Philippus Auſtrius trium annorum puer. Intererant his comitiis (capitulum vulgò vocant) Friderici Cæſaris legati, qui cum Balduino Lanoio, pacis faciendæ cauſa in Galliam miſſi, per eos dies redierant. Paucis diebus Maria princeps eò quoque venit, cum filio ſuo Philippo, ad quem Rauenſteinius aurei velleris torquem detulit. Buſcoducenſes principibus fidei ſacramentum denuò dicunt, qui inde Bruxellam profecti ſunt. *Aurei velleris comitia Buſcoduci.*

Circa hæc tempora, Ludouicus Gallorum rex, diuturno ac difficili morbo implicitus, magna cura ac impenſa, diuûm ſimul atque hominum auxilia, anxiè exquirebat, multa in medicos tota Europa conquiſitos, multò etiam plura in templa, Deiq; ac Sanctorum cultum, erogans. Imprimis verò pacem aut inducias fieri deſiderabat, nam & fidiſſimum quemq; maximè ſuſpectum habebat, ne ob morbum contemptus, regno per ſuos, aut regni adminiſtratione, priuaretur. Quare non ſatis compos ſui, Pleſſio caſtello ſe incluſit, vbi Comminæo teſte, præter famulos domeſticos, & quadringentos ſagittarios, nullum ferè comitatum habebat, nec quemquam ob ſuſpitiones, in vrbem admittebat, nec etiam propiùs ad eam regionẽ accedere permittebat, niſi de quibus optimè ſentiret. Familiares quoque & cubicularios ſuos por- *Lud. rex ægrotus.* *Lud. metus & ſuſpitio.*



Ayuntamiento de Madrid

tentoſa quadam moroſitate ſubindè mutabat, n ini ſatis fidés. Cæſaris verò legatos & audiuit libenter, & benignè habitos, dimiſit. Quibus ad Maximilianum profectis, vti diximus, menſe Iunio per Flandriam, aliasq; prouincias, publicatæ fuerunt induciæ, ab eius menſis exitu, in annum ſeruandæ, quæ res ingentem apud omnes lętitiam, ac futuræ pacis ſpem peperit. Antequàm verò induciarum tempus adueniret, Cordęus cum Aëriæ ciuitatis præfecto trāſegit, vti eam regi tradens, triginta aureûm nummûm millia dono, ac centum equorum præfecturam, acciperet. In reliqua Arteſia & vicinis ei locis, ſatis quieta erant omnia, & Henricus de Berges, Cameracenſium præſul, qui politicus ſimul & Eccleſiaſticus eſt Dominus, ciuibus ſuis iniunxerat, vti amicè cum vtriuſque partis hominibus agentes, neutram alteri præferrent. Sed induciæ illæ (tantum abfuit, vti pacem vllam facerent) ſeruatæ non ſunt, vti ſuo loco audietur.

*Induciæ cum Gallo.*

Secundo die Septembris, naſcitur Maximiliano filius Bruxellæ, & decimo ſeptimo ab Henrico Bergenſi, Cameraci epiſcopo, ſacris vndis luſtratur: ſpondentibus pro eo Philippo Croyo, Cardinali Cluniacenſi, & Aurantij principis vxore. Nomen puero Frācíſco datum, à Franciſco Britannię Duce, cuius vicem Croyus aderat. Natalem illius Bruxellani magna cum lætitia celebrârunt, quòd principem haberent apud ſe natum, ſed non diuturnum illis hoc gaudium fuit, nam eodem anno infans obijt, ferijs S. Stephani Prothomartyris. Maria verò ex puerperio cōfirmata, Hannoniam petens, maximis cum honoribus excepta eſt. Montibus & Valencenæ, more gentis, theatricis ludis hiſtoriæ ſacræ fuerunt exhibitæ. Valencenæ cum eſſet Maria, Gallorum aliquot milites præſidiarij, Quintinifano, Guiſaque, ac alijs locis vicinis egreſſi, Cambreſij arcem negligentiùs cuſtoditam, de nocte ſcalis admotis, occupârunt, & per eam regionem villas aliquot, & agreſtium hominum caſas exuſſerunt, ita vt Maria, Brugis abiens, incendia ac fumum eminùs viderit, iniucundo fœminæ ſpectaculo.

*Franc. Auſtriacus naſcitur.*

*Cambreſij arx capta.*

Inter hæc annus primus & octogeſimus iam exierat, & Maximilianus cum vxore, Brugis eam hyemem egit. Sub cuius finem, Maria cum ſuis egreſſa, vti animum venando oblectaret, ex equo prolapſa, lumbos & femur grauiter offendit, & dies viginti ex eo caſu decumbens, rebus ex vltima voluntate ordinatis, obijt, quin-



Ayuntamiento de Madrid

to Calendas Aprilis,magnum marito, cuius amantiſſima vixerat, & ſubditis omnibus luctum,ac turbulentum rerum ſtatum relinquens. Erant,qui vterum geſtare putabãt.Corpus eius ad D.Deiparæ virginis ſepulchro illatum , & magno cum apparatu celebratæ exequiæ. Superſtites reliquit filios,Philippum & Margaretham.Per eoſdem dies Ludouicus rex,paululùm ex diuturna grauiſſimi morbi moleſtia recreatus,nuncium de Marię obitu, lætiſſimo animo accepit, ac apud ſuos, ex quibus Comminæus hæc literis prodidit,de rei benè gerendę occaſione, ſibi multa pollicebatur, dicebatq; Maximilianum, amiſſa vxore, parum authoritatis apud Belgas, minimum verò apud Gandauenſes habiturum, qui cæteris ciuitatibus potentiores,Burgundicæ domui minus ex animo ſtuderent,& nouis rebus idonei viderentur.Cumq; ij principum liberos apud ſeſe educarent, ac quaſi in ſua poteſtate haberent,per Cordæum animos illorum ſollicitare, ac de matrimonio inter Carolum filium ſuum (Galli Delphinum, cæteri Hiſpanos ſecuti: Principem appellant) & Margaretham contrahendo fundamentum iacere cœpit.Cordęus,cum vno atq; altero ſcriba, notitiam ac familiaritatem habebat, qui ex plebeijs orti,aliquem ſibi locum parauerant,per hos ad primores vrbis viam ſibi quęrebat.Quamquam verò rex matrimonium illud ſeriò vrgebat, nihilo tamen minus Eduardum Angliæ regem, vana ſpe lactabat, qui & ipſe & coniux ipſius filiam Carolo dare cupiebant.

*Mariæ obitus oĩbus luctuoſus.*

*Cordæus Gandauienſes regi conciliat.*

Eodem tempore Leodij, Eburonũ ciuitate,noui motus,nouæ belli cauſæ,exortę ſunt.Ludouico Borbonio vrbis pręſuli,ac gentis principi quem tàm in Eccleſiaſtica,quàm ciuili adminiſtratione, dominum agnoſcit,ſtrenuè dudum aduerſabatur Guiliermus Marchianus(vulgò Barba & Arduennę ſyluę aper cognominatus) qui Eccleſiaſticorum quorundam fauore,iam eò peruenerat, vti ſecundum à principe locum facilè tueri,ac de primo cum eo contendere videretur,& erant,qui pecunia eum à rege adiuuari, contra pręſulem, Maximiliano addictiorem,nõ occultis indicijs colligebant.Hunc epiſcopus ob contumaciam,& quod Sacellanum quendam ipſius Richardum occidiſſet,ſolum vertere iuſſerat.

*Guiliermus Marchianus.*

Guiliermus vindictę cupidus, ac alieno auxilio fretus,de Epiſcopo à ſua ſede deturbando,& filio ſuo Eberhardo contrà intrudendo cogitat, itaq; bello Leodienſibus indicto , militẽ ex Gallia



Ayuntamiento de Madrid

*Ludouici Borbonij cædes.*

contrahit,ac in eorum agrum irruit.Borbonius o[illegible] iiam illius conatibus cum paucis exit, plures ſubſequi iubet. Ille explorato itinere,ex inſidijs principem aggreditur, & à ſuis deſertum trucidat. Incidit ea cædes in tertium Calend.Septembris. Cæde perpetrata,Guiliermus à nemine prohibitus,in vrbem cum ſuis pergit,ſua manu iacere præſulem iactat, neq; à quorundam bonis diripiendis abſtinet. Huius rei indignitate, multorum animi plurimũ offendebantur: eratq; varius hominum ſermo. Galli verò, qui cum Guiliermo erant, impotentiùs ſeſe gerebant, & Brabantos, quibus ob vicinitatem cum Leodienſibus commercia erant, minus commodè accipiebant.

*Bellũ Leodienſe.*

Maximilianus per eos dies Louanij (quod Brabantiæ caput eſt) conuentum ordinũ agebat,in quo Philippi filij tutor declaratus eſt. Eò ad ipſum fama cædis allata eſt, quam ſecutæ ſunt ſubditorum querelæ.Ille hanc rem minimè negligendam,ſuaque intereſſe ratus, vti amiciſſimi hominis cædem vltum eat, bellum in Guiliermum decernit. Igitur Philippus Cliuiæ dux,qui cum Geldris Maximiliani nomine aliquoties dimicauerat, ante alios omnes,cum ſexcentis equitibus ac peditibus mille,aduolans,D.Trudonis oppidum deditione capit. Adueniunt nõ multò pòſt Antuerpiæ prætor vrbanus(Marchionem vocant)cum centum equitibus,& Louanij Maior (eſt & hoc apud illos magiſtratui nomen) cum nongentis peditibus. Deniq; & Ioannes Chalonius, Aurantiæ princeps, cui Borbonij ſoror nupta erat, & Engelbertus Naſſouius,Bredæ Dominus,cum omni ferè Brabantiæ nobilitate adfuère.Hi,Loſo caſtro capto ac direpto,Halſam oppidulum expugnant,mœnia ſolo æquant. Ad medium Septembris aduenit cum ſuis Romontius. Igitur ſatis iam viribus ſuis fiſi, multisq; ruſticis in fidem receptis, caſtra propiùs vrbem metantur, & cum Leodienſibus excurrentibus,leuia aliquot prælia committunt.

*Loſum arx.*

*Halſa oppidum.*

*Tungri.*

Inde copiarum pars Tungros aggreſſa, deriuatis aliò aquis, molarum vſum intercipiens, ad deditionem compellit,Haulongam arcem & aliquot circùm loca diripit. Guiliermus ne ſi bellum traheretur,Leodienſes abs ſe deficerent,veritus, delectus per totam vrbem agi, & quicunque ſeptendecim annos egreſſi,ſexageſimum vitæ annum necdum attingebant, in armis eſſe iuſſerat. Et Theodorus Pullonius, de quo ſuprà meminimus,ac Galiardus

quidam

Ayuntamiento de Madrid

quidam,ſede  m hominum millia ſub ſignis educentes, Brabantorum exercitum ſibi debellandum propoſuêre, adeò certi de victoria, vti laqueos ſecum adferrent, quibus illos ſuſpenderent, qui viui in eorum poteſtatem eſſent venturi. Hæc omnia Cliuienſis ex transfuga quodam puero edoctus, Petrum Gauerenſem, cum firmo præſidio, in Haulonga arce collocat. Nondum captæ arcis fama ad Leodienſes peruenerat, igitur nonnullos ex ſuis eò mittunt, bono animo ſocios eſſe iubent, breui Guiliermum cum auxilijs venturum. Hi intra teli iactum admiſſi, vnde receptus non erat, malè multati ſunt. *Haulonga arx.*

Inter hæc, cùm Leodienſes, cum ſocijs Gallorum copijs, aduentare propiùs dicerentur, Cliuenſis, & qui cum illo erant, aciem inſtruunt. Dein ex more tunc vſitato, ex ſuis quoſdam, vti animoſiores redderentur, milites creant. Donantur itaq; ea dignitate à Cliuẽſi, Cornelius & Michaël Bergeſij fratres, Henricus Deſnaurius, Hutinus Habartus, Oliuerius Femellardus; à Friderico Zollerenſi triginta Germani nobiles, & ab alijs item alij aliquot, quos omnes egregia fortitudinis opera edidiſſe proditum eſt. Exploſa vtrinque tormenta, Maximiliani militem ſubmiſſiore loco ſtantem, nullo incommodo, hoſtes verò magno affecêre. Guiliermus autem ipſe & Galiardus, qui Gallos ducebat, ſtrenuè inter primos pugnantes, cęteros ad fortiter agendum accendebant. Neq; ab altera parte ſegniores erãt duces, inter quos vulneratur Aurantius. Magnis vtrinque animis certatum eſt, donec occiſo Galiardo, & Vacquendonio, cum trecentis equitibus, quos ex Cliuia Leodiũ adduxerat, ad vnum deſideratis, Guiliermus fugam facere coactus eſt, diris execrationibus & conuicijs exceptus. Perijſſe dicuntur ex Leodienſibus ad tria millia, pauci admodum ex altera parte. *Frid. Zollerenſis.* *Prælium cum Leodienſib.* *Guiliermus vincitur.*

Poſt hoc prælium Cliuenſis, miſſo in vrbem feciali, Leodienſibus bellum denuò, niſi à Guiliermi ſocietate diſcedant, denunciat. Illi deliberatione habita, Guiliermum ipſum & Gallos abire iubent, pacem veniamq; à Maximiliano petunt, eius ſe fidei ac tutelæ committunt, triginta aureûm nummûm millia, annuam pẽſionem conſtituunt, & de annis aliquot, à Caroli morte elapſis, quibus nihil perſoluerant, Imperatorem Fridericum, Agrippinenſem ac Moguntinenſem Electores, arbitros ſumunt. *Leodium Maximiliano conciliatum.*

Dum hæc in Eburonibus aguntur, interim Ludouici regis & Flan-

Ayuntamiento de Madrid

Flandrorum legati, Attrebatum primam Arteſiæ vrbem, ac vetus Flandriæ Comitum patrimoniũ, conuenêre, & re per multos dies deliberata, vtriſquè viſum eſt, pacem optimè fieri poſſe, ſi inducta incommodorum ac iniuriarum omnium obliuione, Carolo regis filio, Margaretha deſponderetur. Inter legatos Belgas primo ferè loco erant Gandauienſes, quòd & viribus reliquos præcederent, & ſui principis liberos in poteſtate haberent, hi matrimonium illud pro ſua parte vrgebant, ex quo, magna ſuis rebus commoda prouentura, ſibi perſuaſerant, iamq; paulatìm gliſcente in Maximilianum ſimultate, Gallo addictiores erant. Is verò ne quid occultè ab illis geri poſſet, ex ſuis quoſdam adiunxerat.

*Attrebati de pace cum Gallo ineunda agitur.*

Rebus Attrebati ad hunc modum conſtitutis, legati vtriuſq; partis in Galliam pergunt, vt conditiones paci dictæ, ab ipſo rege confirmentur. His videndi ſui copiam Ludouicus ægrè admodũ fecit: erat enim corpore malè affecto, ac macie extenuato, quam rem, vnà cum morbo ipſo, modis omnibus tegere ac diſſimulare ſatagebat. Tandem verò intromiſſis; triginta aureûm ſcutatorum millia (vti refert Gaguinus) præter vaſa argentea affabrefacta, dono dedit, & pacis ac matrimonij pacta conuenta, iureiurando comprobauit. His peractis, ſuos & ipſe legatos cum Flandris Gandauum mittit, eorum poſtulata erant, vti Maximilianus quoq; iuramentum diceret, ac, quo tempore filiam traduci velit, ſignificaret. Itaque die dicta, Archidux Philippo ac Margaretha præſentibus, in æde D. Ioannis, conceptis verbis iurat, matrimonium ſe ratum habere, ac pacis leges, ſuo ac liberorum nomine, quibus tutor eſſet, accipere, & ad illorum ętatem rebus maturam, bona fide integreq; ſeruaturum.

*Margaretha Carolo Delphino deſponſa.*

1483. Exierat inter hæc annus octogeſimus ſecundus, & ſequentis initio, poſt Gallorum diſceſſum, Archidux illuſtrem admodum legationem ad Carolum Delphinum, generũ ſuum decernit, quæ affinitatem ei & pacem ea ipſa confirmandã, gratularetur, ac ſpõſam breui aduenturam, ſignificaret. Legatos paucis diebus ſubſecuta eſt Margaretha, quam deduxerunt Adolphus Rauẽſteinius, Philippus Beuerenſis, Ioannes Ligneius, Vvierus Brabantiæ Cancellarius, & alij nonnulli, quibus in itinere ſe coniunxit S. Bertini Abbas, qui legatus à Delphino redierat. Aderant & Geldriæ principis vxor vidua, aliæq; illuſtres fœminæ. Ab his Betuniam deducta ob-

*Legati à Maximiliano in Galliam miſſi.*

Ayuntamiento de Madrid

ĉta,obuium [illegible]ouit Petrum Borbonium Belliioci regulum, cum Anna vxore Ludouici regis filia, & frequenti nobilium vtriuſque ſexus comitatu. Cum his in Galliam profecta, multis vbiq; plauſibus excipitur, accurrente paſſim populo, ac puellam, pacis quaſi ſequeſtram, videre geſtiente. Pariſijs verò magna cum lætitiæ ſignificatione excepta, Ambaſiam accerſitur, quò iam Ludouicus principes conſanguineos, cæteramq; nobilitatem conuenire iuſſerat: Ibi coram omnibus matrimonium à Rege confirmatum, & ſponſalia ſolito ritu celebrata, isq; dies publicè feſtus fuit. *Margaretha Auſtriaca deſpondetur Gallo.*

Hoc anno in Auſtria Cæſari res parùm quietæ fuêre. Mathias enim Hungariç rex retẽtam diu coronam, ac ingenti pecunia redemptam, aliasq; veteres offenſas nondum ex animo deponens, quoties à Turca quietem habere poterat, arma in Auſtriam mouere non deſiſtebat. Tenebantur adhuc ab eo oppida nonnulla, quç ſupra diximus, nondum numerata ea pecunia, quç ei pro belli ſumptibus promiſſa erat. Illis ſuperiore anno Hamburgũ, munitam ad primum in Auſtriam ex Hungaria ingreſſum ciuitatem, adiecerat, & vicinum latè agrum perpopulatus, multa cum præda domum redierat. Hoc verò anno ex hibernis mouens, Pontes ad Leitham amnem, lõga ac difficili obſidione cinctam, expugnauit, multosq; mortales occidit. Cæſariani in arcem confugêre, quam poſt menſem tradere coacti ſunt, inedia magis quàm armis impulſi. Interim (vt ad Belgas reuertar) pace cum Gallis iam firmata, Archidux ad res Vltraiectinas animum adiecit, qui exaſperato in Dauidem epiſcopum animo, Hamatos in vrbem intromiſerant, ipſe verò captiuus Amersfortij detinebatur, & erant ex nobilitate complures, qui abdicato illo, Engelbertum Cliuiç ducis filiũ, rebus imponere cogitabãt. Igitur Maximilianus ex Flandria Mechliniam elegantiſſimam Brabantiæ ciuitatem, in qua Suprema per totum Belgium Iuridicundo Curia eſt, profectus, de ſeditioſis aliquot nouandarum rerum cõuictis, ſupplicium capitis ſumi iuſſit. *Mathias cum exercitu in Auſtriam irruit.*

Inde in Batauos perrexit, Gorcomij ſubſiſtens, donec copiæ illuc, vti iuſſerat, conuenêre. Mox cum exercitu hoſtium ingreſſus, vrbem obſidere parat. Aderant principi præter alios Iodocus Laleinius Hollandiæ Gubernator, Salezarius Sanmartini Dominus, Lancelotus Bellimontius, Hutinus Habertus & Frid. Albertus Comes Zollerenſis, qui mille quingentis Germanis præerat. *Fride. Albertus Zoller.*

In vrbe

Ayuntamiento de Madrid

In vrbe præter nobilitatem,ac cæterorum hominum ingentem multitudinem,erant pedites mille quadringenti,equites centum quinquaginta.Maximilianus ad ſeptem millia habebat.Sub Iunij mẽſis initio, ad ſuburbium caſtra poſuit,quod ad ſeptentrionem ſitum, Vverdam vocãt,foſſis tum ac muris cinctam, à quo proximę vrbis portæ nomen eſt.Eius ſuburbij expugnationem aggreſſus Bellimontius,cum mille peditibus,bis armis repulſus eſt, tertiò multis ſuorũ amiſſis, ſuperior euaſit. Igitur Maximilianus,eo loco poſitis tormẽtis, vrbem crebris ictibus quatiens, magno afficiebat incommodo. Poſt exploſa tormenta tàm propè ſub mœnia ſubibat miles, vti lapidum iactibus paſſim certaretur. Equites igitur cum aliquanta peditum manu,vti hoſtem longiùs ſubmouerent, eruptionem fecêre, ſed telis impetiti,cum clade retrocedere coacti ſunt.Capti ex ijs octodecim, indicãt magnam in vrbe annonæ charitatem, maximam verò carnium & ſalis penuriam eſſe. Igitur Maximilianus poſtero die oppugnationem inſtituit. Mane eius diei Engelbertus Cliuenſis,qui epiſcopatui inhiare dicebatur,Ioannes Montfortius,& duo vrbis conſules,publica fide accepta,in caſtra venêre,de rei ſumma cum principe collocuturi. Id vel ignorantes,vel ſcire diſſimulantes,Picardi aliquot & Germani,vrbem omni telorum genere oppugnant, qui intus erant acriter ſe defendunt, ad integram horam oppugnatio tenuit adeò dura, vti in eodem vtriq; vallo ſtantes, cominùs aliquandiu inter ſeſe pugnauerint, donec multitudine hominum ex reliquis vrbis locis in eam partem accurrente,oppugnatores vallo ac mœnibus deiecti fuêre. Occubuit in ea oppugnatione fortiſſimè inter primos pugnans,Comes Zollerẽſis, cum optimis aliquot commilitonibus,vir ſtrenuus ac ſpectata in Archiducem fide.Malè habuit Maximilianum ea oppugnatio, & amici Comitis iactura. Engelberto verò & cõſulum altero apud principem relictis, reliqui duo in vrbem redière, vti ciues pacem iam conceptam approbarent; quod cum non procederet,& illi ad ſuos redire iuſſi.

*Vltraiectũ obſidet Maximi.*

*Engelbert⁹ Cliuenſis Epiſcopatui Vltraiectenſi inhiat.*

*Comes Zoller. cæſus.*

Non multò pòſt Lalainius cum Salezario & alijs nonnullis ad inſpicienda opera obequitans, & ab hoſtibus procul agnitus (vt credebatur) ex rubra chlamyde quam geſtabat,duabus ſimul glãdibus per ventrem & coxendicem vulneratus,ex equo prolapſus, ab Arturo Lalainio, qui ꝓximus lateri comes adhęrebat,exceptus in vici-

*Iod. Lalainius vulneratur.*

Ayuntamiento de Madrid

in vicinum Sa'ezarij tentorium defertur. Princeps grauiter hoc nuncio commotus, accurrit. Ibi Lalainius: Amittis, inquit, hodie, Sereniſſime Princeps, fidelẽ miniſtrum, quo in loco res fortunæque meę ſint noſti; in meliore forent, ſi minus ex fide egiſſem. Fratres mei omnes, in principum ſuorũ famulatu, diem obiêre, quos & ego ſecutus, te oro atque obteſtor, vti vxorem meam, atque liberos, tibi habeas commendatos. Quod reliquum eſt, hortor, vti Ioannem Egmundanum, hominem cordatum, Hollandis meis gubernatorem præficias. His dictis, ritè expiatus, animam Deo commendauit. Vir fuit Iodocus, pacis ac belli artibus iuxtà egregi⁹, ac reipublicę vtilis, multis bellis, ſub Carolo & Maximiliano, cum laude interfuit, multas legationes dextrè obiuit, multas præfecturas cum dignitate geſſit, quarum vltima ita defunctus eſt, vti Hollandis mœſtitiam, & deſiderium ſui, cum beneficiorum memoria, reliquerit. Vltraiectenſes poſteà deditione vrbis facta, his ferè conditionibus, pacem & veniam impetrauêre: Maximiliano quadragies mille libras penderent, milites dimitterent, ex Hollandia pulſos ne reciperent, vrbem ipſam, ſeq; fortunasq; ſuas, illius fidei committerent, quoad præſul, qui in eorum poteſtate nõ erat, libertati reſtitueretur, neq; interea vrbis mœnia, illius iniuſſu, reficerentur.

*Laleinij mors.*

*Eiuſdem laus.*

*Vltraiectũ deditione captum.*

His ita tranſactis, princeps cum tribus peditum millibus, & equitibus octingentis, vrbem ingreditur. Cùm verò ab altera parte milites vrbe exirent, qui Vltraiectinis meruerant, ex Archiducis exercitu nonnulli, orta, ob neſcio quos captiuos, cauillatione, abeuntes violare parabant, iamq; ad manus veniebatur, ſed princeps, qui incolumitatem illis promiſerat, equo accurrens, ac medium ſeſe interponens, exerto gladio, ſuos à vi cohibuit, qui ægrè id ferentes, celeriter abiêre, relicto inter hoſtes principe, qui tamen nihil hoſtile in eum fecêre, quòd fidem ab eo & promiſſa ſeruari viderent. Reuerſi ad ſocios illi abſq; principe, probris affecti ſunt, deſertoresq; & infidi identidem vocitati. Hinc iterum noua inter ipſos pugna, iamq; vulneratis & cæſis nonnullis, iterum intercedens Maximilianus, tumultuantes compeſcuit.

*Maximilianus Vltraiectum ingreditur.*

Per eoſdem dies, moritur in Gallijs, apud Turonos, Ludouicus rex, poſt tentata omne genus remedia. Succeſſit illi Carolus filius, eo nomine Octauus, cui deſponſam eſſe Margaretham Auſtria-

*Lud. regis mors.*



Ayuntamiento de Madrid

cam diximus. Paulò pòſt Amersfortum ciuitas, à Maximiliani milite capta eſt, qui per glaciem occultè ad mœnia ſubiens, admotis ſcalis, eam occupauit. Erant in ciuitate ſatis multi, qui ſi concordes fuiſſent, facilè hoſtem profligare potuiſſent, ſed clamore ſublato, omnes qui Epiſcopo ſtudent incolumes fore, maior eorum pars aut ad hoſtem tranſiêre, aut abiectis armis, eius ſe poteſtati p̄miſêre. Reliqui aut cæſi aut capti, bona militi prædæ fuêre. Maximilianus hoc bello confecto, Buſcoducũ atq; Antuerpiã petijt.

*Flandri à Maximiliano deſciſcunt.*

Dum hæc ad Vltraiectũ fiunt, Flandriæ aliquot oppida, Gandauienſium conſilijs & ſuaſu inducta, Maximiliani imperium detrectare incipiunt, cui vitio dabatur, quòd rempublicam malè adminiſtrans, reditus in Germanos, aliosq; exteros profunderet, neque ferendum diutiùs, illum filij rebus tutorio nomine præeſſe, qui ſuis conſulere, ſeq; ipſum regere neſciret.

*Probra in Maximilianum.*

Hæc & alia vulgò in Maximilianum iaciebant, imprimis verò Gandauienſes, tutelam principis ad ſe trahere nitebantur. Ex hac re, atrox odium inter Flandros ac Brabantos exortum, hi enim Archiducem primi omnium, filij tutorẽ declarauerant, ac in verba eius iurantes, alijs exemplo præiuerant.

*Odium inter Flandros & Brabantos.*

Ex hac diſſenſione Flandri, cùm Antuerpienſium nundinæ inſtarent, omnibus ſuis eò ire prohibitis, nouas ipſi nundinas Brugis (quæ ciuitas mercatura olim nobilis ante Antuerpiam fuit) indixerant, ſed pauci admodum vel ad has, vel ad illas adfuêre. Brabanti, re cum Maximiliano communicata, vti illorum machinationibus obuiam irent, Teneramundam vicinum oppidum, aſtu capere ſtatuerunt. Igitur tres currus armatis hominibus complent, qui veſtibus ſuper arma inductis, ruſticos, nonnulli etiam monachos, ſacrasq; fœminas habitu referrent, ac fugientium ex agris, atq; in tutum ſeſe recipientium, ſpeciem exhiberent. Id eò faciliùs creditũ, quòd per eos dies Romontius, Flandrorum Præfectus, Brabantiæ fines cum exercitu ingreſſus, agros circa Bruxellam & Gaëſbeckium deuaſtârat. Ad horã nonam eò prouecti, qui in primo curru erant, cum ijs qui ad portam ſtabant, populariter collocuti, ſpacium ſuis fecêre deſiliendi, ac portã inuadendi, donec Archidux cum octingentis equitibus aduolauit.

*Teneramunda aſtu capitur.*

Oppidani ad arma exciti, in aditu cuiuſdã pontis, acriter primùm repugnãtes, mox numero victi, abiectis armis, ſeſe dedidêre. Pauci vtrinq; deſiderati, inter quos Hornani Comitis frater, & Fridericus Zol-

Ayuntamiento de Madrid

cus Zollerenſis Comes. Teneramunda in fidem recepta, Archidux inde in Hannoniam iter inſtituit. Inſulas aditurus, cum ex hoſpitiorum deſignatoribus, quos præmiſerat, arcem ſibi clauſam eſſe audiret, ciuitatem ingredi noluit. Valencenæ ac Duaci, veluti in alijs quoque ciuitatibus, benignè ſuſceptus, & pro filij tutore habitus eſt. Archidux Cameracum poſteà venit ad Calendas Februarias, vbi in eius hoſpitio, quod in D. Alberti monaſterio habebat, Lancelotus Bellamontius, à Philippi Cliuenſis ſatellitibus, miſerè trucidatus eſt. Obiecerat illi Cliuenſis, paulò antè exorto inter ipſos iurgio, quòd cum Guiliermo Marchiano, cuius filiam duxerat, occulta haberet conſilia. Ceperat Lancelotus paulò antè & ſpoliauerat Gandauienſium legatos, qui Carolo regni ſuſceptionem gratulati, ex Gallijs reuertebantur. Eos frater ipſius nothus, petenti Maximiliano, dimiſit. Atham cum veniſſet, Philippus Cliuenſis, Carolus Chymaius quiq; alij ex Hannonicis & Artheſienſibus proceres aderant, conſultatione de Flandricis rebus inſtituta, inter alia proponunt, quod ſi Aldenarda ciuitas (ab antiquis Neruijs id nomen eſſe coniectura eſt) citra magnum incommodum, aliquo ſtratagemate, in poteſtatem redigatur, magnum in ea re momentum fore, & Gandauenſium contumaciam frangi ac vires debilitari poſſe. Placuit conſilium principi, & rei expediendæ tempus ac occaſio quæri cœpta. Sunt in ea ciuitate arces duæ, quarũ altera Vetus, altera Burgundica indigetatur. Illa Domini Palmenſis eſt, hæc à Gualtero Requenio, & Petro Mentenoio tenebatur, quorum ille Maximiliani rebus ſtudens, per filium ei indicauit, ſi de nocte cum ſuis ad arcem clàm accederet, non dubiam eſſe ſpem, & arcem & oppidum, in quo multos ſciret eſſe occultos ipſius fautores, occupandi. Princeps, accepto hoc nuncio, tentandam eſſe fortunam ratus, pridiè Nonas Ianuarij de nocte, cum duobus expeditorũ millibus, ex quibus equites quadringenti erant, iter ingreſſus, paucos quoſdam pręmittit, qui data acceptaque teſſera, (quæ erat ſimulatæ tuſſis ſonus geminatus) poſtquam omnia tuta eſſe exploraſſent, in arcem euadunt. Hos cum alijs pedes ipſe ſubſequitur, negocio Cliuenſi dato, vti cum equitibus ſtationem ante ciuitatem tenens, rei euentum expectaret. Superato itinere difficili ac caliginoſo, ante diei crepuſculum voti compos, admiſſis in arcem omnibus, tubas repentè canere ac

*Frid. Zollerenſ. caſus.*

*Aldenarda. 1484.*

*Hem hem.*



Ayuntamiento de Madrid

tympana iubet. Oppidani ſomno exciti, arma capere, clamorem tollere, incerti per vicos diſcurrere, alij aliorum opem implorare. Cliuenſis ignorantia viarum aberrans, cum à ſuis clamorem tolli crederet, ab altera parte oppidi ad portam, quæ Tornacum ducit, cum equitibus accurrit, ſed errore cognito, territus retroceſſit. Prima luce, ex magiſtratu quidam in arcem miſſi, quo in loco res ſit inquirunt. Reſponſum eſt: adeſſe Principis patrem, filio hæreditatem citra cuiuſquam iniuriam aſſerturum, quare infortunio caueant, ac debitum principi obſequium, iniuſto ac proindè calamitoſo bello, præferant, ſanaq; conſilia, pro falſis ſeditioſorum perſuaſionibus, admittát. Qui in magiſtratu erant, Archiduci renunciari iubent, videre ſe Deo ac fortunæ ita placere, vti à ſociorum fœdere diſcedentes, eius ſe fidei ac clementiæ committant, id cùm non grauatim ſed lubentes faciant, ſperare ac planè confidere, veniam ſibi paratam fore. Ita eodem die ciues omnes, Maximiliano, legitimo filij tutori, fidem & obſequium iureiurando promiſêre, & abſque ſanguine ciuitas in poteſtatem venit. Collocantur in arce aliquot equites, qui in Gandauienſium poſtea & Cortracenſium fines quotidiè excurrentes, magnis vtroſque damnis ac incommodis vexauêre.

*Aldenarda in poteſtatem ſine ſanguine redacta.*

Poſthæc ineunte vere, Ligneius à principe per literas monitus, Granmontium oppidum (Gerardi montem vocant) de improuiſo capit. Erant in eo Flandri, & Galli non pauci, qui rapinis & populationibus vicinos diu infeſtârant, neq; à templorum expilationibus temperauerant. Iiſdem diebus, Teneramundam venit, Antonius Burgundus à Carolo rege miſſus, vti pacem inter partes faceret. Aderant aurei velleris equites nonnulli, & Flandricarum ciuitatum legati, & proceſſura res videbatur, niſi Gandauienſes, & qui primi ex illis erant, Guilielmus Rheinius, & Daniel Auredanus, conditionibus quibuſdam refutatis, ac adductis alijs, omnem actionem impediuiſſent, quorum obſtinatione offenſi Antonius, & poſt ipſum reliqui, re infecta, abiuêre. Flandri poſteà prope vicum Caloum, quo mercatoribus ex Hollandia, & Selandia Antuerpiam ad nundinas ituris, iter intercluderent, ligneum propugnaculum excitauêre, idque tormentis aliquot bellicis, & centum viginti militum præſidio, muniuêre. Antuerpiani, horumq; vicini ac fœderati Mechlinienſes, magno ſibi incommodo

*Granmontium.*

*Guilielm⁹ Rheinius.*

*Daniel Auredanus.*

*Flandri propugnaculum excitant.*

id fore

id fore videntes,ad Maximilianum confugiunt,auxilium petunt, pecuniam in belli ſumptus offerunt. Princeps collecta Germanorum ac Heluetiorum manu,cui Antuerpiani aliquot voluntarij ſeſe coniunxêre, propugnaculum illud vi expugnatum diruit, propugnatoribus aut cæſis,aut captis.Per eoſdem dies Naſſouius, cui Suauirus quidā, Heluetios ad mille ducentos adduxerat, Ninouam oppidulum à Flandris cepit. Inter hæc Cordæus,ad Flandrorum petitionem à rege miſſus, ſiue (quod potius credendum) vti inter tumultus illos ſuam quoq; rem ageret, Tornacum propiùs adueniens,multa machinabatur,vti in ciuitatem admitteretur, quam rem ſummoperè adiuuabant Gandauienſes nonnulli, qui obuiam ei proceſſerant. Tornacēſes verò admittere eum noluêre, literas quaſdam excuſantes, quibus conceſſum ſibi eſſe dicebant, vti ab vtriusq; partis commercio immunes viuerent. Itaque Cortracum ſe contulit. *Cordæus in Flādriam venit.* *Cordæus Tornaco excluſus.*

Hoc anno Mathias Auſtriam iterum ingreſſus, Corneoburgum obſedit. Cęſar verò,exercitum ex Noricis & Vindelicis conſcriptum, eò mittit. Fit pugna, ex qua Germani cedere coacti, in vicina ſe oppida recepêre. Manent nihilominus in fide Corneoburgienſes,etſi in ſumma commeatuum inopia,equis felibusque veſci coacti.Pugnatur quotidie ſub ipſis mœnibus,& in foſſis,vbi Stephanus David Hazy non vltimus inter Mathiæ duces, perijt. Rex vi expugnari poſſe diffidens,fame oppidanos domare ſtatuit. Itaq; ſuos ad obſidionem relinquens,ipſe in Valachos ire parat,ad liberandam Achilleam. In itinere,accepto nuncio,de Achillea & Neſtoralba iam captis,in caſtra redit.Corneoburgenſes verò neque auxiliis neque commeatu ſubleuati,ne ad extremùm fame perirent,deditionem fecêre. *Corneoburgum à Mathia obſeſſum.* *David Hazy occiditur.* *Corneoburgum deditur.*

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER DECIMVS.

## ARGVMENTVM.

*MAtthias Vngariæ rex, ſuum in Auſtria prolaturus Imperium, Viennam obſidione cingit; eamq́, inedia coactam, breui ſui iuris facit. Maximilianus Archidux, Cordæo & Romontio magnas in Flandria copias habentibus, cum ſuis quoq́, obuiam it; fiunt nonnulla belli præludia. Flandri Max. ſibi offenſum, Gallum autem non fidum ſatis cernentes, pacem petunt & impetrant. Cumq́, ad eam ſtabiliendam Gandauiũ veniſſet Max. ingens à plebe tumultus excitatur, quem induſtria ſubitò repreſsit ſua; ſumptoq́, à ſeditioſis ſupplicio, reipub. ſtatum reformauit; et Leodienſium motus compeſcuit. Hinc in Regem Rom. eligitur & coronatur: Cordæo apud Morinos interim cuncta armis peruagãte. Eo ipſo tempore Sueuicum fœdus initium ſumpſit. In Flandriã rediens Maxim. à Brugenſibus capitur: Sed pater ſumpta in ipſos expeditione, filium liberat. Bellum inter Sigiſmundũ Auſtr. & Venetos exoritur. In Flandria vario pugnatur Marte; nunc Max. Galli nunc milite victoriam referẽte. Sigiſmund. Auſt. Maximilianum ſuarum ditionum hæredem inſtituit. Matthia rege Vngariæ vita functo, Cæſar id regnum ſibi aut filio ſuo ex pacto deberi contendit: ſed vno & altero prætergreſſo, Vladiſlaum Pannonij ſumunt; Itaq́, Max. Hungariam infeſto agmine ingrediens, Albam Regalem diripuit. Brugenſes & Batauos rebelles domuit. Pace cum Gallo firmata, cum Blanca Maria Sfortia matrimonium contrahit; et patri defuncto in Imperio ſuccedens, Turcas ab Auſtriacis finibus propellit.*

*1485.*

*Vienna obſeſſa.*

ANNO eius ſeculi octogeſimo quinto, Mathias Vngariæ Rex Auſtriam ingreſſus, Viennam ipſam arcta obſidione cinctam, cùm expugnatu difficilem eſſe videret, fame ad deditionem adigere ſtatuit. Igitur, ne commeatus alicundè inferretur, omnes viarum aditus interclusit, futurum ſperãs, vti ea quæ ante conuecta erant, ab ingenti hominum multitudine, breui abſumerentur. Inde cum prætorianorum exercitu caſtris egreſſus, dum Eberſdorffium capere animo deſtinat, vitæ periculum propè adiit. Dum enim in humili quodam tugurio cum familiaribus accumbit, ferreus globus ex oppido emiſſus, perrupto pariete, proximè ipſum decidit. Hinc animo iam commotior, oppidum ſumma vi aggreſſus capit, ac victor in caſtra reuertitur.

*Eberſdorffium captum.*

Interim Maxilianus, Cordæum audiens cum exercitu Flandriam eſſe ingreſſum, & Romontium Flandris merentem, non contem-

Ayuntamiento de Madrid

contemnend[illegible] habere copias, optimum factu ratus, vti vtriusq; conatibus obuiam ire maturaret, tria equitum, ac duodecim peditum millia contrahit, & Aloſtum, firmiſſimum Flandrię Imperatoriæ oppidum, ducens, miſſo feciali, id ſibi tradi poſtulat. *Maxi. Aloſtum petit.* Ciues & qui præſidium illic habebat, filius domini de Fiennis nothus, reſpondent, fœdus ſibi eſſe cum reliquis ciuitatibus, à quo diſcedere non eſſet conſilium. Mox Archidux, vbi Flandrorum aliquot copias, prope Aldenardam, in monaſterio S. Iuonis conſediſſe, ex fama cognouiſſet, Aloſto relicto, illuc iter adproperat, & ciuitatem ipſe ingreſſus, emiſſis quaquauerſum nuncijs, qúo in loco Cordæus ſit, quid rerum gerat, quo ire paret explorat, tùm quid Flandri ad S. Iuonis agant. Reuerſi nunciant Cordęum rectà Gandauium tendere, Flandros, ad ſeptem hominum millia, locum opere munitum habere, nec ſine magno incommodo inde eijci poſſe. Cùm igitur neq; hi ad prælium elici poſſent, & Aloſtani in Brabantiæ fines excurriſſe dicerentur, princeps, vti eorum licentiam compeſceret, retrò iter in eos conuertit. Eſt haud procul Aldenarda ciuitate, pagus Veldcic (ſunt qui Caſtra Ciceronis loco dediſſe nomen autumant) in quo templum quoddam muniti ſſimum Galli aliquot ac Flandri tenebant, multasq; prædas eò ex vicinis agris congeſſerant, & loco freti, omnem hoſtium vim in eum vsq; diem contempſerant. *Caſtra Cicerōis.* Heluetij verò, qui cum Maximiliano erant, templum aggreſſi expugnant, & prædam ſatis opimam in caſtra referunt. Qui in templo fuerant, pars cæſi, capti alij, & ex his nonnulli ſuſpenſi ſunt. Exemplo territi, qui vicinam arcem Halſeleam tenebāt, ſalutem pacti, deditionem fecêre. *Haſſelea arx capta.* Exorta interim Gallos inter ac Flandros eos, qui ad S. Iuonis erant, diſcordia, Adrianus Raſſengemius, vti popularium vires aduerſus exteros confirmaret, tria hominum millia Gandauio euocauit. Mox in Aldenardenſium agros excurrens, præſidiarios ad pugnam laceſſere ſtatuit. Ex itinere verò molam quandam, quæ vento circumagebatur, ad Montem D. Virginis captam, incendit. Qui ex ea paulò ante profugerant, Mangonalio oppidi Præfecto, illorum aduentum nunciant. Is cum fida ſuorum manu egreſſus, locum inſidiis antè capit. mox in anguſta quadam ſemita deprænhenſos, exploſis aliquot leuioribus tormentis, obterit. Capti ſunt ducenti ac viginti, bis totidem cæſi, multi vulnerati, quos

 inter

Ayuntamiento de Madrid

*Adri. Raſſengemius.* inter Adrianus ipſe, amiſſis aliquot ſignis militaribus, ægrè effugit, & caſtra prætereuectus, hoſtibus ea ſpolianda reliquit, qui excitatas nuper munitiones excuſsêre.

Per idem tempus Archidux, in Gandauienſem agrum irruens, ipſis Quinquagenariis, exercitum propiùs vrbem mouet, & quadringentis præmiſſis equitibus, circiter horam tertiam matutinam, ſuburbia deprædari iubet. Ciues à ſocijs ad opem ferendam vocati, arma capiunt, ante vrbem manum conſerunt, amiſſis nõnullis, pedem referunt. Montignius eos ſecutus, portam occupat, in ipſo vrbis ingreſſu ſtrenuè pugnatur, accurrunt vtrinq; auxilia, in vrbe plures, foris bello meliores adſunt, pro ſe quiſq; adnituntur, donec demiſſa crates penſilis, vtramq; aciem diremit. Ea res præferoces Gandauienſium animos nonnihil fregit.

*Adolphus Rauenſtainius.* Inter hæc Philippus Princeps, Gandauij ſub cura Adolphi Rauẽſteinij educabatur. Is Philippi Boni ex filia nepos erat. Qui, Cordæum à Rege miſſum, aduentare audiens, Triſineum cum mandatis obuiam illi miſit. Adducebat Cordęus ſeptem hominũ millia, ex quibus equites circiter ſexcenti, reliqui pedites erant; vtroſq; Rex ſuis alebat impenſis. Hos ſequebantur ad duo voluntariorum millia, qui Flandris merebant, ex Aurelianenſis & Angoliſmenſis principum militibus, collecta manus, cum equitibus nonnullis, maiori prædæ cupiditate, quàm ſtipendij ſpe adductis. Triſineus expoſitis mandatis, Cordæo inter alia familiariter dixiſſe fertur, videri ſibi, duas ipſum chordas, ſiue neruos in arcu habere, quarũ altera paci, bello altera pro vſu inſeruire poſſet. Ille pacis ſe arbitrum aduenire reſpõdit, ſed vereri ne iniquam à partibus gratiam ſit relaturus. Gandauium de hinc vbi veniſſet, ad Principem introductus, multa de Regis ſui præclara in ipſum voluntate magnificè promittens, deq; ſua diligentia, ſatis benignè auditus eſt. Rauenſtainius verò, & qui præterea ex Artheſia & Hannonia proceres aderant, cautè prouident, ne quid in vrbe populoſa, ac proindè turbis obnoxia, per Gallos nouetur, quam rem adiuuabant Senatores quidam, & primus inter illos Guilielmus Rhenenſis. Suadebat Cordæus, Principem in caſtra educendum, multum in eo momenti eſſe, ſi is à ſuis conſpectus, animos eorum confirmet, neq; ſanitati incommodum fore, ſi in liberioris cœli aërem prodeat, non in vmbra educandũ, ſed caſtra, viroſq; armatos videre, aſſuefaciendum. Flandri hoc eius conſilium eò tendere ſuſpica-

*Cordæus Gandauium venit.*

Ayuntamiento de Madrid

ſuſpicabantur, vti Principem ex vrbe emiſſum, ſecum abduceret, aut in ſua poteſtate detineret.

Per eoſdem dies, ex Gallia frequentes in Brabantiam & Hannoniam literæ miſſitabantur, quarum hęc ferè ſententia erat: Audiuiſſe Regem, cum ſumma animi moleſtia, diſſidium eſſe exortũ inter Maximilianum ſocerum ſuum, & Philippum eius filiũ, fratrem ſuum, & cognatum, iamq; Flandros huius partes fouere, ab illo ad arma concitari reliquos. Id cùm anteà per legatos componere ipſum voluiſſe, tum nunc quoq; ſua intereſſe ratum, ne quid Flandria ex ea re detrimenti capiat, ſumma ope niti. Philippũ quidem, & pro eo ſentientes Flandriæ ordines, totius controuerſiæ arbitriũ, iam anteà Regis cognatorumq; principum cognitioni detuliſſe, ſed à Maximiliano neq; hoc, neq; aliud quidpiam æqui impetrari potuiſſe. Nunc verò Cordæum ab ipſo cum mandatis miſſum, vti eius nomine, amica diſceptatione, omnẽ controuerſiã dirimat, quem à Maximiliano reijci cum dolore audiret. Hortari igitur, ac orare Brabantos, & Hannonios, ne poſthac Maximiliano in filium legitimũ, ipſorum principem, auxilia præbeant, neq; enim ex fide regis eſſe, vti fratris ſui commodis deſit, iamque ingentem parari exercitum, quem, niſi monitis obſequãtur, propediem intra limites ſuos viſuri ſint. Itaq; malo caueant, & quietos ſeſe continentes, pacẽ iniuſto bello præferant. Maximilianus lectis eiuſmodi literis, quę paſſim ipſi tradebantur, Carolo ſcribit: mirari ſe factum, neq; credere hæc ab eo, ſed ab alijs proficiſci, qui priuati alicuius commodi gratia, bellum inter ipſos quàm pacem malint, neminem abs ſe iniuria affectũ ſcire, ne filium cæteris meritò chariorem indignè tractari quis putet. Detineri eum à Flandris tumultuantibus, & ætate principis ad ſeditiones abuti moliẽtibus, intoleranda audacia, & exemplo ad poſteritatem pernicioſo. Spem verò à Deo iam offerri, breui fore, vti perduelles, relicta ſua vecordia, ſanioribus obſequantur conſilijs. Quare deſineret, fideles ſubditos à iuſtæ cauſæ defenſione deterrere, & infidis ea machinari autor eſſe, quæ non tàm ad ſtabiliendum filij ſtatum, quàm ad labefactandum pertinerent. Neque enim literas illas, à quocunq; tandem ſcriptas, vllo iuſtitiæ fundamento niti, neque adeò quicquàm adferre, quo vel ipſe, vel ſubditi permoueri poſſint, ne ea, quæ deberent, facere pergant.

*Galli regis literæ ad Brabãtiæ ordines.*

*Maximiliani ad Gallũ reſpõſum.*

Dum literis hæc inter ipſos aguntur, Cordæo apud Gandauenſes

Ayuntamiento de Madrid

uenſes quoque res non ſatis proſperæ fuêre. Neq; enim is Flandris magis ſuſpectus erat, quàm eos ſuſpiciebat, gliſcebantq; inter diuerſas, & velut à ſtirpe inimicas nationes, odia, & vtrique alteris diffiſi, ſua ſeorſum conſilia agitabant. Auxit verò inuidiam Gallis, agreſtium hominum querela, de multis illorũ facinoribus, quos exercitum Cordæi ſecutos eſſe diximus, ij enim rapina, ac incendio agros fœdâſſe, matronasque ac virgines quaſdam ſacras, ludibrio habuiſſe, ferebantur. Itaq; ne grauior aliquis motus exiſteret, cum Cordæo agi cœptum, vti cum exercitu Landreſium abiret. Id minus grauatè ab eo factum, quod iam in caſtris annona militem deficeret. Igitur ad medium Iunium, Gandauio diſceſſit ipſe, relicto poſt ſe legato, cum tormẽtis, & aliquanta militum manu, & ne quis de ipſo aut de rege calumniari poſſet, impenſarum precia liberaliter vbiq; perſoluit. Qui ipſum ſecuti erant, ſtipendia à Flandris promiſſa, importuniùs flagitabant.

*Cordæus Gandauio diſcedit.*

*1485.*

Per eoſdem dies, in Auſtria, Mathias Rex, Viennam ſemeſtri obſidione cinctam, acerrimè oppugnabat. In vrbe magna commeatuum inopia erat, neque ab equina, nec à fœdiorum animantium carne abſtinebatur. Itaq; fame coacti, Calendis Iunij deditionem fecêre Cæſariani, & Mathias potiori parte Auſtriæ, vnâ cum vrbe Vienna, potitus eſt. Mox victoriam proſecutus, Rhetium, Egemburgum, & alia quædam loca, in poteſtatem ſuam redegit. Tandem & Neapolim, poſt ſeptem menſium obſidionem, fame ad deditionem compellit. Fridericus verò, cum octingentis equitibus, Auſtria exceſſerat, Germaniæ principum auxilia operiens, & fortunam ſuam animo non nimis iniquo ferens. Vnde hæc verba, ſymboli loco, paſſim vſurpâſſe ipſum referunt: Summa felicitas eſt, rerum irrecuperabilium obliuio.

*Mathias Viennam occupat.*

*Frideri. Cæſaris ſymbolum.*

Interim Gandaui, & in reliqua Flandria, poſt Cordæi diſceſſum, factæ ſunt magnæ animorum mutationes. Videbant pleriq;, offenſum non immeritò Maximilianum, multorũ præterea principum ac vicinarum prouinciarum animos à cauſa ſua auerſos, contra quorum potentiam, in ſuis non ſatis firmum, in Gallis minùs fidum haberent præſidium. Quibus rebus moti, maior pars ad pacem proniores erant. Apud Gandauenſes verò, in quos aliorum oculi erant coniecti, ex triginta duobus opificum collegijs, non niſi tria, ad ſummum quatuor, bellum paci anteferebant, reliqui omnes, imprimis verò nauicularij, quod inter collégia maximum,

*Flandri ad pacem inclinant.*

Ayuntamiento de Madrid

ximum, nihil lu[illegible]ri ſe belli tempore facere videbat, pacem ſuadebant. Sed Guilielmus Rhenenſis, ac alij nonnulli, bellum ſibi fructuoſiùs rati, ſupellectilem Principis auream ac argenteam vendi debere, & redacta inde pecunia, Gallis ſtipendia exolui cõtendebant, quòd ex ea re prædam fortaſſe aliquam ſperarent. Id odorati nõnulli, clamorem in illos excitant: indignum eſſe, paucos quoſdam, priuatæ rei cauſa, publicam euertere. Nec mora plebs, arreptis quæ caſus obuia ferebat armis, in forum aduolat, nouosq; ex ſe pręfectos & magiſtratum creant. Hi plebis furori obſequentes, Rhenenſem, & Danielem Auredonum, in carcerem duci, deque ipſorum factis, & reipublicæ adminiſtratione, quæſtionem haberi iubent. Igitur pacis tractationem Teneramundæ impediiſſe, & alia neſcio quæ, contrà ac decet feciſſe accuſati, ac (vti ferebatur) conuicti, capite pœnas luerunt. In idem vitæ periculum incidit quoq; Adrianus Raſſemgeimius, & commilitones eius nonnulli, viri nobiles, ſed interuentu quorundam, quos donis & promiſſis ſibi conciliauerant, erepti, Tornacum abiêre. Romontius, qui Aloſti cum præſidio erat, ex hac voluntatum mutatione periculum veritus, negato per Gandauium tranſitu, alia via Cordæũ in agro Tornacenſi aſſecutus eſt. Is, collocatis contra portam S. Martini caſtris, cùm oppidanos ſibi non ſatis beneuolos videret, quarto die quam venerat, Heſdinum cum Romontio abijt.

*Seditio Gandauij.*

*Rhenenſis decollatus.*

*Romontius ex Flandria abit.*

Poſt vtriuſq; diſceſſum, Flandriæ ciuitates pleræq;, cum Maximiliano in gratiam redire decreuêre. Imprimis verò Brugenſes, legatos ad eum mittunt, & veniam pacti, vti ad ſeſe veniat, precantur. Erat eo tempore Archidux in obſidione Scluſæ oppidi, qui audita legatione, rem eam præuertendam ratus, ſtatim Brugas conuertit, vbi ſummo cum honore exceptus eſt. Ex proceribus nonnulli, qui contra ipſum ſenſerant, aut capti fuêre, aut expulſi, & eorum bona fiſco addicta. Vxor Romontij: Philippo Cliuenſi, Verienſis; Beuerenſi in liberas cuſtodias datę. Gruthuſij ſupellex; Naſſouio ceſſit. Ipſe acceptis tribus aureûm nummûm millibus, Inſulanæ ciuitatis arcem, quam tenebat, Maximiliano tradidit, & ad Romontium profectus eſt, cuius ſororem duxerat.

*Maxim. Brugas accerſitur.*

Paucis pòſt diebus tres Flandrię ſtatus, de communi conſilio, capita quædam conciliationis deſcripta, Maximiliano obtulêre, quorum hæc erat ſumma: Vti Flandri, principis ſui patrem, legitimum

Ayuntamiento de Madrid

timum eiuſdem tutorem agnoſcerent,idq; ad dictum diem Gandauij iureiurando confirmarent.Ille vetera ipſorum iura, priuilegia,immunitates,inſtitutaq; rata haberet,nihil eorum,quę à Mariæ obitu Philippi nomine acta erant, reſcinderet, recepto ante Gandauij mœnia in poteſtatem filio,vrbem ingreſſus, non abducturum ſe eum, ante pubertatis annos, ſanctè iuraret, veniam eorum, quæ belli tempore commiſſa erant, daret, exules poſtliminio reſtitui permitteret, exceptis nonnullis, cum quibus iure experiri integrum eſſet. Maximilianus lectis ac probatis conditionibus, iter Gandauium edicit, ad ſextum Id. Iulias. Philippus his de rebus certior, Gandauiēſibus arma ponere, & ad excipiendum ex dignitate patrem, omnia parare per præconem iuſſis, hora ſecunda pomeridiana,cum Rauenſteinio,& reliquo procerum comitatu, vrbem egreſſus, obuium habuit Oliuerium Marchianũ, à Maximiliano præmiſſum, vti, quo ordine omnia eſſent peragenda,cõſtitueret. Cum eo, ad ſacellum quoddam ſuburbanum, collocutus, patri vlteriùs obuiam procedit, quem propiùs aduenientem,aperto capite,honorabundus excipit, inde in amplexus vterque ruunt,non ſine multis & ipſorum & ſpectantium lachrimis.Præcedebant Maximilianum Naſſouius, Montigneius, Palmenſis, & alij nonnulli, quinque Germanorum peditum millia, ſub ſignis ducentes, quos, etſi Gandauenſes non admodum lubentes videbant, nihil tamen in præſentia mouendum rati, ſupplicum ſpeciem exhibebant,in genua procumbentes, neq; exurgere iuſſi, priuſquàm pacis conditiones eſſent perlectæ. Inde in vrbem ſeſe principes contulêre, & Maximilianus, ad deſignatum in Vallo hoſpitium, (id loco nomen) magna cum pompa deductus eſt. Poſtridiè, in æde D. Ioannis, pacis conditiones, iuriſiurandi relligione confirmatæ ſunt, vbi Maximilianus, Matthiam Paiardum,Tribunum plebis,(Magnum Decanum vulgò indigetant)militari baltheo donauit. Interim Fenninus nothus, militari quadam fiducia vſus,Principem vltrò accedens,veniam admiſſæ in ipſum culpæ orat.Is ad veniam promptus, manum illi porrigit,etſi ignoto, mox ab alijs edoctus, Gandauienſibus illum ſtipendia proximo feciſſe bello, ſed cætera egregium, multa ſæpè in Gallos præclara facinora edidiſſe,lubens,inquit,illi ignoſco,neq; factum muto,cùm eo in Gallos animo ſit.

*Pax fit cũ Flandris.*

*Conditiones pacis.*

*Max. Gandauiũ ingreſſus.*

*Maxi. ad veniã promptus.*

Cùm

Ayuntamiento de Madrid

Cùm itaque iam ſatis quieta eſſe omnia viderentur, nouus de improuiſo tumultus, magnaque animorum conſternatio extitit. Coniecti erant in vincula, à prætore vrbano, quatuor milites, qui cauponis famulæ, vim intentâſſe, dicebantur. Eos alij aliquot commilitones, ereptis lorarij ancillæ clauibus, educere tentant, clamat ancilla, ad clamorem accurrit herus primùm, dehinc alij quoque, donec peruagatus magnam vrbis partem rumor, vim à Germanis fieri, ciues ad arma concitauit. Accurrunt frequentes, prætorium circumſtant, & turbulentis vocibus milites ad ſupplicia depoſcunt, inde in vetus forum procurrunt, alius alium hortantes, totam ciuitatem commouent. Maximilianus re ſubita exterritus, ex ſuis mittit, multitudinẽ, vti quieſcãt, & domum quiſq; abeant, hortatur, cætera ſibi curæ fore, neq; militibus, ſi quid deliquiſſent, impunè id eſſe abiturum. Illi in armis permanentes, ſub veſperum, ſigna in foro defigunt, aditus omnes, carrorum, aſſerum, & ruderum obiectu, muniunt, & tormenta quædam leuiora, locis oportunis, diſponunt. Mittitur ad ipſos præſul Cameracẽſis, ſed nec ipſe permouere multitudinem potuit. Circa horam decimam, ſeruato ordine, ad hoſpitium principis ducunt, duos pontes proximos occupant, cætera circùm loca, contra incurſum muniunt. Princeps, verſis omnibus, nullam niſi in armis ſpem eſſe videns, Germanos omnes, quoſq; alios ſecum habebat, arma expedire imperat, & extrema periclitari ſtatuit. Intercedunt Rauenſteinus, alijq; proceres, ac cum ijs ex magiſtratu quoq; & ciuibus nonnulli, cæteris prudentiores, & in genua prouoluti, ad mitiora illum conſilia flectere conituntur, inconditam eſſe multitudinem, nihil publico conſilio geri, ſtatim eadem temeritate, qua ceperint, arma poſituros, ac, vbi ira deferbuerit, vltrò dilapſuros. His eorum precibus aſſenſus, ſuos, ne ferro & igni (vti ſtatutum erat) in ciues ſæuirent, Maximilianus inhibuit: alioquin fœda hominum clades, ea nocte eueniſſet. Eſt quidem non contemnenda ciuium vis, pro aris ac focis depugnantium, ſed ea poſt primum impetum facilè elangueſcit, dum quilibet priuatę ſuę rei, quam publicæ, curam potiorem habet, cõtrà extraneus miles, præter vitam, illic quod amittat non habet, & in victoria prædam eſſe videns, & ab animo & ab armorum vſu paratior, rem gerit. Id multorum bellorũ vſus comprobauit. Igitur Maximilianus rei euentum ex-

*Tumultus Gandauij.*

*Exitij nulla ratio.*

*Vulgi furor poſt primum impetũ elangueſcit.*



Ayuntamiento de Madrid

pectandum ratus, quid Flandri moueant, cum cura obſeruari iubet. Chymaium verò, & Beuerenſem, vltrò ſuam offerentes operam, ad illos accedere, vti multitudinis animos, iterum ad quietē permouerent, permiſit. Hi non tantùm non auditi, ſed faceſſere illinc iuſſi, etſi inermes ipſi erant, vix tamen ab armatis tuti ſatis, cum periculo ad principem redeunt. Iamq; Flandri, ſolito in rebus vltimis campanę ſonitu, (magnum Rolandum vocant) ſocios cōuocabant, & inuadendæ pugnę quaſi ſignum dabant. Maximilianus igitur, vti animos eorum ac vires exploraret, Germanorum aliquot manipulos, cum Anglis non multis, in ipſos emittit, reliquos in armis apud ſeſe retinet. Illi poſt leuem pugnam Flandros loco pellunt, tormenta quædam eripiunt, & rudera pedibus obiecta, in pręterlabentem fluuium deturbant. Flandri, amiſſis nonnullis, in vetus forum retrogreſſi, per internuncios indicant, pacis ſe conditiones nō aſpernari, modò lectis vtrinq; arbitris, rei æquitas expendatur. Ea re conceſſa, circa ſextam matutinam, domum quiſq; ſuam abiêre. Maximilianus dehinc prætoriā domum cum ſuis ingreſſus, re diſceptata, ſeditionis authores, noxæ dedi imperat. Octo ex ijs capite pœnas luerunt, reliqui ad octoginta in exilium acti. Dein verò, vti tutiùs apud ipſos agere poſſet, oportuna quædam vrbis loca, circa hoſpitium, & in foro occupat, & tormenta bellica, quæ Cordæus illic reliquerat, in ſuam poteſtatem redigit. Interim ciues aulæa quædam, libroſque, & aliam ſupellectilem ei reſtituunt, centum & viginti ſeptem aureûm nummûm millia, intra annum, multæ nomine exoluturos recipiunt. Erat in medio foro theatrum, viginti pedes altum, ad quatuor eius angulos, totidem ex orichalco leones, ſingula ſuſtinebant inſignia, Regis Gallorum puta, Philippi principis, Flandriæq; & Gandauij vrbis. Archidux verò de die, videntibus cunctis, arma Gallica deijci, & ſua in eorum locum attolli iuſſit. Inde legationibus audiendis dies aliquot impendit, quę per eos dies in vicinis locis ſubſtiterāt. Tandem Philippum filium, per mediam vrbem deductum, atq; à Rauenſteinio, alijsq; proceribus comitatum, in Brabantiam mittit. Ipſe ad duodecimum Calendas Auguſti, ſella altiori loco poſita, ſubnixus, magiſtratus omnes, ſenatumq;, & opificum decuriones, primoſq; ciuium intromitti in atrium iubet, quos atratos, ſupplicumq; ac reorum ſpeciem pręſe ferentes, Cancellarius Brabantiæ

*Magnus Rolandus campana.*

*Theatrum Gandauij.*

*Philippus Gandauio diſcedit.*

Ayuntamiento de Madrid

bantiæ in hunc modum allocutus eſt: Neminem ex vobis, viri Gandauienſes, tam iniquum eſſe ac vecordem puto, qui negare auſit, indignas à veſtris hominibus iniurias, magnamque contumaciam in Sereniſſimum noſtrum Principem extitiſſe, quibus omnibus obliuioni traditis, pro ſingulari ſua clementia, in gratiam vos receperit, pacemq; vobis dederit, magis ex veſtro, quàm aut ſuo, aut filij ſui commodo: quæ eius lenitas, multis Principibus admirationi fuit. Iam verò, poſtquam vocatus ad vos acceſſit, pacis conditionibus per vos conſcriptis, ac iureiurando confirmatis, non defuêre ex vobis, maior ciuium pars, qui quæſita turbarum occaſione, nihil veritum, ac proindè imparatum, de nocte in hoſpitio obruere conati ſunt. Qua veſtra inſolẽtia, (ne quid atrociùs dicam) ita labefactata ipſius patientia fuit, vti vindictam perſequi, veſtraque omnia ferro ac igni euaſtare, in animo habuerit, niſi eum amicorum preces, ſacrarum ędium, & innocentum quorumdam ciuium, ſacri item ordinis, ac imbellis ſexus, ætatiſque commiſeratio, flectere animum compuliſſent. Igitur nõ vti Princeps in rebelles, non vti victor in victos, ſed vti pater in filios agere decreuit, & vobis liberam dicendi facultatem indulgens, audire cupit, quibus tandem legibus pacem accepturi ſitis. Hæc vbi Cancellarius dixiſſet, Gandauienſes per Quæſtorem ærarij (Penſionarium vocant) ſubmiſſè admodum reſpondent, hæc omnia ita ſeſe habere, & per Principem ſtetiſſe, vti iam Gandauij ipſum Gandauium fruſtra quæreretur. Agnoſcere ſe veteres offenſas, in nouo ſcelere paucorum culpam fuiſſe, qui iam pœnas dederint, reliquos veniam ab indulgentiſſimo principe precari, pacis conditionibus, & ſi nouas quaſdam adijcere voluerit, impoſterum ſtaturos. His dictis priuilegia ſuæ vrbis illi exhibent, & ſi qua minus probarẽtur, ea aut mutandi aut abolendi poteſtatem faciunt. Id ab illo in nonnullis factum. Inde omnes ſublata voce veniam & pacem expoſcunt, quam concedere ſeſe omnibus declarauit.

*Gandauienſes increpantur.*

*Maximiliani clementia.*

Poſthæc ad ordinandum reipublicæ ſtatum, animum adiecit, & octo viros, ſpectatæ fidei, creauit, qui nouum magiſtratum legerent, ex ijs hominibus, qui nunquam publico aliquo munere functi eſſent. Hi coram principe, impoſitis S. cruci digitis primoribus, in eius verba iurârunt. Pax dehinc publicè proclamata, & quod diei ſupererat, feſtis epulis datum. Antequàm ex vrbe abijt

*Gandauij nouus magiſtratus cõſtituitur.*

Maximilianus, Dominum de Motte, Gandauienſibus præfecit. Grunbeckius Iacobum de Giſtellis, eiq; centum ſtipatores additos fuiſſe, dicit. Hinc Bruxellas ad conuentum profectus eſt, quò iam filius ipſum præceſſerat. Bruxellis agenti, nuncius adfertur, de nouis Leodienſiũ motibus, qui à Guiliermi filijs & cognatis concitati, Hornanum Epiſcopum repudiabant. Itaque cum exercitu Centronum vſque aduolans, obuios habuit eorum legatos, bellum deprecantes, quibus cum ex ſuis in vrbem miſit, Epiſcopum Cameracenſem, Abbatem S. Bertini & Oliuerium Marchianum, vt fœdus pacemq; anteà factam, denuò inſtaurarent. Horum conatus omnes irritos facere ſtudebant, qui iuuare maximè debuerant, quatuor vrbis præfecti: ſed ij paucis diebus, orto ciuili tumultu, à popularibus trucidati ſunt, quibus è medio ſublatis, omnia poſthac ſatis proſperè ſucceſſêre.

*Iacobus de Giſtellis.*

*Leodienſium motus.*

*Fridericus Cæſar in Vbios profectus.*

Inter hæc Fridericus Imperator Coloniam venit, menſe Decembri, vbi Hermãno Haſſo, Colonienſium Archiepiſcopo, beneficia & commoda, ab Imperatore tribui ſolita, contulit. Is enim Ruperto in arce Blanckenſteina mortuo, in qua biennium captiuus detinebatur, ſucceſſerat. Fridericus indè Aquiſgranum profectus eſt, vbi Guilielmo iuniori, Iuliacenſis & Bergenſis ducatuum inſignia contulit, intercedente Maximiliano, qui & ipſe, compoſitis Leodienſium rebus, eò venerat, magno cum gaudio parentis, iam enim octo anni elapſi erant, ab eo tempore, quo alter alterum viderat. Coloniam inde ambo aſcendêre, initio Ianuarij, vbi ad eos venit, cum celeberrimo comitatu, Cliuiæ Princeps, cui à Cæſare ſolemni ritu Cliuiæ, Marchiæ, & Gennapię inſignia ſunt attributa. Celebratis Coloniæ Regalibus, Francofurtum abiêre, quò iam ad comitia indicta, frequentes aduenerant principes. Francofurti Maximiliano præſtò fuêre, Leodienſium legati, qui pecuniam pro belli ſumptibus, & annuam penſionem, quam Carolo dederant, exhibituros ſeſe polliciti, fœdus & amicitiam cum eo firmant, & Hornanum præſulem ſuum agnoſcunt.

*1486.*

*Comitia Francofurti.*

Interim Fridericus, cum Septemuiris Imperij Electoribus, de filio in Regem Romanorum eligendo, conſilia agitabat. Eam rem impedire pro virili conabantur Gallorum legati, multis & donis, & promiſſis, animos principum oppugnantes. Maximilianus verò, dexteritate quadam & gratia effecit, vti literæ, ad pleroſq;

Ayuntamiento de Madrid

roſq; ea de re, iuſſu Regis, perſcriptæ, ſibi traderentur, quas Virodunenſi preſuli, legationis principi, multa excuſanti, oſtendit: quare turbatus ille, & attonitus, nihil vlteriùs mouit. Itaque ab omnibus ſimul Electoribus, Maximilianus conſors Imperij declaratus, & in æde ſumma D. Bartholomæi, recepto titulo, Romanorum rex proclamatus eſt, ad decimum tertium Calendas Martij. Sunt qui Fridericum, renunciata filij electione, largiter illachrimaſſe, affirmant. Id variè pro ſuo quiſq; iudicio interpretabantur: crediderim ego ex gaudio illud factum: niſi quis imperij molem, multaq; in eo aduerſa illum conſideraſſe putet: & ſunt plerumque viri boni ad fletum procliuiores. Iudæum item ferunt ariolum, ſiue ſuperſtitioſum, publicè affirmaſſe, vltimum eo die ex Germanis Cæſarem creari, qui ab Electoribus interrogatus, & hoc ita ſe habere, & ex Maximiliani poſteris ipſi ſucceſſurum, qui latè per Europam ſit regnaturus, magnamq; ſub eo mutationem rerum fore. Hæc poſtea ad Carolum Quintum pertinere viſa, etſi non vſquequaq; omnia conueniant. Sed de vate ipſo, aut vaticinij veritate, ſiue ea coniectura fuit, non eſt operæ diſputare.

*Maximilian. fit Rom. rex.*

*Boni ad fletum procliues.*

*Iudæi ariolatoris vaticinium.*

In his ipſis comitiis, Fridericus pacem & concordiam, per omnes Imperij ditiones, inter principes, reliquosq; ordines, ad decennium ſeruandam, inſtituit, vti ꝓhibito armorum vſu, res omnes, æquæ iuris diſceptationi, committerentur, qui contrà faxit, is hoſtis reipublicæ proſcriberetur, in cuius vitam, bonaq; & fortunas omnes, cuiq; graſſari integrum eſſet. His ita cõſtitutis, Aquiſgranum, ad ſuſcipiendam coronam, iter ingreſſi ſunt. Erant in eorum comitatu, Moguntinenſis, Treuirenſis, & Colonienſis Archiepiſcopi: Erneſtus Saxoniæ Princeps Elector, cum Alberto agnato, multiq; alij præſules, reguli, nobiles, & ciuitatum legati. In Vbijs adfuêre præter hos, Guilielmus Iuliacenſis, Carolus Geldrenſis: Epiſcopi item, Saliſburgenſis, Auguſtanus, Spirenſis, Miſnenſis, Vltraiectinus, Leodienſis, Oſnabruggenſis, Monaſterienſis, ac alij nonnulli, quibus præſentibus, coronatus & ſolemni ritu in Regem conſecratus eſt Maximilianus, tertio Idus Aprilis. Peracta coronatione, Rex cum patre in Brabantiam profectus, Bruxellis quæſitiſſimo apparatu exceptus eſt. Cùm verò in palatio nobilium Caubercanorum (quæ ex ſeptem principalioribus eius loci familijs non eſt poſtrema) cœnam vnà caperent, eaque

*Max. Aquiſgrani coronatur.*

*Frid. in Brabãtiã proficiſcitur.*



Ayuntamiento de Madrid

in multam noctem protraheretur, graue diſſidium inter ſatellites regios & Bruxellenſes ortum eſt, iamque à verbis ad manus ventum erat, & vtrinque iam aliquot vulnerati erant, cum Rex ipſe ad clamorem è conuiuio prouolans, medium ſeſe interpoſuit, cuius reuerentia moti, ferrum depoſuêre. Bruxellis indè ambo ad vicinas Flandriæ ciuitates perrexêre, ac Gandauij in primis & Brugis, dies aliquot commorati ſunt. Pòſt in Brabantiam rediêre, & reliquis eius prouinciæ locis perluſtratis, adulto iam autumno, Fridericus, relicto filio, in ſuperiorem Germaniam, ad res Imperij componendas, abijt.

*Cordæus Morinos inuadit.* *1487.*

Interim Cordæus apud Morinos, infeſto agmine, itinera omnia peruagatus, Maximiliani præſidijs, quæ in ijs locis habebat, commeatum interuortere ſatagebat, multiſque eos incommodis vexabat. Huic obuiam iturus, exacta iam hyeme, Romanorum Rex, militem cōtrahit, Germani verò ad mille ſexcētos, qui Helmontij in hibernis fuerant, in duo diuiſi agmina, poſtquàm Aloſtum & Cortracum eſſent ingreſſi, vlteriùs ire noluerunt, niſi numerato priùs ſtipendio. His ex pecunia, quam ciuitates illæ cōtulêre, ſatisfactum: hinc in valle Caſſelia caſtra metatus Rex, commeatum expectabat, quo aducto, propiùs hoſtem mouit, qui non expectato eius aduentu, ex ijs locis receſſit, igitur neceſſaria Terouannam, & in alia loca ſunt illata. Aëream inde tentaturus, ad Ienſium caſtra poſuit. Ibi iterum Germani aliquot, occultis à Gallo pactionibus corrupti, ſolita militiæ obſequia detrectant, & annonæ difficultatem, defectionis flagitio, cauſam prætexunt. Igitur ne ea res periculum crearet, Inſulas ſe contulit, & militem commeatu & pecunia recreauit. Ex conſilio dein Friderici Hornani, Quintiniſanum, celebre in Veromanduis oppidum, tētare ſtatuit, & itinere raptim facto, ſub mœnia vſque duxit, ſed à Gallis perceptus, extra teli iactum ſe recepit. Cumque nullum operæ aut moræ precium, ijs in locis fieri, neq; Cordæum ſui copiam facere videret, & aſſiduæ, per anni tempus, pluuiæ caderent, auxilia prouincialium dimiſit: Germanos, in Eburonum finibus, per pręſidia diſtribuit, ipſe Bruxellas, vbi paucos dies commoratus, atque inde in Batauos abijt.

*Comitia Norimbergæ.*

In Germania verò, Fridericus Imperator, iterum hoc anno Norimbergæ conuentum ordinum habuit, in quo multa fuerunt acta,

Ayuntamiento de Madrid

acta, de auxilijs, & in communem Chriſtianorum, & in priuatum ipſius hoſtem Mathiam, decernendis. Multæ quoque de pace in Imperio firmanda, omnibusq; controuerſijs, amicè componendis, conſultationes ſunt habitæ. Et quamuis, adnitente maximè Friderico, pacem ſeruari debere, omnes decernerent, nihil tamen ad rei ſummam tranſigi potuit, quin malè ſarta inter inimicos gratia, iterum diſſolueretur. Soli ex omnibus Sueui, fœdus inter ſeſe iniêre, cui principes nonnulli, & vicinæ ciuitates, ſubſcripſêre, idq; per multos annos in hodiernum diem vſque tenuit, mutuis auxiliis & conſiliis adeò firmum, vti & ſuis præſidio, & exteris terrori eſſet. Sed ad Belgas redeo. *Sueuicũ fœdus.*

Poſt Maximiliani diſceſſum, Cordęus iterum in Morinos profectus, Terouannę prępſidium ad defectionem ſollicitabat. Quod vbi Maximiliano nunciatum, qui tùm ex Holandia reuerſus, in ſyluis Bruxellenſibus, venando ſe recreabat, milite collecto, ad opem ſuis ferendam accurrit, & Gallis retrocedentibus, commeatum in ciuitatem importat. Interim Cordæus, quadringentis viris comitatus, quorum maior pars nobiles erant, Odomarifanum, munitam ciuitatem, noctu admotis ſcalis, capit, nunquam id facere auſurus, niſi quàm plurimos illic ſibi addictos habuiſſet. Ea res magnum Terouannenſibus incommodum attulit, quibus iam commeatus intercipi poterat. Poſt aliquot ſeptimanas Cordæus, vigile quodam pecunia corrupto: qui in altiſſima turri ad ſpeculam ſedebat, ne campana ſignum daret, in monaſterium S. Ioannis noctu peruenit, vnde ſub diei crepuſculum, quo tempore vigiles è mœnibus domum ibant, antequàm alij in eorum locum ſuccederent, oppidum inuadit, nemine ferè eius aduentum percipiente, aut arma contrà ferente: præfecti enim & milites, paucis admodum exceptis, in lecto depræhenſi fuêre. Hoc rerum ſucceſſu lætus, alium porrò dolum inſtituit. Erat Bethuniæ tormentarius quidam, non ſuis tantum, ſed hoſtium quoque nonnullis cognitus. Is à Cordæo inſtructus, miſſis ad præfectos quoſdam internuncijs, proditionem oppidi, ſi cum militum aliquanta manu propiùs accederēt, pollicebatur. Huic bolo inhiantes Balduinus Lanoius, & alij nonnulli proceres, conuocato ex vicinis locis milite, ad præſtitutum ſibi tempus adſunt, quos ex inſidijs aggreſſus Cordæus, Carolum Geldriæ principem, Naſſouiumq;, *Cordæ' Odomarifanum capit.* *Cordæi dolus.*



Ayuntamiento de Madrid

&Boſſutium cum alijs nonnullis capit, quos pecunia multatos, poſtea dimiſit. Inter hęc Flandri, & inter hos primi Gandauienſes, ſua cum Gallis conſilia agitabant. Venerat per eoſdem dies Tornacum, Adrianus Raſſemgemius, qui ex caſtro Villæfortis, deceptis cuſtodibus, abierat, cum eo congreditur clàm Capinolus quidam Gandauienſis, ob ſeditionem domo pulſus. Hi, communicato cum paucis conſilio, quàm occultiſſimo itinere Gandauium pergunt, & à ſuæ factionis hominibus adiuti, exautorato, quem Rex iuſſerat, ſenatu, alium, nouoſque magiſtratus & opificum tribunos creant.

*Capinolus.*

*1 4 8 8.*
*Aegidius Buſlidius.*

Hoc nuncio accepto, Maximilianus filium Bruxellis, vbi hactenus fuerat, Mechliniam migrare iuſſit, vbi ſub Ægidio Buſlidio, viro & genere & doctrina nobili, adoleſcentiam egit. Ipſe verò à Petro quodam, cui à longo collo cognomen, ac alijs nonnullis inuitatus, Brugas ſe cum quingentis tantum hominibus contulit; omnia enim illic quieta eſſe nunciabatur, & ſi quid turbarum exiſteret, affirmabat Petrus, ad tria hominum millia in ciuitate eſſe, quos in omnem euentum ſibi obſecuturos ſciret. Pridiè Calendas Februarias Maximilianus, circiter horam quartam matutinam, per S. Crucis portam cum paucis egreſſus, paulò pòſt rediјt, ac reliquos ſecum educere voluit, Cortracum tentaturus. Interim Brugenſes, concurſu facto, portas omnes occluſêre, neque ante ſextam eas aperiri ſe paſſuros dixêre. Poſt horæ ſpatium trepidus aduenit Longicollius, is regi ſuadet, cum ſuis omnibus in forum veniat, ibi ſe cum ſuis quoque adfuturum, quò facilius, quę vellet, à ciuibus obtinere poſſet. Rex eius conſilio obſecutus, cum centum quadraginta ſex familiaribus, in forum pedes venit. Petrus quoque diu expectatus adfuit, neminem eorum adducens, quos in poteſtate ſeſe habiturum dixerat. Mox vbi núciatum eſt, fabrorum collegium præ cæteris maximè timendum, portam Gandauienſem occupaſſe, Rex præmiſſo ad eos nuncio, ipſe eò cum paucis vadit, &, quid ſibi velint, quęrit. Illi, portam ſeſe ad vltimum vſque ſpiritum defenſuros, reſpondent.

*Maximilia. rex Brugas proficiſcitur.*

*Petrus Longicollius.*

Interim dum rex abeſt: ex cauſa admodum leui, grauis quædam turba oritur. Qui cum eo in forum venerant, haſtam ſinguli oblongam attulerant. Erat verò inter eos Fridericus Comes à Zol lern, qui à nobilibus quibuſdam Belgis, qui tàm expeditum haſtæ

*Frid. à Zollern.*

vſum

Ayuntamiento de Madrid

vſum non habebant, rogatus, qua dexteritate illam demittere, & ſi vſus poſcat, hoſti aciem intentare deberent? ſuam ſtatim expediens, modum illis commonſtrat. Qui cum in eo ſeſe exercerent, & exemplum eius ſequerentur, ciues nonnulli, exaſperato iam anteà animo, & hac occaſione arrepta, quaſi in ipſos arma intentarentur, ex foro diffugiunt, totam ciuitatem clamoribus ad arma & vim propulſandam concitant. Reuerſus in forum Maximilianus, cum ex Petri monitu, haſtas erecta cuſpide portare, iuſſis, domum redit. Brugenſes verò, vndiq; armati, in forum concurrunt, nullum regi periculum eſſe, ſi Germanos abs ſe dimittat, clamant, eorum præſentiam ferri non poſſe, à quibus & ipſi, & ſociꝫ ciuitates, multis incommodis affecti eſſent. Maximilianus reſpondet, neminem ſe, præter aulicos ſuos, cum modico præſidio, adduxiſſe, quibus cum ſi & ipſe emittatur, non ægrè laturum, mirari quid ſibi velint, quid tumultuentur, veniſſe anteà in forum cum paucis, neq; vim vllam aut iniuriam cogitaſſe, & ne nunc quidem, vti quemquam lędat, in animo habere, quare domum quiſq; abeant, arma non neceſſaria deponant. His auditis, circiter quadringenti in foro remanſère, cæteri domum profecti, in armis ſeſe continuère, ad omnem ſtrepitum intenti. Sub noctem Longicollius & ciuium nonnulli, qui cum eo apud regem erant, clàm ſeſe ſubduxerunt, quæ res metum nonnihil auxit, igitur rex cum ſuis eam noctem in armis fuit, ſed nihil turbatum eſt.

*Tumultus Brugis.*

*Lõgicollius Regi metum auget.*

Die ſequenti, qui erat Dominicus, ſummo mane, Petrus ab Ouo prætor vrbanus, Ioannes Vkirchius, & alij quidã ex magiſtratu regi ſuadent, vti in forum ad opificum tribunos prodeat, eoſq; & multitudinem benignè compellet. Itaque aſſumptis ſecum viginti tantùm nobilibus, qui equitantem pedibus ſequerentur, in forum progreſſus, ſpectandum ſe præbet, omneſq; bono animo eſſe, ac ea de ſe ſperare iubet, quæ fidis ſubditis, à cordato principe, præſtari æquum eſſet. Id vbi ſeſe facturos recepiſſent, equo deſiliens, in prætorium aſcendit, & per præconem ex feneſtra proclamari iubet, petere regem & velle, vti quiſq; domum abeat, ac depoſitis armis, quietem colat. Illi ſublato clamore, non priùs ſe aut foro exceſſuros, aut arma poſituros reſpondent, quàm Petrum Longicollium in poteſtate eſſent habituri. Rex nihil ſe proficere videns, domum redijt. Sub noctem in foro manẽtes tribuni, centum ex

Ayuntamiento de Madrid

tum ex ſuis ad hoſpitium regis mittunt, illic excubias acturos, ijs quo genium curarent, abundè ſuppeditatum. Exorto die omnia hoſpitij penetralia nullo prohibente perſcrutati, neminem illic armatum (vti ſuſpicabantur) inueniunt. Sequenti nocte iterum vigilias obeunt. Nonis Februarij poſt cœnæ tempus, Prætor Vkirchius, & Adrianus quidam fabrorũ decurio, Maximiliani cubiculum ingreſſi, ipſum orant, vti in forum iterum prodeat, dandum hoc eſſe populi furori, qui aliter cohiberi nõ poſſet ab aperta vi. Maximilianus, vti eam noctem quietè illic agere ſinant, poſtulat, poſtridiè cum ipſis iturum quò vellent. Illi porrò inſtare, precibus vrgere, ac verendum dicere, niſi obſequatur, ne ea nocte inſignis aliqua calamitas vel ipſi, vel ipſius aulicis adferatur. Adrianus verò dubitare ipſum videns: hoc, inquit, caput pignori oppono, nihil hac in re periculi fore, quin à populo tantùm conſpectus, domum abſque fraude reuertaris. Rex ex tam anxia illorum cura periculum metuens, & in multitudine furijs accenſa, non ſatis tutam ſine viribus maieſtatem eſſe conſiderans, ne quid grauiùs in ſe ſtatueretur, animũ flexit, & cum ipſis in forum ad multitudinem progreſſus: Audio, inquit, viri Brugenſes, ſiniſtros de me ſermones ſpargi, neque deeſſe, qui me occulta in vos arma moliri, pars verò clàm fuga elapſum eſſe, prædicare auſi ſunt. Vtrumque falſò, ab improbis publicæ tranquillitatis turbatoribus dici, præſens ipſe teſtor. Adſum enim vti videtis, & viuere vobiſcũ & mori paratus: Hanc eius vocem, multi læto cum plauſu excepêre. Alij verò, domum redire parantem, retinent, alias illi ædes in ipſo foro aſſignant, Craneburgum vulgò vocatas. Eas milite armato circumquaque cuſtodiunt. Poſtero die, Gandauienſes circiter centum, Brugas veniunt, & vnà cum cæteris, ad commune conſilium & rerum gubernacula adhibentur, quibus iam certum erat, in libera cuſtodia retineri Maximilianum, quoad pacem cum Gallo ex ſuo vſu feciſſent.

*Max. noctu in forum progreditur.*

*Maxi. rex Brugis captus.*

Cùm iam in hoſpitio, quod dixi, rex paucos aliquot dies, ſatis quietus ageret, pridie Idus ſeditioſi aliquot, nulla commiſſione publica, in ædes penetrant, loca omnia perquirunt, ſicubi cum ferro quiſpiam inueniatur, nemine depræhenſo, arma quædam à pariete direpta, atque inter ea principis venabulum, ſecum auferunt. Poſt dies tres prætor & Vkirchius ad regem ingreſſi, totius populi

*Brugenſium petulantia.*

Ayuntamiento de Madrid

populi ac ſociorum Gandauienſium nomine, ex familiaribus eius in cuſtodias ſibi tradi poſtulant: Adolphum Naſſouium, Vitum Vuolckenſtainum, Martinũ & Vuolfgangum Polhaimios, Mangonalium aulę, Ioannem Teſchitzium ſtabuli pręfectum, & Melchiorem Maſmunſterum. Hos enim Maximiliano fidos, ac eo rerum gerendarum vſu præditos eſſe ſciebant, vti & opera & conſilio iuuare ipſum, ſuis verò rebus officere maximè poſſent. Aberant commodùm poſtremi duo & Naſſouius, reliqui in carcerem nihil reluctati ducuntur, Lapidẽ ipſi ſua lingua vocant. Aſſociantur his Cancellarius Burgundiæ, Abbas S. Bertini, & Philippus Loëtus, ſuis hoſpitijs extracti. Poſt cœnam intromiſſi ad regem ex Gandauienſibus quidam, de captiuis quietum eſſe iubent, nihil illis periculi fore, dandum hoc fuiſſe plebis furori, quo ſopito, omnia meliùs ceſſura. Præterea in animo ſibi & reliquis Flandriæ ordinibus eſſe, vti pacem cum Gallorum rege, ex prouinciarum & filij principis vſu componant, orare, vti ſuam ea de re voluntatem declaret. Rex adhæc primùm de captiuis reſpondet: conſtare ſibi de ipſorum innocentia, quos cum ſummo animi dolore, præter omnem aut æquitatis, aut humanitatis rationem, ita tractari audiat, vti bello capti, ab hoſte grauiora pati vix poſſint, petere igitur, & ſi æquum ſit orare, vti mitiùs illi habeãtur. De pace quod attineret, filij ſe curam, eiusq; prouincias, omnibus alijs rebus, & hæreditarijs in Germania ditionibus, potiores habuiſſe, ex quorum commodo, ſi pacem confieri poſſe confidant, id ſtrenuè ſe adiuturum, modò ſuæ & filij dignitatis habeatur ratio. Hoc eius reſponſum approbare viſi abiêre. Non multò pòſt reuerſi, grauiter cum eo conqueruntur, de Germanis equitibus, Hulſtij collocatis, qui ſacras aliquot ædes, in tractu Vuaſio, rapina, ac incendio defœdâſſe dicebantur, quod non ita fieri, ſed ab iniuria temperari eo potiſſimùm tempore debuiſſet, quo ad procurandam pacem ipſi conuenerant. Reſpondet rex, omni vitæ ſubſidio defectos equites forte aliquid tale deſignaſſe, dum ipſe in ea fortuna conſtitutus, neque inopiæ illorum ſubuenire, neque licentiam cohibere potuiſſet, impoſterum verò, quoad fieri poſſet, ne quid vlteriùs turbent cauturum. Brugenſes poſteà regi ſe excuſant, quòd captis commodiorem locum nondum aſſignâſſent, in culpa eſſe plebis turbulenta conſilia, & occupationes, breui ea de re viſuros. Dum hæc in-

*Maximiliani familiares capti.*

*Lapis carcer.*

*Neceſſitas durum telum.*

Ayuntamiento de Madrid

hæc inter ipſos diſceptantur, circa quartam veſpertinam inconditus ſubito clamor per plateas oritur ad ſuum quemq; vexillum adeſſe iubentium. Motum rei nouitate regem, Flandri bono animo eſſe iubent, viſuros ſe ac renunciaturos, quid rei ſit. Interim ciues & operæ concurrentes compræhenſis omnibus, qui vel in ſenatu vel in aliquo magiſtratu conſtituti parum cum ipſis facere videbantur, decem ex eis primi nominis multis contumelijs & cruciatibus diuexatos capite plecti iubent. Id facinus Gandauiẽſes collaudâſſe, & ſi in eo propoſito perſeuerarent, auxilia & abs ſe & à Gallis promiſiſſe ferebatur.

*Crudele facinus ſcutarij Gandauienſis.*

Dum hæc Brugis ad hunc modum geruntur, interim Gandauij tragicum & crudele facinus edidit ſcutarius quidam, ſui collegij tribunus, qui popularium ſtudijs fretus, vrbis ſe præfectum venditabat. Is Ioannem Grachthium, Ioannem Vtenhouium, & Petrum Gerſonem, viros adprimè nobiles, & alios decem vrbis primores ad ſe vocat, fictoq; vultu allocutus ex bono reipublicæ facturos dicit, ſi ea nocte apud ſe manſerint, obſequendum eſſe plebi, nec ſeditioni occaſionem præbendam, poſtridie liberos fore, id ſe iuramento ipſis confirmare. Hac eius oratione perſuaſi, & periurio fidem habentes, ſiue quod iam in eius poteſtate ſe teneri viderent, obſequuntur. Ille, quo minus ſiniſtri quidpiam ſuſpicarentur, vxores quoq; ipſorum vocari iubet, ac cœna ſatis lauta omnes excipit. Poſt dimiſſis domum vxoribus, dormitum conceditur. Sub primum ſomnum tribunus, adſumptis duobus Auguſtinianæ familiæ relligioſis, & carnifice, dormientes excitat, vltimam vitæ horam adeſſe nunciat, peccata ſi velint confiteantur, morti ſe comparent. Confeſſos, nulla amplius mora permiſſa, decollari iuſſit. Sanguinem eorum per tabulata deſtillantem, nullo modo elui potuiſſe, memoriæ proditum eſt. Capita dehinc, & corporum truncos, feretris imponi, & ad Auguſtinenſium cœmiterium deportari curat. Mox orta luce, vxoribus, quo in loco viros iam liberos ac ſolutos inuenturæ ſint, indicat. Brugenſes verò, circa medium Martium, mutata iterum ſententia, nouum Maximiliano hoſpitium aſſignãt, magis à foro & hominum frequentia remotum, vbi eum & quietiùs dormiturum, & tutiùs victurum dictitabant. Id erat prope D. Iacobi, loco ſolitario. Dein captiuos eius familiares cum alijs, quos dixi, Gandauium ſub cuſto-

*Miraculum.*

dia mit-

Ayuntamiento de Madrid

dia mittunt,promittentibus qui aderant Gandauienſibus,Brugas ſeſe eoſdem, vbi petierint, reducturos.

Interim Innocentius Pontifex,miſſis in Flandriã literis ac nuncijs, Brugenſibus eorumq́; ſocijs, ſacris omnibus interdicturum ſeſe minatur, niſi Romanorum regem libertati reſtituant. Magis verò eos mouit, quod Fridericum Imperatorem, cum exercitu in Belgium deſcendere audirent. Maximilianus verò,in ſummo metu agebat, quem augebat loci ſolitudo,& depræhenſus in aduerſa feneſtra cum arcu quidam.Itaq; ante patris aduentum, cum Flãdris tranſigere,ſumma ope nitebatur. Neque enim generoſus viri animus,præſentem rerum ſtatum,diutiùs ſibi ferendum putabat, cum à peſſimo quoq;,indigniſſimis conuicijs,ac dicterijs impeteretur.Igitur captato cum Flandrorum primis colloquio,ſermone temporis magis quàm dignitatis memori, de concordia & animorum conciliatione agere cœpit,à qua,neq; illi nimis alieni eſſe videbantur. Ea re Gandauij,Brugis atq; alijs Flandriæ ciuitatibus, aliquandiu in conſilijs agitata, perſcribuntur tandem capita quędam,& Maximiliano exhibentur.Iamq́; ciues (vt eſt multitudo in quemuis affectum mutabilis) poſitis armis,pacem & concordiam non minori ſtudio,quàm turbas & ſeditionem antea,flagitabant. Prudentiores verò, ex iniquis turbulentorum hominum actionibus, pœnas, & imminentem ſibi ab Imperatore belli molem timentes,Maximilianum imprimis,ac per ipſum,parẽtem eius Fridericum, placandum eſſe arbitrabantur. Itaq; Brugis indicuntur ſupplicationes publicæ, quibus ritè peractis, rex in medio foro, eminentiori ſolio ſubnixus, pacis & concordiæ leges iuramento confirmat,easq́; patrem quoq; ratas habiturum,ſpem facit.Is iam cum exercitu Brabantiam ingreſſus erat. Ad quem iturus Maximilianus,ſumpto in ędibus domini de Brieres prandio,extra portam egreſſus,obuios habuit Chriſtophorum Bauariæ principem, & Fridericum Zollerenſem, à patre cum expedita equitum manu præmiſſos. Rex antequàm cum ipſis abiret,ſenatum magiſtratuſque Brugenſes, ac opificum tribunos ad ſe vocatos, in hunc modum alloquitur: Compuliſtis me, viri Brugenſes, vti pacẽ à vobis ſociisq́; veſtris conceptam admitterem,quam, ſicuti iuratus ſum, ſartam tectam ſeruabo,ſed de parentis mei voluntate nihildũ certi promittere poſſum, & vehementer ambigo, quo tandẽ animo,

*Frid. cum exercitu Flandriam petit.*

*Brugenſes regi conciliantur.*



Ayuntamiento de Madrid

veſtras actiones ſit laturus. Vtcunq; de me eſtis promeriti, moneo atq; hortor, vti ipſum vobis conciliare operam detis, & impoſterũ prudentiùs ac proindè moderatiùs agatis. Hoc dicto, ſollicitos illos, ac multa dicere volentes, reliquit: & Hulſtiũ Flandriæ teutonicæ oppidum, atq; inde Mechliniam abijt, vbi parens Auguſtus, cum nepote Philippo, aliisq; principibus conſultabat. Maximilianus pro Flandris intercedens, iratum patrem lenire, & à bello dehortari ſtudebat: vindictam in aliud tempus differri commodiùs poſſe exiſtimans, nec bello perſequendam, in quo, ab innocẽtium ęſione, abſtineri nequeat, cùm vltio vltionẽ, cędes cædem ſequatur: euitata belli occaſione, ſuo tempore, meliùs in authores criminum vindicari poſſe: filij ętatem eam eſſe, vti pace potiùs, quàm bello, ad firmandum illi imperium, opus ſit, ne quid ſe abſente, & Germaniæ negociis occupato, Galli contra ipſum moliantur, qui occulta ſemper cum Flandris conſilia haberent, neq; eorũ defenſionẽ neglecturi viderentur. Hæc & alia in hanc rem plura Maximilianus. Parens verò: iniurias & contumelias tàm inſignes, non filio tantùm ac nepoti, ſed ſibi, atq; adeò toti Imperio illatas, bello nõ proſequi, infra dignitatem eſſe contendebat. Imperatoris ſententiam reliqui comprobabãt, igitur cum exercitu Flandriam ingreſſi, caſtra in Gandauienſi agro, ad pagum Ernerchemũ, metantur. Flandri verò defenſionem parant, copias contrahunt, & auxilia Gallorum accerſunt. Per eos dies, Brugis excurrentes nõnulli, caſtrum Coquiſeïum deditione capiunt, victores domum reuerſuri, in Fridericum Brandenburgicum incidunt, aliquot copiarum ducem. Is in illos irruens, ad mille cędit, ſeptingentos ſexaginta ſex deditos, templo proximo includit, qui pecunia vitam redemêre, numeratis, (vt fama erat) quinquaginta aureûm nummûm millibus. Inſtrumenta eorum bellica, cum reliqua militari ſupellectili, in caſtra ſecum attulit. Brugẽſes hac clade accepta, in maximo luctu ac timore verſabantur, erantq; ex ciuibus non pauci, qui miſſis in caſtra legatis, deditionem faciendam eſſe ſuaderẽt. Id ne fieret, Dominus Perneſius, cum mille equitibus Gallis, ex agro Inſulano Brugas accurrit, & deiectos illorum animos nonnihil erexit.

*Maxim. rex pro Flandris intercedit.*

*Frid. Brandem. Flandros cædit.*

Interim Maximilianus, cum aliquanta militum manu, caſtris egreſſus, Iprenſes per internuncios hortatur, in fide maneant, neu venientes ad ſeſe Gallos, intra mœnia recipiant. Illi ſpreto eius cõſilio, Cor-

ſilio, Cor-

Ayuntamiento de Madrid

ſilio, Cordæum cum ſuis intromittunt, cuius facti, poſt accepta damna, ſerò ipſos pœnituit. Poſt hęc, ſub finē Iunij, aſſumptis Saxone ac Bauaro principib⁹, Inſulas profectus, ciues inuenit obſequentes. Nihil enim tergiuerſati, de nouo verbis conceptis iurauêre, in eius ſe fide futuros, eumq́; legitimum filij tutorem agnituros. Itaque centum quinquaginta Germanorum præſidio arci impoſito, in caſtra redijt. Circa idem tempus, Dama oppidū quoque tentatum eſſe inuenio, & in eius oppugnatione cecidiſſe Albertum Marchionem Badenſem. Fridericus verò cùm neq; Gallos neq; Flandros ſui copiam facere, neque Gandauio, propter interiectos fluuios, ex eo loco, multum incōmodi adferri poſſe videret, de caſtris aliò transferendis conſilium cepit. Erant in vrbe Galli equites mille, quibus Cliuenſis & Rauenſteinius, qui jam ad Flandros tranſierant, ſuum quoque equitatum coniunxerant. Hi crebris excurſibus efficiebant, vti commeatus in caſtra ægrè ſubueheretur. Cùm igitur neq; prœlio decertari liceret, ac bellum diutiùs opinione traheretur, Fridericus filio bellum Flandrenſe relinquere, & in Germaniam, à qua diu abeſſe non poterat, reuerti ſtatuit, ac motis caſtris, in Brabantiam abijt. Equites verò non conſilio illum, ſed neceſſitate id facere, & incommodis abs ſe affectum, multis amiſſis, fugere potiùs, quàm abire iactitabant. Fridericus in Germaniam reuerſus, Norimbergæ ordinum conuentum egit, vbi grauiter de Mathia Hungariæ rege conqueſtus, copias auxiliares impetrat, cum quibus poſteà, in Auſtriam miſſus eſt, Albertus Saxoniæ princeps.

*Inſulani regi adhærent.*

*Frideri. Imp. ex Flandria in Germaniam ſuperiorem redit.*

Æſtatis initio, qua hæc apud Flandros geſta ſunt, Sigiſmundo Auſtriaco, Tyrolenſium domino, bellum incidit cum Venetis, de quo, cum alij multis ſcripſerint, quàm pauciſſimis dicam. Diſceptatum iam annos aliquot erat, de finibus, inter Ripenſes, Benaci accolas, & Arcuanos regulos, quorum ſub Sigiſmundi fide hi: ſub Venetorum illi erant, neq; dum per legatos ea lis componi potuerat. Accedebat de ferrifodinis, quæ in Noricis, vtrorumque finibus, communis ferè iuris habebantur, controuerſia. Cumque iam ad arma res veniſſet, Atheſini per agrum Tridentinum irrumpentes, Roboretum oppidum, tormentis quatiunt. Horum dux erat Gaudentius Amaſius, militari gloria illuſtris. Amaſiorum verò, vetus ijs in locis, & nobiliſſima olim familia, prorſus extincta eſt.

*Roboretum obſeſſum.*

*Gaudentius Amaſius.*



Ayuntamiento de Madrid

ſta eſt. Veneti ad hunc nuncium, copias conſcribunt, quibus Robertum Sanſeuerinatem, excelſi nominis ducem, præficiunt. Adduntur ei Iulius Cæſar Camertius & ipſe Veneti exercitus imperator, ac Lucas Piſanus eius legatus. Vrgebant acriter obſidionem Germani, & præcluſis vndequaq; viarum anguſtijs, nemo ſubuenire circumſeſſis poterat. Ideò Nicolaus Priulus loci prætor (Poteſtatem ipſi vocant) permiſſo hoſtium poteſtati oppido, in arcē ſe recepit, quadrageſimo obſidionis die. Dein ponte per Atheſim facto, Veneti omnem exercitum traijciunt. Singularis per eos dies pugna, ex prouocatione, inter Antonium Mariam, Roberti ducis filiū, & Georgium Comitem Sonnēbergicū, pares ętate ac animo iuuenes, ſpectaculum vtriſq; non ingratum præbuit. Hi equites priùs concurrunt, mox Italo in terram delato, Germanus, vti æquo Marte congrediatur, ſuum & ipſe equum relinquit, cumq; ille hunc deijcere conatur, vnà ambo corruunt, & Georgius ſuperincumbentis femur poſterius, quo arma non pertingebant, pugionis ictu aliquoties repetito, feriens, victoriæ confeſſionem extorſit, qua contentus, deductum in caſtra ac amicè habitum, & muneribus cultum, ad ſuos remiſit. Non multò pòſt, Germani prope Rupacionem, nec opinato impetu hoſtem adorti, multos cædunt. Robertum ipſum, in ſummo vitæ periculo conſtitutum, Antonius Maria & Venancius Iulij Camertis filius, ſeruauêre, ipſi verò ab hoſtibus circumuenti, ſe dedidêre. Poſt hanc pugnam, arx Roboreti in poteſtatem venit. Priulus prætor, & Franciſcus Craſſus arcis præfectus, capti, ad Sigiſmundum mittuntur. Cùm verò Germani, non numerato ſtipendio, tumultuarentur, Gaudentius, incenſa arce, Tridentum rediit. Robertus, recepto cum arce Roboreto, Tridentum rectà ducit, & ne quid hoſtile à tergo relinquatur, Iſanium ac Nomium arces, ex itinere capit, hinc ponte Atheſim iungens, inter Petram ad Callianum & Biſenum, in hoſticum progreditur. Agreſtes verò homines, trepido curſu, in vrbem aduolantes, hoſtium aduentum nunciant. Igitur duę Germanorū equitum turmę, ac totidem peditum ſigna, cum ꝑmiſcua Tridentinorū multitudine excurrentes, hoſtem ſine ordine ad prædam diffuſum, in fugam agunt, qui dum ad pontem ꝑperant, Robertū & voce & manu ſiſtere fugam, ac aciem inſtaurare parantem, ſecum abripiunt. Germani, aucta ex hoſtium metu audacia, fugientium

*Iulius Camers.*

*Singulare certamen Germani & Itali.*

*Georg. Sonēbergicus monomachiæ victor.*

*Veneti fugātur.*

tium tergis inſtant, donec pons multitudine degrauatus, diſſoluitur, & Sanſeuerinas, multiq; cum eo mortales, & equi à vorticoſo amne abſorpti, miſerè perierunt. Cecidêre & ex Germanis non pauci, quibus cum Guidone Rubrio Parmenſi res fuit. Is enim, cum equitibus ſuis, ſtrenuè pugnãs, hoſtium aciem ſuſtinuit, donec amiſſo iam imperatore, in tutum ſe recipere coactus, amnem tranauit. Roberti cadauer, cum cura quæſitum, Tridenti in æde D. Vigilij, honorificè tumulatum eſt, is honos, eius virtuti, etiam apud hoſtes eſt habitus. Poſteà interceſſione Pontificis & Imperatoris legatorum, pax facta. De finibus nihil mutatũ, & Iſanium Numiumq; Venetis relicta, quoad Pontifex de tota controuerſia arbitrium ferret. Atq; hęc obiter huic loco inſerere viſum eſt, plura qui volet Bembum ac alios legat. *Robertus Sanſeue. ſubmerſus.*

Inter hæc Albertus Saxo, cum auxiliis in Auſtriã miſſus, quòd Mathiæ vires illic firmiores eſſe cerneret, nec Germaniam bello implicare vellet, poſt velitationes aliquot, pacem, tolerabili aliqua conditione, facere ſtuduit, & colloquio menſe Decembri inſtituto, inducias ad octo menſes pepigit, & relicta Auſtria, in Belgium, ad Maximilianum regem deſcẽdit. Circa eoſdem dies, Philippus Raueſteinius, Ipram ad Cordæum profectus, ſpem ei facit, Bruxellas, Louaniumq; & Buſcumducis, aliasq; Brabantiæ ciuitates, facili momento, ſi cum exercitu eò accederet, partibus adiungi poſſe. Approbato conſilio, cum copiis eò miſſus à Bruxellanis, Louanienſibus, & Niuellanis, pactis quibuſdam initis, admittitur. Cordæus hanc rem Philippo ſuccedere videns, nuncios ad Grauelingenſes, Dunkirchianos, eorumq; vicinos, mittit, ijsque perſuadet, vti cum reliquis Flandriæ ciuitatibus, fœdus amicitiãq; Gallorum ſuſcipiant. Id cùm leui admodum negocio obtinuiſſet, præſidia oportunis locis imponit. Soli in eo tractu Dunkirchiani, externum militem recuſantes, collectum ex vicinis ruſticis præſidium recepêre, quæ res ipſis penè exitio fuit. Nam poſt ſex ſeptimanas Dionyſius Morbeckius, vigilum inertia fretus, oppidum aſtu cepit, captum diripuit, & valido præſidio muniuit, id magnũ attulit momentum, ad reliquas Flandrię occidentalis ciuitates recipiendas, quæ iam omnes defecerant, præter Neoportum, quod oppidum, Germani in tempore eò miſſi, in officio retinuerant. Habebant Neoportenſes, claſſem ſatis inſtructam, quia impedie- *Induciæ cũ Mathia rege.* *Philippus Raueſtainius Brabãtiam inuadit.* *1489.* *Dionyſius Morbecki⁹ Dunkircham diripit.*



Ayuntamiento de Madrid

bant, ne frumentum & reliqua vitæ ſubſidia, in Sluſæ portum inferrentur, ea res, magnam reliquis oppidis, imprimis verò Brugenſibus & Iprenſibus, annonæ difficultatem faciebat, qui Cordæi auxilium implorabant. Is aliud huic malo remedium non eſſe reſpondet, quàm vti ad Inſulanorum amicitiam confugiant. Id cum videretur conſultiſſimùm, precibus & precio effecerunt, vti annona, per Liſam amnem, ſubleuarentur. Ea res, Maximiliani præfectos, tam malè habebat, vti Inſulanos maximo odio perſequerentur, & omni prorſus commercio prohiberent, adeò vti breui magna butyri, vini, ſalis, carniumque ac lignorum inopia laborare inciperent.

*Cordæi cum Flādris expoſtulatio.*

Ad Calendas Februarij Cordæus Tornaci cum trium Flandriç ordinum legatis concilium habuit, vbi acerbè in ipſos inuectus, ad hunc modũ verba fecit: Miratur Gallorum rex, atq; adeò indignè fert, vecordiam veſtram, ac animorum inconſtantiam, qui cùm primi extiteritis authores, cõtrahendæ inter ipſum & principem veſtrum affinitatis, qua pax conſtabiliretur, ijdem primi arma iterum ſumpſiſtis, neq; vllam aut iniuriam aut contumeliam, à principis veſtri patre, regis ſocero, abſtinuiſtis, qua in re, neq; illius dignitatis, neq; arctiſſimæ cum rege neceſſitudinis, vlla à vobis habita eſt ratio. Quanquàm enim rex precibus veſtris motus, me cum auxilijs ad vos miſit, non tamen hoc voluit, vti tàm indignis modis in Maximilianum inſurgeretis: poterant enim iura & priuilegia veſtra aliter defendi, vt interim taceam, quibus modis me ac meos receperitis, ac paulò pòſt tantùm non per contumeliam eieceritis. Quid tandem cogitatis? veſtris vos legibus abſque principe vſuros, veſtroq; arbitratu victuros? an ex vobis vel Gandauienſes, vel alios quoſdam principem locum occupaturos? malè à turbulentis quibuſdam hominibus ſeducti, voſque remque veſtram publicam, in vltimum diſcrimen adducitis, meliori loco futuri, ſi ex ipſis nonnulli, ac primus inter eos Capinolus iamdudum vitam laqueo finijſſent. Hæc num ex animo diceret Cordęus, quòd regem ſciret iam ad pacis conſilia ſpectare, ſiue vti metum ipſis amittendi auxilij inijceret, incertum, Flandri certè, qui in eius amicitia maximam ſpem, & in Gallorum auxilijs ſummum præſidium habebant, hoc eius ſermone mirum in modum turbati; hoc in primis agere conſtituerunt, vti animum ipſius offenſum pa-

*Capinolus.*

Ayuntamiento de Madrid

ſum pacarent. Igitur ex pannis ſericis & linteis telis Hollandicis, precioſas ei veſtes dono dant. Adiecti ex captiuis Martinus Polhaimius, cum altero quodam Germano. His donis vtcunque delinitus, vti ad ſaniora conſilia redeant, meliuſq; impoſterum ſuis rebus conſulant, monet, ac Attrebatum abit, vbi Cliuenſis, à rege reuerſus, ipſius aduentum præſtolabatur.

Interea temporis ciues aliquot, Odomarifanum, Gallorum imperia pertæſi, clàm cum Maximiliani quibuſdam præfectis vicinis, de tradendo ipſis oppido egerant. Id negocium in ſe recepit Vitus Vuolckenſtainus, militibus illis præfectus, quos Sigiſmundus ex Tyrolenſi agro collectos, agnato in auxilium miſerat. Quo intra mœnia admiſſo, Galli in arcem ſeſe receperunt. Cordæus vbi hæc audiuit, centum ſclopetarios præmittit, quos cum pluribus ſecutus ipſe, arcem ingreditur. Ciues verò & milites, ne ex arce Galli in ipſos egredi poſſent, foſſam & aggerem excitauerãt. Interim quingentos Anglos ſagittarios aduentare nunciatur, ad quorum cõſpectum, oppidani campanarum pulſu, lętitiam ſuam prodidêre, & qui in arce erant, collectis vaſis, prima cum luce abiêre. Eo loco amiſſo, Galli, Grauelinga ac alijs nonnullis oppidis, vltrò diſceſſêre.

*Vitus Vuolckenſtainus.*

*Odomarifanum receptum.*

Eodem tempore, Cliuenſis accepto à Gallis milite, commeatu & pecunia, tormẽtis item leuioribus aliquot, Gandauium pri⁹ atq; inde Bruxellas petit, in animo habens Villam fortem & Halam, ob relligioſum D. virginis matris templum, multis donarijs locupletatum, inuadere. Huius conatibus, obuium ſeſe tulit Albertus Saxoniæ dux, regis vicem in exercitu curans, qui in agrum Bruxellenſem ducens, cùm prœlij facultas non daretur, hoſtium latibula nonnulla, in Vuauerenſi tractu, deſtruit. Inde Mechliniam reuerſus, refecto milite, nocte Arſcotium, quod à trecentis Gallis tenebatur, captum incendit, magno Antuerpianorum & Mechlinienſium gaudio, qui omnia Alberti conſilia proſperari, hoſtium verò in peius ruere viderent. Iamq́ue ex vicinis ciuitatibus Louanio & Bruxellis, milites indies dilabebantur, pecunia & commeatu deficientibus. Quòd cum viderent ciues, pacem ab Alberto impetrant, numeratis in belli ſumptus, ducentis aureûm nummûm millibus. Cliuenſis cum filio Gandauium atque inde Sluſam abijt.

*Alber. Saxo Arſcotium exurit.*



Ayuntamiento de Madrid

*Georgi. Picamerus.*

Æſtatis initio Brugenſes & Iprenſes, ad quinque hominum millia, ſub ductu Georgij Picameri, Dixmudam oppidum, vnde multa ipſis incommoda adferebantur, aggredi ſtatuunt, & promiſſa Gallorum auxilia expectant. Quæ antequàm aduenêre prę-ſidiarij, accerſitis duobus Anglorum millibus, in illorum caſtra irruunt. Habebant Flandri, campeſtria aliquot tormenta, quibus exploſis, multos Anglos, atq; inter illos ducem ipſorum, proſtrauerãt. Ea re in vindictam animati, reliqui caſtris expugnatis, etiam eos, qui viui in poteſtatem venerant, occidêre, etſi multum pecuniæ à quibuſdam offeretur. Angli accepto ſtipendio, & tormentorum parte, auctarij vice adiecta, contenti abiêre. Interim Galli, ad decem millia, Neoportum acerrimè oppugnantes, parte quadam muri deiecta, bis in oppidum irruentes, cum clade repulſi ſunt, & Cordæus ipſe, amiſſis complurimis, vulnus accepit: igitur obſidionem ſoluens, Oſtendam ſe recepit, breui reuerſurum minatus. Per eos dies Maximilianus rex, Francofurti erat, vbi coram principibus nonnullis, inter ipſum & Galliæ regis legatos, pacis quædam tractatio inſtituta eſt, à qua Flandri excipiebantur, quibus iniunctum eſt, vti ex ſuis ad Carolum regem mitterent, apud quem, præſentibus Romanorum regis, & Philippi Archiducis legatis, eorum controuerſia diiudicaretur.

*Max. rex à Sigiſmundo hæres adoptatur.*

*Pax cum Mathia tentata.*

Circa idem tempus, Sigiſmundus Tyrolẽſium princeps, quòd legitimam prolem haberet nullam, Maximilianum patruelis filium, adoptionis iure, hæredem omnium ſuarum ditionum inſtituit. Eiſdem diebus tentata etiam pax eſt, inter Fridericum Imperatorem & Mathiam, ad quem, Viennæ grauiter ægrotantem, legati à Friderico & Maximiliano, qui Lintzij erant, miſſi ſunt, cum quibus ad eos venit, Ioannes Varadienſis præſul, vti pacem conficeret. Imperator Auſtriam ſibi abſq; vlla ſumptuum reſtitutione reddi volebat. Mathias, ſeptingenta aureûm nummûm millia, ſibi exolui poſtulabat. Maximilianus improba regis poſtulatione, & paterna tenacitate iuxtà offenſus, mediocritatem inter duo extrema amplectendam ſuadebat. Hunc Mathias aut ex animo diligebat, aut ſuis de cauſis id facere videri volebat, quadringentas enim vini vrnas cum totidem bubus, & duodena aureorum millia dono ei miſiſſe dicebatur, quam ob cauſam Bonfinius, patri ſuſpectum & colloquio prohibitũ fuiſſe filium, prodidit. Id ſanè conſtat

Ayuntamiento de Madrid

conſtat minus anxiè pacem quæſiuiſſe, neq; tàm immani pecuniæ ſumma Auſtriam redimere voluiſſe Fridericũ, quam à regis morte, quæ haud procul abeſſe videbatur, ad ſe redituram ſciret. Cùm verò ille æger, ſecundo flumine, Budam deſcendiſſet, mittitur eò, cum ſeptem collegis, Otto Bauarię princeps, ſplendida legatione. Hi magnificè excepti, & multis muneribus culti, nihil de pace tranſigere potuerũt. Interim Maximilianus vlteriùs paulò in Auſtriam deſcendens, crebros de Mathiæ valetudine nuncios quotidie accipiens, animos quorundam prouincialium ſibi conciliare ſtudebat. Iamque in omnium ore erat, ex Aſtrologorum diuinatione, Mathiam eo anno moriturum. Tandem miſſis vltrò citroq; legatis, pax Budæ proclamatur, & ad Idus Septembris dies dicitur, ad quem diem, Imperator & rex præſentes, eam ratam haberent. Sed ingraueſcente indies morbo, conuentus ille, ſemper in ſequentem menſem prolatatur. Nouembrem aut Decembrem coniectores fatalem illi prædixerant, quibus iam exactis ſpe plenus, & ex tertiana febre paululùm, vti videbatur, recreatus, Viennam rediit, vbi apoplexia correptus, amiſſo loquendi vſu, inter maximos cruciatus, & rugitus leonis more editos, animam deo reddidit, Nonis Aprilibus, anni nonageſimi ſuper mille quadringentos. Filium reliquit vnicum, Ioannem ex concubina genitum, quem rebus imponere decreuerat, ſed is patre amiſſo, propter naſcendi conditionem, præteritus eſt.

*Pax ꝓclamatur*

*1490. Mathiæ regis mors.*

Sacris regi perſolutis, Hungari ad Idus Maias, in agro Peſtano, comitia creandi regis habuêre, in quibus Imperatoris legati auditi ſunt, qui ex pacto, quod cum Hungariæ regibus habebant, aut ipſum eſſe eligendum contendebant, aut filium eius Maximilianum Romanorum regem, multis magniſque animi & corporis dotib⁹ inſignem, Germanis charum, & qui regno cum dignitate præeſſe poſſet. Competitores illis erant Ioannes Coruinus, Mathię filius, Vladiſlaus Boëmiæ rex, & frater eius Albertus. Vicit inter illos fortuna Vladiſlai, qui cùm id futurum ſperaret, iam anteà ad regni fines acceſſerat. Huic initia regni difficilia ac turbulenta reddidit Albertus frater, qui & ipſe à proceribus nonnullis electus, fratri cedere noluit, ſed eorum opibus fretus, bellum inteſtinum mouit. Erat etiam in armis Maximilianus, non Auſtriam ſolùm recuperaturus, ſed & Hungariam inuaſurus, neque enim deerant

*Regni Hung. competiores.*

Ayuntamiento de Madrid

deerant ex Hungaris, qui ipſius rem fouerent. Auſtriaci verò, Hũgariam domeſticis turbis laborare videntes, ad Fridericum, eiuſque filium, legitimos ſuos dominos, reſpiciebant. Igitur Viennenſes, aduenientem cum equitibus Maximilianum, vndecimo Calendas Septembris gratulabundi excipiunt, ad D. Stephani deducunt, libertatis hymnum decantant. Poſtridiè arx oppugnari cœpta, vbi Maximilianus, inter primos rem ſtrenuè gerens, pectus vulneratur. Hungari verò, deditione facta, diſcedunt, mitiùs opinione habiti. Eodem modo & Neapolim ciuitatem & Pontes ad Leytham recepit, ac paulò pòſt Clauſtroneoburgum, armis in poteſtatem redegit. Ex qua expeditione, Viennam redeunti, præſtò fuerunt, à Vladiſlao legati, Stephanus Epiſcopus Syrmienſis, & Ioannes Selembergus, Boëmiæ Cancellarius, qui regis ſui nomine petiêre, vti pro iure cognationis, legitimè in regem electum agnoſceret, ac in pacando & quietè vſurpando regno iuuaret, paratum illum, pacem ſanctè cum eo colere, neq; vllis eius commodis defuturum. Maximilianus oratoribus benignè reſpondens, ingenuè confeſſus eſt, nunquàm ſe regno ſibi ex pactis conuentis debito ceſſurum, neq; defore ſibi, ad ius ſuum perſequendum, à Germanis atque ipſis etiam Polonis auxilia.

*Max. Auſtriam recipit.*

*Vladiſlai Hung. regis legatio ad Maximi.*

Legatis domum reuerſis, peragitur coronatio. Maximilianus verò, decreta in Hungariam expeditione, quos poteſt, regni proceres ſibi adiungere ſtudet. Defecit ad illum Iacobus Seckelius, per quem Ioannes Coruinus ſollicitatus, à Sigiſmundo Quinque eccleſiarum antiſtite, in Vladiſlai fide retinetur. Beatrix verò Aragonia, Mathiæ vidua, noui regis nuptias ſummoperè ambiebat, quam ille iam natu grandiorem & ſterilem etſi auerſaretur, ne tamen ea cum ſua factione ad Maximilianum ſeſe conferret (nam de illorum matrimonio quoq; à nonnullis mentio fiebat) mulierem vana ſpe lactabat, colludentibus pleriſque regni primatibus. Albertus verò, pacta ſibi neſcio quæ, à fratre non ſeruari cauſatus, apertè cum Maximiliano ſentiens, vlterioris Hungarię agros, Varadinum vſq; & Agriam, depopulatur. Germani interim Sempronium & Sabariam expugnant, & ijſdem diebus arx Neapolitana, quam Hungari hactenus defenderant, in poteſtatem venit. Ioannes item Viteſius antiſtes Veſprinienſis, facta (vt dicebatur) Epiſcopatus Viennenſis ſpe, ad Maximiliani partes tranſiit.

*Bellum Hungaricum.*

His ita

Ayuntamiento de Madrid

His ita comparatis; Maximilianus, Albam Regalem vrbem, in qua reges & inaugurari regno, & ſepeliri ſoliti ſunt, ingenti cum exercitu petit. Ea tum quingẽtorum quinquaginta militum præſidio tenebatur. Sed qui eos adduxerãt, Stephanus Bathor & Paulus Chiniſius, ad primam de aduentu hoſtium famam abierant, loco & oppidanis diffiſi. Oppugnandam ſibi vrbem depopoſcerant Sueui, pugnæ non minus quàm prædæ auidi, quin in ſuburbium irruentes, cum Hungaris obuiam egreſſis, manum conſerunt, cumq; oppidani, primo congreſſu, acriter pugnarent, tormentarij, qui primum Sueuorum agmen ſequebantur, ſuis illos telis in fugam coniecêre adeò effuſam, vti Sueuorum primi ſub portam vſq; cum fugientibus peruaſerint. Ea res animum ijs addidit, ad vrbis mœnia propiùs ſubeundi. Cumq; ex oppidanorum vel inſcitia vel negligentia, nullam pro muris ſtationem, nihilque bellici apparatus viderent, haſtis ſcalarum vice erectis, alius alium ſubleuantes, in vrbẽ tranſcenderunt. Ciues cum præſidiariis pleriſq;, viſo intra muros hoſte, defendendi conſilium abijciunt, fugam ſibi quiſque & latibula circumſpiciunt, quæ ſi negentur, hoſtium ſe arbitrio tradere, quàm armis nihil profuturis, internecionem ſibi ſuiſq; accerſſere, potiùs ducunt. Trecenti tantùm equites, in foro cõglobati reſiſtunt, quos, intromiſſi à ſuis cataphracti, non magno negocio profligârunt. Hinc in alios quoque nonnullos ſæuitum, & ædes tàm publicæ quàm priuatæ, auido militi, prędæ ac direptioni fuêre. Hanc illorum licentiam, ægrè tulit Maximilianus, paulò pòſt vrbem ingreſſus, & propoſito edicto, omnes qui cladi ſupereant, ad penates ſuos reuerti iuſſit, militem quoque à primarij templi direptione inhibuit, loci relligione motus, regum inaugurationi & ſepulturæ conſecrati, neq; ex omnibus ornamentis & donarijs, quæ & multa & magni pretij aderant, quicquam abſtulit, præter crucem auream non magnam, quæ maiorum ſuorum Auſtriæ principum fuiſſe dicebatur. Capta eſt Alba ad decimumquartum Calendas Octobres. Budam inde, atque ad interiora regni loca ducere volẽtem, impediuêre ſeditioſi quidam milites, qui pręda necdum ſatiati: ſtipendia tumultuoſiùs flagitabãt. Quod benè gerendæ rei occaſionem eripuit, ac Batorio Chiniſioq; ſpacium dedit, Budam à rebus omnibus imparatam, præſidio & commeatu inſtruendi. Igitur Maximilianus, ne ſeditio illa adin-

*Alba Regalis obſeſſa.*

*1490.*
*Albam Maximilianus capit.*

ad integros ſerperet veritus, retrocedens, Quinque eccleſiarum antiſtitem, Sigiſmundum pecunioſum, in ſuas partes adducere tentat, triginta aureorum millia ab eo mutua petens. Is, neque pecuniam ſibi ad manum eſſe, neq; ab Vladiſlai fide recedere abſq; periurij nota licere, reſpondet. Quare Maximilianus, relicto Albę præſidio, in agrum Veſprinienſem profectus, S. Pauli caſtellum expugnat. Hinc in Auſtriam regreſſus, ex primis turbarũ authoribus, aliquot ſuſpendi, partem Viennam adductos, gladio percuti, iubet. Hamburgi arx, per eoſdem dies, in poteſtatẽ venit, iamque Auſtria propè omnis ad obſequium redierat, neq; enim Vladiſlaus, quæ extra regni limites à Mathia capta erant, defendere curabat, domi ſuarum rerum ſatagens, & Hungarorum præſidia paſſim dilabebantur.

Sub finem huius anni, inſtituto Turoni colloquio, cum Flandris quoque tranſactum eſt, his ferè conditionibus. Flandri, Romanorum regem, legitimum filij tutorem agnoſcunto, quingenta ipſis aureorum millia pendunto, captiuos ſine precio dimittunto, arces & munimenta manu capta reddunto. De Philippo Cliuenſi conuenit, vti proximo regum colloquio decerneretur. Is à pacis conſilijs auerſus, Scluſæ arces, quas occupauerat, munit, & cętera bello idonea parat. Flandrorum quorundam opibus fretus, quos pacem initam minùs approbare ſciebat. Cordæus verò ad primam pacis mentionem, ex Flandria in Arteſiam, atq; inde ad regem in Galliam abierat. Hiſdem diebus Albertus Saxoniæ princeps, quem Maximilianus in Belgio rebus præfecerat, cum exercitu quinque millium in Flandriam mouit, vti regis vicem, prouinciæ ciuitates in fidem reciperet. Cortraci dato à ciuibus iuramento, præmiſſis Toraltum & Vvinendalium copijs, Brugas profectus, cum ſummis honoribus excipitur, & ciues habet obſequentes. Inuitatus ad publicum epulum, poſtquam illi in verba iurâſſent, non ſumpto cibo, Damum eodem die pergit. Gandauiũ inde cum copijs ꝓfectus, obuios habuit legatos, qui non niſi cum quingentis vrbem ingredi poſſe dicerent. Id vel infra dignitatem eſſe putans, vel ad alias res vocatus, in Brabantiam abijt, relicto illic cum parte copiarum Naſſouio, cui Gandauienſes benignè ſatisfecêre. Ne verò noui motus, in vrbe maximè populoſa, exiſterent, neque magiſtratus innouatur, neque edictum de moneta (id quod

*Pax Flandrica.*

*1491.*

*Alb. Saxo Flandros in fidẽ ſuſcipit.*

Ayuntamiento de Madrid

quod alijs in locis factum) promulgatur. Circa hoc tempus Philippus princeps, prima aurei velleris comitia, Mechliniæ tenuit. Adlecti ſunt, in locum illorum qui deceſſerant, Fridericus Rom. Imperator, Henricus Anglorum rex, Albertus Saxonię dux, Eberhardus Vvirtembergicus, Chriſtophorus Badēſis, Henricus Vvithemius, Petrus Lanoius, Claudius Nouocaſtellius, Ioannes Egmondanus, Carolus Croyus princeps Chymaius, Guilielmus Croyus Cheuriæ dominus, Hugo Melunenſis, Ioannes Gruningenſis & Iacobus Lucemburgicus. Interim Maximilianus, cùm apud patrem nihil impetraret, cui ſatis eſſe videbatur, Auſtriam recepiſſe, reliquos Germaniæ principes, de auxilijs, ad continuandum in Hungaria bellum, ſollicitabat. Hi præferendam bello pacem, neque laceſſenda regis arma, qui & Chriſtianus & ſocius ſit, neq; poſtremus inter Septemuiros Imperij Electores cenſeatur. Ipſe etiam nouitate regni, & domeſticis negociis occupatus, fraterno prętereà bello implicatus, pacem vrgebat, quæ, poſt lōgam diſceptationem, ad hunc modum facta eſt: Vti pacta conuenta, quo tempore corona redimebatur, inita, reſtaurentur. Vladiſlao ſine prole moriente, regnum ad Auſtriacos deuoluatur. Maximiliano, in belli expenſas, centies mille nummûm numeretur. Regis titulus vtriq; relinquatur; ſummi honores, vti ſunt duumuiratus, Palatinatus, & cætera eiuſmodi munia, ex vtriuſque conſenſu tribuantur: eoſdem vterq; ſocios amicoſq;, eoſdem inimicos atque hoſtes habeat; iure ſocietatis vterque alterum iuuet; Germanus ac Hungarus eodem loco habeantur; nemini ex his fraudi ſit, ad Maximilianum defeciſſe. Hæc vbi domum legati attulêre, parùm abfuit, vti à populo trucidarentur, non pacem illam, neq; fœdus, ſed iniquiſſimam eſſe ſeruitutem, clamante.

*Prima Ordinis Comitia Philippi.*

*Pax cum Vladiſlao fit.*

Dum hęc in Pannonijs aguntur, apud Flandros Rauēſteinius, cum agnato Cliuenſi principe, in armis adhuc erant; & Brugenſes, Cliuenſis maximè authoritate adducti, nouam ſeditionem moliebantur. Adcurrit ſtatim Naſſouius, omneſq; viarum aditus obſidet. Illi breui admodum tempore, ad inediam redacti, veniam ab eo non ſine multa impetrarunt: quatuor enim penſionibus, centena quinquagena aureûm nummûm millia, exolviſſe proditum eſt. Sexaginta ſeditioſorum primi, in vincula coniecti, ex ijs ſedecim gladio percuſſi, inter quos Georgius Picauerus fuit, reli-

*Naſſouius Brugēſes compeſcit.*



Ayuntamiento de Madrid

qui auro vitam redemêre. Cliuenſis inde, ab omnibus propè relictus, vxorem iuuenculã ad regem Galliæ mittit, quæ tertio menſe quàm abierat, nauigio ad ipſum redijt, cum trecẽtis tãtum militibus, & aliquanta pecunia, plures ꝓpediẽ copias vẽturas nuncians.

*Saxo in Batauis rebelles domat.* Inter hæc Albertus Saxoniæ dux, in Hollandia & ditione Vltraiectina, nouos belli inteſtini fomites opprimit, & Ioannem Montfortiorũ regulum, ad obſequium redire cogit. Friſios item, qui Harlemum frequentes conuenerant, vti in Flandriam ad Cliuenſem tranſmitterent, compeſcit. *1492.* Naſſouius verò, Ardemburgum ingreſſus, (id mille paſſus à Scluſa abeſt) circiter anni eius finem, & ſequentis initio, multa quotidie faciebat cum vicino hoſte prælia, donec ineunte vere, cùm ſine ſtipendio militem ijs locis ægrè retinere poſſet, diſceſſit, præſidio quingentorum Damæ relicto. Cliuenſis eius diſceſſu non nihil recreatus, bellum continuabat, & auxiliares Gallorum copias operiebatur, ſed id fruſtrà fuit, nemo enim venit. Gandauienſes verò (publicone an priuato quorumdam cõſilio incertum) pacem, cum principibus pactam, non ſatis ſanctè coluêre, ſed Cliuenſem viris, pecunia, & commeatu iuuêre. Albertus igitur, rebus in Hollandia compoſitis, in Flandriam ire maturauit, totamq; belli molem in Cliuenſem tranſtulit; *Scluſa obſeſſa.* Scluſa obſidione cincta, omnibusq; itineribus, quibus ea adiri poteſt, terra mariq; obſtructis. A primo Iunio, ad finem Septembris, tenuit obſidio. Iamq; non viribus tantùm inferior Cliuenſis, ſed annonæ inſuper difficultate preſſus, cuius ex antè conuecto non magna copia iam deficiebat; ex eo fames primùm, atq; ex fame morbus intus increbeſcebat, foris verò oppidum, & arces, aſſiduis tormentorum ictibus quatiebantur. Igitur, extrema neceſſitate coactus, Cliuenſis ita tranſegit, vti oppidum cum minori arce traderet, maiorem teneret, quoad cum Maximiliano in gratiam rediiſſet, interim quietem ageret. Ità valido præſidio ea loca ſunt communita; Damę verò quingenti denuò Gerui collocati. *Attrebatũ Arteſiæ metropolis.* Attrebatum dein, prima Arteſiæ vrbs, quatuor iuuenum opera, in Maximiliani poteſtatem redijt, qui, Gallorum imperia pertęſi, vrbem prodidêre. Hi nocte illa excubias agentes, ſubeuntibus per tenebras quibuſdam præfectis, cantillantes, inuadendæ vrbis oportunitatem & tempus ſignificabant, dolo iam antè compoſito. Itaq; ad quintum Idus Nouembris, vrbs munitiſſima occupatur & diripitur,

Ayuntamiento de Madrid

ripitur, quæ armis ad obſequium cogi non niſi longo tempore, maximaq; cum difficultate potuiſſet. Vinum, quod in foro venale erat, à militibus epotum, non perſoluto precio. Sunt qui & proditorum ædes, ac fortunas omnes, prædæ ac direptioni fuiſſe affirmant. Ea verò Gallorum inuidia apud ciues fuit, vti hanc rerum ſuarum iacturã, quàm illorum imperia & contubernium, ęquiori animo tulerint. Sunt enim inueterata ferè inter vicinas gentes & conterminas odia, propter crebras ex vicinitate contentiones & offenſas, eaque eſt hominum conditio, vti non tàm iniurias ipſas, quàm à quibus illę proficiſcantur, conſiderent. Ex vrbe ciuitatem (ita arcem cum munitiore vrbis parte vocant) occupare, non magni negocij res fuit, quòd eam Carcaluetus quidam negligentiùs cuſtodiret, qui ſi defenſionem paraſſet, auxilia ex vicinis locis habere potuiſſet. Qua de re, & quòd claues cuidam ex ſuis crediderit, malè audiuit poſteà. Ipſe in hoſtium poteſtatem venit. Non multò pòſt Maximiliani miles, Ambianum, Picardiæ ciuitatem, de nocte profectus, fortunam tentauit, ſed diſpari euentu; nam fœmina quædam, audito ſtrepitu, vicinos excitauit, hinc ad arma conclamatum eſt, & qui venerant, detectas eſſe inſidias videntes, re infecta, diſceſſêre.

*Attrebatum captum.*

*Ambianum fruſtra tentatum.*

Dum hæc apud Belgas geruntur, Maximilianus principes aliquot Germanię, atq; ordines Imperij, Conſtantiam ad ſe vocauit, cum quibus grauiter de Caroli regis iniurijs conqueſtus, auxilia ipſorum flagitabat, quibus contumeliã non ſibi tantùm, ſed Germanis omnibus factam, vltum iret. Principes verò, quòd patrem eius viderent minùs ad hoc bellum eſſe animatum, nec ipſi de ſe quidquam promittebant, ſed ad pacem, cum Gallo faciendam, magis inclinare videbantur. Igitur Maximilianus, cum Heluetiorum legatis, hac de re agere cœpit. Hi Pontificis Maximi id eſſe munus reſpondent, vti ſi contra ſacros Canones regem feciſſe putet, ſacris ipſum prohibeat; quod vbi ab illo factum fuerit, & reliqui principes atq; ordines arma ſumpſerint, tum ſe quoq; pro ſua parte in officio futuros, ſolos nihil poſſe. Ita Maximilianus huius belli cõſilia tum relinquere coactus eſt. Cumq; & Galli & Flandri, cæteriq; Belgæ, longi belli tædio laborarent, de pace inter vtroſque agi cœptum, miſſiq; ab Imperatore Friderico, Electore Palatino, & Heluetijs legati, eam procurabant. Cum his congreſſi Pe-

*Auxilia Maximiliano negata.*



Ayuntamiento de Madrid

trus Borbonius, Princeps Aurãtius, Philippi duo, Cordæus & Cominæus, regem promiſere omnia Arteſiæ loca, quæ tenebat, Philippo principi redditurũ. Ea poſt Odomarifanum & Attrebatum iam recepta erant, Heſdinũ, Aëria, & Bethunia, ciuitates. Ita quo tempore atrocius bellum exarſurum multi putabãt, pax facta eſt.

*Pax cum Carolo Gallorũ rege.*

Hoc anno milites aliquot, ex eorum numero, qui ſub Mathia aſſiduis bellis cõſueti, pacem ac otium ferre non poterant, in Auſtriæ ac Morauiæ finibus, munimenta quædam excitauerant, vnde vicinum agrum rapinis & incendiis diuexabant. Eos Fridericus obſideri iubet, qui, deiectis latibulis, fuga euaſere; ab Auſtriacis proceribus, alij alio loco, aut cęſi aut capti: omnes mala morte periere. Viennenſes trecentos ex illis ſuſpendêre. Eitzingerus, quos nactus eſt, in fornaces, quibus calx decoquitur, conijci iuſſit. Ita tunc Auſtria omnis, ab ea hominum ſentina, repurgata eſt. Hinc Imperator, ad Ratiſbonam Imperio reſtituendam, animum adiecit. Circa hæc tempora Carolus Gallorum rex, iam antea ſæpè ab Italis quibuſdam, tum verò à Ludouico Sfortia extimulatus, bello regnum Neapolitanum inuadere, Apuliamq; & Siciliam ex Andegauenſium iure ſibi aſſerere meditabatur. Id bellum cordatiſſimi quiq; diſſuadebant, quorum conſilia ille aſpernatus, aſſentatorum voces admittebat, magnam in ea expeditione immortalis gloriæ materiam fore prædicantium, quòd ſubiugatis, quas dixi regionibus, facilis eſſet in Epirum tranſitus, vnde Gręciam omnẽ, Turcarum tyrannide, liberare poſſet. Ludouicus verò Sfortia, Ioannem Galeacium agnatum ſuum, Mediolani ducem, imperio exuere parans, cum Alphonſi Arragonij opes timeret, cuius ſoror Galeacio nupta erat, regem ſibi oportunũ ratus, hoc bellum maximè vrgebat, opemq; ſuam atq; operam liberaliter pollicebatur. Igitur rex, iam decreta expeditione, vti pacata omnia domi relinqueret, fœdera pacemq; cum vicinis regibus ac principibus, facere ſtatuit. Imprimis verò Ferdinandum Hiſpaniarum regem, ne agnatis ſuis Arragonijs opem ferret, Perpenniano vrbe & Ruſcinonenſi agro reſtituto, conciliauit; quæ loca, Ioannes eius pater, Ludouico Vndecimo oppignorauerat, bello Celtiberico. Cum Philippo pacem anteà factam diximus, eius patrem vti & ipſe & Sfortia æquiorem haberent, de matrimonio inter ipſum & Blancam Mariam, Galeatij ducis filiam, ijs diebus agi cœptum.

*Gallorum rex Neapolim inuadere cogitat.*

*1493.*

*Maximiliani cũ Blanca Maria Mediolanenſi matrimonium.*

Hac

Hac affinitate, Ludouicus aditum ſibi ad Mediolanenſe imperium præſtruere conabatur, neq; enim affirmare dubitabat, ſe fratri Galeacio iure præferri debuiſſe, quod etſi natu minor tamē ex patre iam duce, non priuato, vti illum, eſſe natum, qua in re Cyri regis exemplū pro ſe adducebat. Quin de fratre etiam eiusq; filio iaciebat, neutrum in Ducum numero habendum eſſe, quod deuolutam ad Romanum Imperium ditionem, ſine authoritate Cæſareæ maieſtatis vſurpaſſent, quam quod Ioannes Galeacius iam confirmari ſibi petat, id ſerum eſſe, neq; enim Cæſarem conferre quippiam alicui ſolere, qui iam ante aliis idipſum referat acceptum, his de cauſis, impetrato diplomate, legitimè regnaturū. Hæc ille animo agitans, ita conſilia ſua adminiſtrabat, vti à Venetis, cæterisq; Italiæ principibus, non planè perſpicerentur. Erant enim quibus perſuaderi non poterat, ſeriò id agi, vti Carolus in Italiam tranſiret, Ferdinandus verò & Alphonſus eius filius, quorum maximè intereat, minimè dubitabant, quin propediem Rex ab illo alienus redderetur, neque ipſi fideret, qui noua affinitate Maximilianum tot tantisque de cauſis Gallico nomini infenſum ſibi conciliaret. Miſerat verò Ludouicus celebrem admodum legationem in Gallias, cuius princeps, Ioannes Franciſcus Sanſeuerinas, Gaiazi Comes, multis promiſſis regem exhortatus, animū gloriæ cupiditate inflammatum, ita ad hoc bellum confirmauit, vti omnia aliorum conſilia ſurdis auribus præteriret. Igitur & in Galliis idonea futuræ expeditioni parari iuſſit, & miſſis per omnē Italiam legatis, principum animos ſibi conciliare nitebatur, qui in annum proximum parari bellum audientes, cum tantò ante conſilia ſua aperire nollent, dubia legatis reſponſa reddidêre. *Lud. Sfortiæ callida conſilia.*

Inter hæc Imperator Fridericus, pace iam in Auſtria ac reliqua Germania parta, graui morbo laborare cœpit Lintij, quem nimio melonum eſu auctum eſſe nonnulli meminêre. Alterum illi crus ſphacelo affectum, per eoſdem dies ex medicorum cōſilio reſectum erat. Id cum inſpexiſſet, quęſiuiſſe ferunt, quid inter Cęſarem & quemuis ruſticum intereſſet? mox verò ſubieciſſe; ruſticum ſanum, ægroto Cæſare, longè eſſe feliciorem. Nō multò pòſt rebus ex vltima voluntate conſtitutis, obiit, decimotertio Calendas Septembres, anno ætatis octauo & ſeptuageſimo, poſt ſuſceptam Imperij curam tertio & quinquageſimo, quo Cæſarum ne- *Fride. moritur.*



Ayuntamiento de Madrid

mo poſt Auguſtum diutiùs imperauit. Princeps fuit bonus, Eccleſiæ ac reipublicæ amans, conſilij moderati, & ingenij adeò ſagacis, vti ab Italis dictum ſit, haud facilè cuiquàm eſſe latebroſum eius pectus introſpicere. Repræhenditur in eo pecuniæ ſtudium, quod Hungaricam coronam diutiùs retinuerit, neque filio neceſſaria vbique ſuppeditauerit. Sed non defuiſſe prudentiſſimo Principi ſuas cauſas facilè intelliget, qui ſumptus Ladiſlai nomine factos, aliasq; difficultates, quibus per omnem vitam implicatus fuit, conſiderare volet. De Maximiliano fieri poteſt, quod non omnia eius bella neceſſaria eſſe duxerit, effuſamq; eius liberalitatem, qua ad multorum vſque reprȩhenſionem prȩditus fuit, moderatione aliqua indigere perſpexerit. Certè qui domeſticè ipſum nouêre, vti frugalitatis ac continentiæ laudem illi tribuunt, ita hoſpitalitatis non adimunt, eaque temperantia vixiſſe affirmant, vti neque ſua profuderit, neque aliena inuaſerit. Filios ex vxore, quam vnicam habuit, ſuſtulit Chriſtophorum, Ioannem & Barbaram, qui in prima pueritia obiêre, Maximilianum & Cunigundim, quæ Alberto Bauariæ Duci nupta, mater fuit Guilielmi Erneſti ac Ludouici principum. Corpus eius Naopolim delatum, apud voxem conditum eſt. Paucis diebus poſt Turcæ ad nouem millia per Croatiam in Carinthiæ & Carniolæ fines irruêre, adducti (vti ferebatur) à Bernardino Frangepano Venetorum legato, quo illos ab obſidione breuiæ ciuitatis auerteret. Igitur ad Iuliam vſq; & Petouiam populabundi, ingentemq; hominum pecudumque ac aliarum rerum prædam ſecum abigentes, obuios habuêre Hungaros & Croatios, cum quibus commiſſa pugna ſuperiores, quinque millia occidêre. Maximilianus verò contracto quindecim millium exercitu, mira quadam celeritate victores aſſecutus, multis in fuga occiſis, prædam omnem recepit, & prouinciarum limites ab hoſtium metu liberauit.

*Impe. Friderici liberi.*

*Maximil. Cæſa.*

*Turcas ex Croatia profligat.*

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER VNDECIMVS.

## ARGVMENTVM.

*Maximilianus Cæſar, percuſſo cum Vladiſlao fœdere, & facto de Hungarici regni ſucceſsione pacto, ſecundas cum Blanca Maria Sfortia Oeniponti nuptias celebrat. Hinc Carolum Egmondanum ſibi aduerſantem debellaturus, in Brabātiam deſcendit. Carolus Gallorum rex, Neapolitanum regnum, quod iam dudum animo inuaſerat, à morte Ferdinandi occupat & Alphonſum pellit. Cæſar de cohibenda Turcæ violentia, & impediendis Galli conatibus, conſilia agit. Eberhardum VVirtembergicum Ducem creat. Carolus in Galliam reuerſurus, à confœderatis ad Tarrū amnem cæditur, & Ferdinandus Aragonius à ſuis Neapolim rurſus introducitur. Sigiſmundus Archidux Auſt. è viuis excedit. Cæſar in Italiam proficiſcitur & Friderico Aragonio regnum Neapolitanum confert. Res Piſanas ex ſententia componere nequiens, in Germaniam redit. Pontifex Vrſinis bellum infert. Carolus rex Galliæ moritur. Belli Heluetici initium ſucceſſus & finis enarratur. Ludouicus Carolo in Gallia ſuccedens, Mediolanum primùm, Sfortia eiecto, deindè etiam Neapolim inuadit. Carolus V. naſcitur. Philippus per Gallias in Hiſpaniam pergit. In agro Spirenſi tumultuantur ruſtici. Galli cæduntur & ex regno Neapolitano propulſantur. Inter Palatinos & Bauariæ Duces, de Georgij Diuitis hæreditate graue exoritur bellum. Cæſar Palatinum magna ditionis parte exuit; ſupplici ignoſcit, & pacis conditiones præſcribit. In Geldriam indè mouens, Carolo Egmondano, nouis ſemper rebus ſtudenti, frænum inijcit.*

REVERSVS Viennam Maximilianus, legatos in Hungariā ad Vladiſlaum miſit, cum quibus ab eo aduenêre, Agrienſis præſul, & Nicolaus Bamfij. Hi Imp. Friderici exequijs interfuêre, quæ per eos dies, magnifico apparatu, celebratæ ſunt. Quid inter ipſos actum ſit, vulgò non innotuit. Pax ac fœdus denuò inſtauratum putabatur, cuius ſumma erat: vti Maximilianus Vladiſlao, quòd cognatus eſſet, regnum permitteret, retento ſucceſſionis iure, ſi absq; prole maſcula decedere ipſum contingeret. *1494.*

Initio anni nonageſimi quarti, inter medios belli apparatus (nam in propoſito perſiſtebat Gallus) è viuis abiit Ferdinandus Aragonius, Neapolitanorum rex, hæredem relinquens Alphonſum filium. Ludouicus verò Sfortia, vti rem ſuam ſtabiliret, præter Gallicam expeditionem, Cæſaris nuptias, de quibus ſupra *Ferdi. rex Neapolis obijt.*



pra

Ayuntamiento de Madrid

pra dictum, maximè vrgebat. Non probabantur illę pleriſq; Germaniæ principibus, quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia, Auſtriacæ veteri & tot maiorum imaginibus auctæ proſapię, impar eſſet, videreturque Cæſar dote magis quam genere adductus, eam affinitatem inire. Ludouicus enim præter ornamenta, quæ ad quadraginta aureûm nummûm ducalium millia æſtimabantur, quadringenta millia dotis nomine, certis penſionibus daturum ſe receperat. Itaq; Blanca Maria, cum ampliſſimo comitatu, Oenipontum deducta eſt, vbi poſtridiè Idus Martias nuptię celebratæ ſunt. Eas luculenta oratione condecorauit, Iaſon Mainus Eques Romanus, Iureconſultus ætatis ſuæ doctiſſimus.

*Blanca Maria Cæſari nubit.*

*Iaſon Mainus.*

Æſtatis initio, Cæſar cum noua nupta, per Vindelicos Sueuiamq; profectus, ſecundo Rheno Coloniam, atque inde in Brabantiam deſcendit, vbi decreto in Carolum Geldrenſem bello, militem quæque alia vſui eſſent parat. Is enim Gallorum opibus fretus, multa turbauerat. Cùm verò promiſſa ab iis auxilia nuſquã apparerent, neque domeſticis viribus ſatis fidendum eſſe videretur, Carolus in Lotharingiam priùs, dein ad Cæſaris coniugem ſe contulit, fidem eius ac interceſſionem implorans, qua deprecante, ſupplici poteſtas facta, ijs in locis agendi, cum ſpe ditionis recuperandæ, ſi quid in eam iuris habere inueniretur. Eius rei diſceptatio ad quatuor Rheni Electores (ita tres Eccleſiaſticos & Palatinum vocant) delata, eum finem habuit; vti Carolus Geldriæ imperio ac titulo abſtineret, Egmondæ regulus diceretur, quod extincta in Renato circa annum ſupra mille trecẽtos ſeptuageſimo ſecundo veterum Comitum proſapia, Arnoldus poſtea & Adolfus, is qui ad Tornacum cæſus eſt, etſi eam prouinciam occupauerint, nullum tamen cuiuſquàm Imperatoris adſenſum habuiſſent. Carolus verò ex Brabantia dilapſus, & à ciuitatibus nonnullis receptus, ſuas iterum vires confirmare ſtuduit, quæ res aliquot adhuc annos inquietam habuit Geldriam, vicinaſque ei ditiones.

*Carolus Egmõdanus Geldriæ regulus.*

Nunc verò ad res Italicas conuertendus eſt ſermo, de quibus admonendum eſſe lectorẽ putaui, nos in annorum ratione, Italos hic ſequi, non Gallos, qui hanc regis ſui expeditionem in annum præcedentem retulêre, quam ſcriptorum in re tam nobili diſcrepantiam mirari quis poſſit. Cùm Italis verò Germani pleriq; conueniunt. Ferdinando (vti diximus) mortuo, Alfonſus eius filius, bellum

*Alfonſus rex Neapolis.*

Ayuntamiento de Madrid

bellum à Gallo imminere videns, Pontificem ſibi conciliare imprimis adnitebatur, qui iam ad Gallicas partes procliuior eſſe videbatur. Fit inter ipſos fœdus, & Alfonſo iura regni attribuuntur. Tentatur & Ludouicus Sfortia, vti relicto Gallo, illis ſe coniungeret. Is verò, dubia ſpe oſtenſa, rem cœptam vrgebat, miſſoque in Gallias legato, Galeacio Sanſeuerinate, genero ſuo, regi author erat, vti & ipſe Pontificem ſibi æquiorem redderet. Miſſi igitur in Italiam oratores regij, Florentinos primùm, ac Petrum Mediceũ, reipublicæ primatem, in ſuas partes ſollicitant. Cumq́; nihil certi reſponderetur, Romam profecti, Pontificem multis magniſque promiſſis onerantes, priſca Galliæ regum in ſedem Apoſtolicam ſtudia, obſeruantiamq́;, contra Arragoniorum iniurias, & contumaciam extollebant. Pontifex, tres iam Arragonios reges, à maioribus ſuis confirmatos eſſe, reſpondet, à quorum inſtituto diſcedere ſe iniquum videri. quod ſi Gallorum rex potiori iure Neapolitanum regnum ſibi deberi contenderet, legitimæ diſceptationi locum eſſe, quod in diplomate expreſſum ſit, ita regnum Alfonſo concedi, vti ne cuiuſquam iuri derogetur. Itaque armis eccleſiam, cuius id regnum eſſet, turbare deſiſtat, iure experiatur. Id & iuſtũ eſſe, & ex eius dignitate, cuius maiores, ob ſumma in rempublicam Chriſtianam merita, Chriſtianiſſimorum cognomen ſibi peperiſſent. Hæc multis à Pontifice demonſtrata, Carolum nihil mouere potuerunt. Igitur Lugduno Viennam profectus, Petro Borbonio totius regni ſummam, Admiralio Picardiam ac Normandiam, atque alijs alias prouincias, per ſuam abſentiam gubernandas, attribuens: reliqua totius Galliȩ nobilitate comitatus, ſuperatis Alpibus Cottijs (Genebræ montem vocant) ad quintum Idus Septembris Aſtam venit. Ibi ei præſtò fuerunt, Ludouicus Sfortia cum vxore, & Hercules Eſtenſis, Ferrarienſium princeps. Aſtæ rex, aduerſa valetudine tentatus, ſubſtitit, & poſt menſem, recreatis viribus, Papiam mouit, vbi Ioannem Galeacium, grauiſſimo morbo laborantem, inuiſit. Inde Placentiam vbi veniſſet, de illius obitu nuncium accepit. Ludouicus verò, qui eò regem ſecutus erat, Mediolanum aduolans, rei ſummam in ſe recepit, etſi ex duce filius ſupererat. Rex arrepto per Flaminiam itinere, exercitũ illum aſſecutus eſt, quem ſub Eberhardo Obigneo Scoto duce pręmiſerat. In itinere omnia illi ſecũda euenêre: nam Petrus Medicæus,

*Carolus Gallorũ rex Italiam ingreditur.*

*Ioannes Galeacius moritur.*

dicęus, qui antea cum Alfonſo ſentire videbatur, Gallicæ potentiæ metu, alijsq; rationibus inductus: mutato conſilio, fide publica accepta, regi obuiam profectus, cum eo in gratiam redijt, traditis aliquot munitis reipublicæ locis; quam rem ægrè ferentes Florentini, arma arripuêre. Id indignatus rex, Piſanos de impotenti illorum dominatione querentes, liberos eſſe iuſſit. Pòſt cum exercitu vrbem ingreſſus, duras quaſdam conditiones propoſuit quidem, ſed multitudinem veritus, neq; ab animis neq; ab auxilijs imparatam, fœdus cum ijs ac amicitiam fecit. Hinc pręſidio Senis collocato, in agrum Romanum duxit. Alexander verò Pontifex, animi dubius, primùm vrbem defendere in animo habens, Ferdinandum Calabriæ ducem, Alfonſi filium, cum copijs ad ſe vocauit: mox à Gallicis proceribus, nihil aliud regem, quàm tranſitum petere perſuaſus, admittere eum in vrbem, eiusq; fidei ſeſe committere, ſtatuit. Itaq; pridiè Calendas Ianuarij, rex cum omni exercitu armatus, porta Flumentana vrbem ingreſſus eſt: eadem hora Ferdinando cum ſuis per Latinam, exeunte. Pontifex animi anxius, in arcem Angelicam ſeſe cum paucis recepit, vnde poſt percuſſum cum rege fœdus, in Vaticanum redijt.

*Carolus cũ Florentinis fœdus facit.*

*Carolus Romã venit.*

*1495.*

Inter hæc apud Neapolitanos varij animorum motus erant, multiq; Alfonſi mores, vitamque & vitia exoſi, ante regis aduentum, eius partes ſequebantur. Igitur ille ſimul atque filium Roma digreſſum audiuiſſet, ſua ipſius conſcientia, ſuorumque odio implacabili motus, abdicare ſe regno, & filium rebus imponere ſtatuit, ea mutatione futurum ratus, vti ſubditi, veterum offenſarum obliuione inducta, filij cętera egregij auſpicijs in officio contineantur. Atq; ita, nondum exacto ſuſcepti regni anno, quatuor triremibus, regia ſupellectili onuſtis, in Siciliam trepidè profugit. Carolus, quinto Calendas Februarij Roma egreſſus, quoſdam ex ſuis præmiſit, qui Montem S. Ioannis, oppidum munitiſſimum, vi expugnantes, multa paſſim loca deditione in ſuam poteſtatem redegêre. Ferdinandus enim, etſi Neapolim profectus, nomen regis, dignitatemque aſſumpſerat, Gallorum progreſſum impedire minimè poterat, deficientibus paſſim, & regis poteſtati ſeſe permittentibus oppidis. Quare cùm, poſt Capuam & Auerſam, Gallis traditas, Neapolitani quoq; legatos ad Carolum miſiſſent, Ferdinandus cum Friderico patruo, reginaq; aui vidua, & Ioãna filia, in inſu-

*Alfonſus regno ſe abdicat.*

Ayuntamiento de Madrid

in inſulam Ænariam nauigauit, vrbem idemtidem reſpiciens, & Pſalmographi regis verſum ingeminans: quo ille ſuperuacuam vrbis cuſtodiam cecinit, quæ à Deo non ſeruatur. Ita Carolus ad nonum Calend. Martias vrbem victor inuectus eſt, magno felicitatis ac raro exemplo, rebus ſupra votum fluentibus. Arces, quæ Ferdinandi præſidijs tenebantur, paucis diebus ſe dedidêre.

*Carolus Neapolim occupat.*

Dum hæc in Italia geruntur, Maximilianus Cæſar, ſub veris initium, ex Belgio in Germaniã reuerſus, Vvormatij celebri vangionum vrbe, conuentum principum aliorumque Imperij ordinum egit. Aderant præter ipſos, Hiſpaniæ regis, Venetorum, Mediolanenſis, ac Montisferratenſis, aliorumq; externorum principum legati. In hoc conuentu duæ maximè res proponebantur: de inhibenda Baiaſethi Turcarum tyranni violentia, ne is in penitiora Germaniæ loca penetraret; deq; Caroli regis conatibus, quibus obuiam iri debere, qui Senis, Piſis, atque alijs in locis contra vetera Imperij iura attentaret, ac Rom. Eccleſiæ ditionem inuaderet, quæ ab eo fieri Cęſar permittere nõ deberet. His vti in tempore occurri, bellumque ex dignitate geri poſſit, ante omnia concordiam domi ſtabiliendam, dein pecuniam, belli neruum, publicè colligendam. Itaq; de pace per Imperium ſeruanda ſtatutum eſt, & tributum perexiguum in ſingula capita imperatum, quod proximo quinquennio exigeretur. Ea verò res, ob principum inter ſeſe ac ordinũ variantes ſententias, effectu caruit. Actum etiam eſt de iudicio Cameræ Imperialis, & inſtaurata eſt dicendi iuris forma, ſaluberrimo conſilio. In hoc ipſo conuentu Cæſar Eberhardum Barbatum Vvirtembergæ Comitem, virum magnis virtutibus, multisq; in rempublicam meritis inſignem, primũ ex illa proſapia ducem creauit, Vvirtembergæque ac Teccæ inſignibus & titulo donauit, conſentientibus quotquot aderant, & applaudentibus Imperij principibus; apud quos, ob animi celſitudinem probitatemq;, conſiliorum item ac rerum gerendarum dexteritatem, authoritate pollebat, & nonnullis, ſolo nomine minor, potentia ac opibus præeminebat.

*Comitia Berbetomagi.*

*Baiaſethus Turcorũ Imperator.*

*Eberardus Barbatus Vuirtemberg. Dux.*

Interim Carolus Gallorum rex, victorię curſum ſecutus: paucis diebus per ſuos Apuliam omnem, præter Brunduſium & Callipolim ciuitates, Calabriam item, paucis admodum locis exceptis, occupauit. Eius verò potentia & felicitas omnibus Italiæ regulis

*Caroli fœlicitas multis formidoloſa.*

Ayuntamiento de Madrid

*Conſilium malum conſultori peſſimum.*

gulis nimia eſſe ac intolerabilis viſa: & Ludouicus Sfortia, qui, ne ab Arragonijs & Petro Medicæo impediretur, ipſum in Italiam adduxerat, omnia illi prona eſſe videns, ne arma in ſe conuerteret, timere cœperat, neq; enim ab initio regem eò progreſſurum crediderat. Igitur & Ioannis Galeacij obitu, ac Arragoniorum aduerſa fortuna voti compos, & metu ſolutus, ne quid à rege periculi exiſteret, vti eius conatibus officeret, clàm animo conſilia dudum agitabat. Idem propè timor & Venetos inceſſerat, qui etſi ab initio regem tàm potentem alpes tranſire ex vſu reipublicæ non eſſe perſpicerent, obiectis tamen maioribus, quàm quæ euenêre, difficultatibus, citò in Galliam rediturum rati, à partium ſtudijs immunes ſeſe continuerant: nunc ipſum videntes non in Campania & Apulia tantùm, ſed in Pontificia quoque, ac Florentina ditione oportunis locis, præſidia ſatis firma habere, maiora rerum momenta concepiſſe intelligebant. Pontifex item, Ferdinandus Hiſpaniarum rex, & Cæſar, nimis ſecundas Galli res, non ſine cauſa, ſuſpectas habebant. Igitur procurante imprimis, & ad omnem occaſionem aduigilante Ludouico, de fœdere inter ipſos faciendo agi cœptum, De Ferdinando in fœdus aſſumẽdo, difficultas ea adferebatur, quòd is commodorum ratione adduct⁹, Carolo obnoxium ſe feciſſet. Eam Ferdinandus ſublatam eſſe omnem interpretabatur, quod in obligationis diplomate expreſſum erat: nulla ipſum re teneri, qua Pontificis iuri quidquam derogaretur, eaque lege arma pro Arragonijs ſumere prohiberi, ſi Carolus regnum Neapolitanum, potiori iure ad ſe ſpectare, demonſtraſſet. Iam verò armis ipſum, non iure agere, neque Pontifici auxilia, contra iniuſtam ipſius vim poſtulanti, negari poſſe. Itaq; menſe Aprili Venetijs, quò omnium legati pridem conuenerant, ictum eſt fœdus inter Pontificem, Cæſarem, Hiſpanum, Venetos ac Mediolanenſem. id ne antea fieret, in cauſa fuerat Caroli celeritas, & quod Philippus Comminæus illius legatus, ſeorſum cum Venetis, per eos dies, multa agitaret. Fœderi prætendebatur communis omnium defenſio; ſed occultius conſilium erat Aragonios iuuare, reliquos Italiæ regulos in fœdus adſciſcere, Cæſari ac Hiſpanorum regi, ad bellum in Galliam mouendum, pecuniam decernere, vti Carolus, ad ſua defendenda reuocatus, Italia excederet. Hanc illorum ſocietatem, contra ſe initam, vbi intellexiſſet Carolus, ſuorum hominum

*Fœdus contra Carolum.*

Ayuntamiento de Madrid

minum conſilijs, & propria quadam cupiditate, in patriam redire ſtatuit. Iamq; Neapolitani pleriq;, Gallorũ, quibus rex omnia regni munia contulerat, impotentiam, moresq; à ſuis diuerſos exoſi, veteres dominos, ſi qua occaſio daretur, deſiderabãt. Igitur Carolus, Prorege Mompenſerio creato, Proſperoq; & Fabricio Columnijs, & Antonello Sabello cum parte copiarum in regno relictis, Romam iter edixit, & ſuſceptis regni inſignijs, ac iureiurando à ciuibus exacto, ad decimum Calendas Iunias Neapoli diſceſſit. Romam ire decreuerat Carolus, vti Pontificem in ſuas partes perduceret, aut ſi id impetrare non poſſet, ne hoſtibus auxiliaretur, perſuaderet. Ille verò, præſidio arci Angelicæ impoſito, diſceſſerat Oruietum, relicto, qui regem exciperet, Cardinale D. Anaſtaſiæ. Roma per Etruriam ducens, Senas & Piſas interuiſit, inde ad Tarrum amnem progreſſus, obuias habuit confœderatorum copias, cum quibus acerrimo commiſſo prælio, in tantum periculum ſe dedit, vti viribus humanis diffiſus, ad vota diuorum Dionyſij ac Martini opem confugeret. Pugnatum eſt, obſtinatis vtrinq; animis, cæſa tria hominum millia, victoriæ famam vtrique pro ſe diuulgarunt: plures ex Italis cecidiſſe ferebantur. A Maximiliano miſſus, huic prælio interfuit, Fridericus Cappellius, mille equites ac bis mille pedites Germanos ducens. Inde Aſtam rex, à nemine impeditus, perrexit. Per eoſdem dies, Ferdinandus ex Sicilia, in quam abierat, ſoluẽs, cùm Neapolim propiùs adnauigaſſet, à ciuibus, ad campanę ſonum conuocatis, in vrbem introductus eſt, inuito Mompenſerio. Non multò pòſt Columnij, relicto Gallo, ad ipſum defecêre, & Mompenſerius, relictis arcibus, cum ſuis abijt. Obſidebatur interim à confœderatis Nouaria, & Ludouicus Aurelianenſium princeps, qui intus erat, annonæ difficultate preſſus, miſſis ad regem nuncijs, auxilia ſubmitti poſtulabat. Rex Taurinum profectus, fruſtra ei ſuccurrere tentauit, quòd ciuitas ea nimis arctè & à multis obſidebatur: nam præter Italos, decem Germanorum peditum millia, recèns in ſociorum caſtra venerant, inter quorum duces eminebat Michaël Vvolckenſtainius, qui (vti refert Guicciardinus) ſuperioribus annis, Cæſari militans, Odomariſani recuperati, decus ſuum fecerat. Hunc à Petraplana Itali vocant, quem Freundſpergium hactenus nonnulli ſunt interpretati, ego ex manuſcriptis, quæ Odomariſanum ab eo captum narrant,

*Carolus Neapoli diſcedit.*

*Præliũ ad Tarrum fluuium.*

*Ferdin. Aragonius Neapolim redit.*

*Nouaria obſeſſa.*

*Michaël Vvolckenſtainius.*



Ayuntamiento de Madrid

rant, verum nomen reſtituo. Carolus tandem pace cum Ludouico facta, ſub finem Octobris deductis Nouaria ſuis, in Galliam redijt: victo quam victori ſimilior. De hac expeditione vulgò dicebatur: Carolum aureo piſcatum hamo, nihil præter famam, auræ ſimilem, cepiſſe. Dum enim fortuna magis, quàm vllo egregio facinore voti compos, oblata vltrò victoria vti neſcit, multa multis damna attulit, nullo ſuo emolumento.

*In Carolum dicterium.*

Poſt regis diſceſſum, variè diù pugnatum eſt, inter Mompenſerium aliosq; tribunos, & Ferdinandum Arragonium, qui omnem propè ditionem recepit, eadem facilitate redeuntibus ad ipſum ſubditis, qua anteà defecerant. Adiuuabat eum non parùm Ferdinandus Conſaluus, quem Hiſpani magnum vocabant, quod cognomen rerum geſtarum gloria propriũ ſibi poſteà fecit. Hunc Beticis bellis exercitatum, Hiſpaniæ rex, Arragonijs auxilio miſerat. Cumq; iam Italia Gallorũ metu propè liberata, & ab inteſtinis bellis reſpiratura videretur, noua iterũ diſſidia exorta ſunt. Florentini enim Piſanorum vrbem ſibi ereptam dolentes, armis eam iterum ſubijcere aggrediebantur. Horum conatibus opponebant ſe Veneti & Ludouicus Sfortia, veriti, ne hac occaſione Carolus aliquando in Italiam reuerteretur. Vtriq; verò pro ſe vrbem eam imperio ſuo adiungere contendebant, etſi ſedulò id diſſimularent.

*1496.*
*Belli Piſani initium.*

Inter hæc annus aduenerat poſt mille quingentos ab orbe redempto nonageſimus ſextus, cuius primo die, Antracius Gallorum præfectus, Piſanis arcem, quam Citadellam id eſt paruam ciuitatem vocant, tradidit, duodecim aureûm nummûm millia pro ſe, octo pro milite pactus. Eam Piſani, numerata ex ſua & amicorum contributione pecunia, acceptam, funditus euerterũt. Cùm autem ſuis ſe viribus parùm tutos fore viderent, ne ad Florentinorum imperium redire cogerentur, Pontificis, Cæſaris, Venetorumq; & Mediolanenſis ſimul opem implorabant, à quibus omnibus benignè auditi, beneque ſperare iuſſi ſunt, & Maximilianus miſſo diplomate, libertatem illis confirmauit: quam vti defenderent, Alexander Pontifex literis ſuis cohortatus eſt. Vicinæ quoq; ciuitates Florentinorum, pars odio, aliæ & metu, ac reliqui Italiæ reguli, quibus illorum cum Gallis coniunctio moleſta erat, ſua Piſanis ſtudia oſtendebant. Imprimis verò Mediolani princeps, & Veneti non promiſſis tantùm & conſiliis, ſed re ipſa iuuabant. Sed

cùm

Ayuntamiento de Madrid

cùm ille ad rem attentior parciùs, hi verò liberaliùs tribuerent, populariũ animi vti trutina ſeſe inclinabant in eam partem, quę præponderabat. Cordatiores quoque, & qui non tàm beneficia ipſa, quàm animos tribuentium inſpiciebant, & tàm hos quàm illum nouerant, firmius ſibi præſidium in Venetorum amicitia fore confiſi, ſuæ ciuitatis patrocinium ijs obtulère, non refragante Ludouico, ſed adhortante potiùs, vti plures in ea re ſumptus non faceret, Venetoſq; ac Florentinos inter ſe committeret.

Hoc rerum ſtatu, Florentini aſſiduis nuncijs Carolum, vti in Italiam rediret, extimulabãt, quod & alijs de cauſis facere ipſe cogitabat, iamq; magnos belli apparatus fieri rumor ferebatur. Territus igitur Ludouicus, quòd non ſatis ex fide pacem ſe cum rege feciſſe, idque minimè ipſum latere nouerat, ſi in Italiam is rediret, proximum ſe periculo ac iniuriis oportunum videns: fidos ex ſuis homines ad Cæſarem mittit, qui eum magnis promiſſis euocarẽt. Apud Venetos quoq; effecit, vti & ipſi aduentum illius vrgerent, conſtituto ad vicena aureum nummum millia ſtipendio menſtruo, cui ſummæ altera tricena adijci volebat Cæſar, idque in tres menſes. Id cùm Venetis nimium videretur, Sfortia de ſuo numeraturum ſe recepit, cumq; illum per id tempus ad Atheſim in Tirolenſi agro eſſe accepiſſet, præmiſſis nuncijs Malzium, ſub ipſis alpibus pagum, euocauit, vnde ſub venationis ſpecie redeuntem Bormium vſq; proſequutus, de expeditione in Italiam, deq; tempore & ratione tranſeundi cum illo conſtituit. *Florentini Carolum reuocant in Italiam.* *Cæſaris & Sfortiæ colloquium.*

Inter hæc Oeniponti in palatio ſuo diem obijt Sigiſmundus Archidux, Friderici Senioris Auſtriaci filius, pridie Nonas Martij. Interanea illic in D. Iacobi ęde, corpus in Monaſterio Stirpinenſi, vulgò Stambs vocato, apud maiores conditũ. Huic in prima adoleſcentia deſponſam fuiſſe anteà diximus Radegundim, Caroli Septimi Gallorum regis filiam, Magdalenę ſororem, quę Ladiſlao regi ſponſa fuit; ſed illa ante nuptiarum tempus mortua eſt. Duxit poſteà Eleonoram Iacobi Secũdi Scotorum regis filiam, quę nulla relicta ſobole (nam Vvolfgangus ex ea natus in cunis deceſſerat) obijt anno octuageſimo. Altera illi vxor fuit Catharina Alberti Saxoniæ ducis filia, quæ marito ſuperſtes, Erico Brunſuicenſi deinde nupſit. Princeps fuit Sigiſmundus prudens, liberalis, ac ſubditorum amans, ad quietem & pacem quàm ad bellũ procliuior. *Sigiſmundi Archiducis mors.*



Ayuntamiento de Madrid

Heredem reliquit Maximilianum Cęſarem, patruelis filium. Sunt qui eius obitum in annum proximè ſequentem referunt, ſed quos falli notauit Putſchius in ſuis analectis.

*Cæſaris iter in Italiam.*

*Ferdinandi Aragonij mors.*

Rebus in Tirolenſi ditione conſtitutis, Cæſar cum parte copiarum in Italiam profectus; in itinere, haud procul Mediolano, de Ferdinandi regis Neapolitani obitu nuncium accepit. Is enim, cùm iam retro labentibus Gallorum rebus, omnia propè recuperaſſet, ſubito quodam morbo correptus, nondum exacto ab Alfonſi patris morte anno, deceſſit. Qui quod filios non haberet, Cæſar, de regno illo ad generum ſuum, Ioannem Ferdinandi Hiſpani filium transferẽdo, cogitare cœpit, ſed Ludouicus eam rem diſſuadebat, vti incommodam, & per quam diſiuncta ſocitate, Gallorum potentia in Italia vires acquireret. Igitur mutato conſilio, Cæſar Friderico regis mortui patruo, ſucceſſionem regni diplomate comprobauit. Placuit dehinc Ludouico, Pontificiſq; & aliorum confœderatorum legatis, vti Cæſar in Taurinos iret, Aſtam, vnde Gallorum trãſitus ꝓhiberi poſſet, caperet, Sabaudięac Montisferrati regulos, Imperio obnoxios, à Caroli regis amicitia & commilitio deterreret. Hi à Cæſare, vti in Taurinis aliquò ad colloquium venirent, interpellati, venire neglexerunt, quòd ipſum ab exercitu adhuc imparatum, neque vlteriùs progreſſurum, neque Aſtam ijs copiis, quas ſecum habebat, tentaturum crederent. Ludouicus verò, qui Piſanæ vrbis potiundæ ſpem nondum abiecerat, ne ea Venetorum imperio accederet, modis omnibus impediendum ratus: Maximiliano author erat, vti Piſas ipſe proficiſceretur, ſeq; legitimum eius controuerſiæ cognitorem iudicemq; interponeret, quòd ea ciuitas ſub veteri iure Imperij teneretur. Ita Florentinos Cęſaris authoritate ac ſociorum viribus territos, & à Gallorum amicitia diſceſſuros, neq; illius arbitrium detrectaturos putabat, & ſi Piſana res illi permitteretur, facilè ſe & pecunia & gratia, qua apud Cæſarem polleret, voti ſui compotem fore ſperabat. Maximilianus comprobato eius conſilio, legatos Florentiam mittit, qui dicant, in Italiam veniſſe Cæſarem; vti pacata illa, expeditionem in Chriſtiani nominis hoſtem, totis viribus ſuſciperet. Monere igitur atque hortari, vti ad communis patriæ tranquillitatem conſeruandam, relicta Gallorum ſocietate, cum reliquis Italiæ principibus ſe cõiungant, quod ſi facere non-

*Frid. Aragonius rex Neapolis.*

*Lud. Sfortiæ cõſilia de Piſanorum re.*

*Cæſaris legatio ad Florentinos.*

dum

Ayuntamiento de Madrid

dum animum inducere poſſint, ſui interim officij eſſe, controuerſiam ipſorum cum Piſanis componere: itaque æquum videri, vti ab armis abſtineant, donec ipſe vtrorumq; cauſam rationesq; diiudicaſſet: idem ſe Piſanis quoque iniunxiſſe, quos obſequentes fore certò confideret. Florentini audita legatione, etſi ex Gallia non ſatis læta nunciabantur, induci tamen non potuêre, vti ante reſtitutas ſibi Piſas, Cæſari cauſæ ſuæ arbitrium permitterent: ſed laudata eius præclara voluntate, breui ſe per legatos cum eo acturos reſpondent, interim verò præſidia & vires comparant. Ne verò aut cauſæ ſuæ diffidere, aut à concordia alieni eſſe viderentur, vtq; Cæſarem ſibi æquiorem redderent, legatos Genuam ad eum miſêre, qui Florentinos, pro ſingulari in eum obſeruantia, ipſum admonere dicerent, pacis & concordiæ, quam in Italia ſtabilire nitebatur, rationem iniri meliorem non poſſe, quàm vti Piſæ ipſis reſtituerentur, quæ alioquin cauſam dare alijs poterant, ad Italiæ imperium aſpirandi: neque æquum eſſe, vti quibus ſua eſſent erepta, antequàm ea reſtituerētur, cuiuſquam arbitrio cauſam committant. Piſis reſtitutis, totius cauſæ cognitionem ipſi, cuius ęquitati niderent, permiſſuros, neque communem Italorum inter ſe concordiam impedituros. Ad hæc cùm poſt longam deliberationem nihil à Cęſare reſponderetur, legati, à ſuis reuocati, abiêre. Ita non tàm Cæſar ipſe, quàm Ludouicus, ſua ſpe fruſtratus eſt. Neq; enim Florentinos crediderat Maximiliani arbitrium nō accepturos. Veneti verò, etſi Cæſaris arma habebant ſuſpecta, quòd loca quædam occuparant, quæ veteri iure ad Auſtriacorum imperium pertinerent, cum paucis tamen adeſſe eum videntes, vti Piſas propiùs accederet inſtigabant, ita fore rati, vti, ſi qua Florentinis vel eius authoritate vel iunctis ſimul armis adimerentur, diſcedente ipſo ſibi relinquantur. Quod cùm & Sfortia vrgeret, Cæſar cum ſex Venetorū triremibus, & Genuenſium aliquot Liburnicis ſoluens, in Spediæ portum appulit, vnde terreſtri itinere Piſas perrexit. Collectis dehinc copijs, (nam terra nonnulli venerant) Liburnum expugnare ſtatuit, maritimum Florentinorum oppidū, ingenio loci, & opere munitum. Id cùm firmum haberet pręſidium, & commeatu Gallicis nauibus ſubuecto eſſet inſtructum, difficile expugnatu videbatur; neque enim propter afflictam tempeſtate claſſem, oppugnatio maritima continuari poterat, neque Veneti

*Cæſar Liburnū oppugnat.*



Ayuntamiento de Madrid

omnem ex vrbe Piſana militem educere ex re ſua putabant. Cùm verò, exorta per eos dies tēpeſtate, triremes, quę ad portum erant, affligerentur; & Germani milites, quibus tentoria deerant, frigus durare non poſſent; Cæſar, aduerſa diuûm atq; hominum voluntate, bellum facere negans, Piſas rediit, & quòd Germaniæ res ipſius præſentiam poſtularent, per agrum Mediolanenſem in Tirolim abijt. Poſt Maximiliani diſceſſum, Ludouicus Piſanę vrbis potiundæ ſpe deiectus: ſuas & ipſe copias domum reuocauit, ſolis iam Venetis bello relicto, qui in cauſa eſſe dicebantur, ne Cæſar diutiùs illic maneret.

Dum hæc in Hetruſcis fiunt, interim Gallici belli reliquiæ in Apulis propè ſublatæ ſunt, capto à Venetorum claſſe Tarento, & Friderico vnà cum arcibus reſtituto. Atq; hæc ferè ad anni nonageſimiſexti finem acta ſunt. Qui ſecutus eſt annus, nouos in Italia bellorum motus attulit. Nam Alexander Pontifex, oblatam ſibi occaſionem eſſe videns, quòd Vrſinæ familiæ principes, rebus Neapolitanis occupatos ſciret, eorum ditiones inuaſit, & Columnijs idem vti facerent imperauit: quæ res, vix vnquàm conſopita Guelphæ ac Gibellinæ factionum odia, denuò excitauit. Accitus in hoc bellum ex Calabria Ferdinãdus Conſaluus, Vrſinis pacem petere coactis, Oſtiam primo aduentu territam cepit, & triumphabundus Romam inuectus eſt. Interim qui Gallicæ factionis erant, Ludouicum Sfortiam, nihil tale veritum, & à milite imparatum, aggreſſi, Nouio oppido, & Boſco caſtello captis, in eum timorem dedêre, vti Ferrarienſium principem, de impetranda à rege Gallorum pace, ſollicitauerit. Iamq; in Gallia magni fiebant ad bellum Italicum apparatus, & Ludouicus Aurelianenſiũ dux, Aſtam propediem venturus eſſe dicebatur. Is verò, etſi omnia ad iter eſſent parata, & rex negocium vrgeret, alias ex alijs moras nectens, ſatis oſtendit, expeditionem illam non eſſe ſibi cordi; eius rei variæ prætendebantur cauſæ, inter quas primam eſſe nonnulli putabant, quòd regem videret infirma valetudine: cui, ſi abſque prole moreretur, ſucceſſurus, abeſſe à regno minùs ex re ſua eſſe cenſeret. Inter hæc, colloquia quædam de pace, cum Hiſpaniarũ rege facienda, inter legatos haberi cœpta; is enim, Fridericum terra mariq; iuuans, Gallorum claſſem impediebat, bonamq; Calabriæ partem in poteſtate habens, id agere videbatur, vti regnum

*1497.*

*Alex. Pontifex Vrſinis bellum infert.*

*Oſtia capta.*

Neapoli-

Ayuntamiento de Madrid

Neapolitanum ſibi potiùs quàm Friderico aſſereret. Hunc igitur Carolus, non ob rem Neapolitanam tantùm, ſed vti ea occaſione confœderatorum ſocietatem viresque diſtraheret, conciliare ſibi adnitebatur. Igitur legatis vltro citroq; miſſis, induciæ inter ipſos factæ, ad ſex menſes, quibus cęteros omnes excludi Gallus voluit, pręter Cęſarem, & Henricum Septimum Anglorum regem. Non multò pòſt Ioannes, Ferdinandi regis filius, diem obijt, vxorem relinquens grauidam. Ea erat Margaretha Cæſaris filia, quæ acerbo eo caſu afflicta, ante pariendi tempus, fœtum edidit minimè vitalem. Publicus ob eam rem luctus per Hiſpaniam indictus eſt, & Ferdinandus rex, eiusque regina, in grauiſſimo mœrore fuêre, quibus anteà læta omnia & fœlicia euenerant. Nam poſt Mauros tota Hiſpania eiectos: poſt res in Italia proſperantes, ne induciarum & pacis, quæ ſperabatur, fructũ percipere integrum poſſent, clade domeſtica affecti, incertas rerum humanarum vices ſenſêre. Atq; vti ferè calamitas alia aliã ſecum trahit, eodẽ propè tempore Ioãnes Luſitaniæ rex, cui altera illorum filia Iſabella natu maxima nupta erat, equo excuſſus, ceruice fracta, deceſſit. Ne igitur, ſublata cum Luſitanis affinitate, nouæ inter vicinas, & mutuò laborantes odio gentes exiſterent diſſenſiones, eadem Emmanuëli poſteà regi deſpõſa eſt, & de tertia illorum filia, Philippo Belgarum principi iungenda, agi cœptum eſt. Margaretha verò Philiberto poſtmodùm nupſit, Sabaudiæ duci. Interim Maximilianus Cæſar paternas ditiones, imprimis eas, quę ex Sigiſmundi hęreditate ad reliquas acceſſerant, & quaſi auulſa priùs membra ad corpus redierant, perluſtrans, cùm ad lacũ Acronium veniſſet, colloquio cum Heluetijs Lindauiæ inſtituto, id agebat, vti, pace iam per omnem Germaniam conciliata, ipſi quoq; Sueuorum vicinę gentis fœderi ſubſcriberent, eam coniunctionem paci & concordiæ publicæ conſeruandæ commodam fore. Id cùm maioris momenti eſſe videretur, quàm vti ſtatim reſponderi poſſet, legati, qui populares ſuos ab ea ſocietate abhorrere nouerant, tempus concedi poſtulant, quo ad ſuos de his referant. Heluetij, re deliberata, nuncios Oenipontum miſêre, qui dicerent, ob fœdus domeſticum, & priuilegia ſuæ genti à multis Imperatoribus confirmata, integrum non eſſe, vti Sueuico fœderi accedant; orare, huius petitionis Cæſar gratiã faciat, aliâs ad obſequia promptos ſeſe exhibituris. Hoc

*Induciæ inter Gallorũ & Hiſpanorũ reges.*

*Io. Hiſp. principis mors.*

*Nulla calamitas ſola.*

*Cæſar Heluetios ad fœdera ſollicitat.*



Ayuntamiento de Madrid

anno, inter Florentinos & Piſanos induciæ fuêre, erantq́; ex Italiæ principibus, qui ad excludendos Gallos, Piſas Florentinis reſtituendas, eosq́; ad communis patriæ defenſionem à Gallis dirimendos, hoc modo cenſebant. Quod cùm proponeretur, Venetorum legati interceſsêre, multis rationibus demonſtrantes, id beneficiũ apud illos tanti non fore, vti, relicta Gallorum amicitia, cum reliquis ſe coniungant, contrà verò ex ea virium acceſſione, faciliorem Gallis aditum, & omnia ſecundiora fore: quare non beneficijs illos, ſed vi & metu ad officium reducendos. His vbi Pontifex aſſenſus eſt, oportunus ad eam rem viſus eſt Petrus Medicæus, qui illorum & conſilijs & pecunijs inſtructus, in vrbem ingredi conatus eſt. Non fauit cœptis fortuna: nam pluuia impeditus, cùm tardiùs, quàm conſtitutum erat, ad vrbem acceſſiſſet, repulſus eſt. Ex ea re magna Florentiæ calamitas exorta, multi ex primoribus vrbis capitali ſupplicio affecti, pars fuga ſalutẽ quæſiuêre. Sequentis anni initio, noua iterum de Florentinis conciliandis conſilia ſunt agitata; qui, miſſis Romam legatis, ſatis iam declarabant, ſi Piſæ ſibi redderentur, arma ſe & opes ſuas cum cęteris coniuncturos, communisq́; patriæ ſalutem Gallorum ſocietati prælaturos. Vrgebant eam rem Hiſpaniæ regis ac cæterorum legati, præter Venetos, qui acerrimè contrà tendebant.

*Italorum de Piſana re conſultationes.*

*1498.*

Hæc dum per Italiam aguntur, Carolus Gallorum rex, ad ſextum Idus Aprilis, apoplexia tactus, Amboſæ ſubitò extinctus eſt. Eius obitu, quòd prolem ſuperſtitem nõ haberet, regnum ad Ludouicum Aurelianenſem deuolutum eſt, ad quem ſtatim aulicus omnis famulatus Pleſſium ſeſe contulit. Is ab initio ſuſcepti regni Italis, qui Gallici belli metum depoſuerãt, imprimis verò Mediolanenſium duci terrorem incuſſit, haud obſcuris indicijs oſtendens, eius ſe ditionem, quam, ex auiæ ſuæ Valentinæ hæreditate, ſuam eſſe contendebat, armis ſibi vindicaturum. Per idem tempus Eberhardus Iunior, qui, Eberhardo Barbato patruo primo Vvirtembergæ duci, ſucceſſerat, imperij malè adminiſtrati conſcientia, ſiue ſubditorum, quos infenſos ſibi putabat, metu, gubernatione prouinciæ abdicans ſe, Vlmam profugit. Huic Cæſar, in Sueuiam profectus, Henrici fratris filium Vdalricum ſuffecit, & tutores ei ac curatores dedit, qui rebus præeſſent, quoad ipſe adoleſceret, decimum enim annũ nondum exceſſerat. Cum Eberhardo

*Caroli regis mors.*

*Eberhardus Iunior Vuirtẽbergæ Dux fugit ex ditione ſua.*

Ayuntamiento de Madrid

hardo actum eſt, ex auctoritate Cæſaris, vti vaſis argenteis nepoti redditis, ſex florenorum millia quotannis acciperet. Is ad Philippum Palatinum profectus: ſexto pòſt anno obijt. Vdalrico Cęſar, Sabinam ſororis ſuæ Cunegundis ex Alberto Boïorum Duce filiam, deſpondit. Inde in Briſgouiam pergens: Friburgi, prima regionis vrbe, conuentum principum aliquot, ac Imperij ordinum habuit, vbi de Mediolanenſis principatus ſtatu, & quo pacto Gallorum conatibus occurrendum eſſet, multa eſſe propoſita dicuntur. Conuentu ſoluto, Maximilianus ſecundo Rheno in Vbios deſcendens: circa Coloniam exercitum comparat, quo Caroli Geldriæ principis, qui per illius abſentiam nouos tumultus excitauerat, contumaciam frangat. Huic Philippus Archidux Albertum Saxonem iam oppoſuerat, cui Cæſar ſe adiungens, Echtam munitiſſimam arcem, non ſine militum ſuorum clade expugnat, Neoſtadium item oppidulum, & vicina aliquot loca, partim armis, partim metu ad deditionem cogit. Mox Saxone ad cõtinuandum cum Geldris bellum in caſtris relicto, Bruxellas ipſe ad filiũ pergit. Ibi compoſitis prouincialium rebus (nam & in Brabantiæ nonnullis ciuitatibus nonnihil turbatum erat) bellum maioribus viribus gerendum, in Geldros decernitur. Interim Albertus, à Guilielmo Iuliacenſi adiutus: adulto iam autumno, Stralam oppidum, aſſiduis tormentorum ictibus verberatum, poſt viginti dierum obſidionem deditione capit. Geldri verò in Henſbergenſium agrum & Moërſiorum comitum ditionem, quibus defenſor eſt Iuliacenſis, excurrentes, prædas agunt, captiuos aliquot abducunt, Echtam arcem recipiunt, occiſis qui in præſidio erant ducentis equitibus, & præfecto eorum capto. is erat Hannonius.

*Vdalrico duci Cæſar Sabinam neptem iungit.*

*Conuentus Friburgi.*

*Echta arx capta.*

*Bellum Geldricum.*

*Strala capta.*

In finem huius anni inciderunt belli Heluetici (ipſi Sueuicum vocant) initia & apparatus, cuius hæ potiſſimùm fuerunt cauſæ. A primo tempore, quo Maximilianus à Sigiſmundo adoptatus, ipſo adhuc viuo, ditionũ eius imperium ſuſcepiſſet, ſæpè ab Heluetijs confœderatis petierat, vti concordiam & fœdus, quod ipſis cum Sigiſmundo interceſſerat, ſecum quoq; confirmarent. Illi eo prætextu id quęri ſuſpicati, vti Sueuico fœderi implicarentur, reſpondent: Cùm Sigiſmundus ſuarum ditionum imperio ſeſe abdicaſſet, nullo fœderis iure aut relligione ampliùs ſe teneri, neque ex re ſua videri, fœdus vllum cum quoquam facere. Hoc eorũ reſponſo, no-

*Heluetici belli cauſæ.*

Ayuntamiento de Madrid

ſo, noua animorum exacerbatio orta, & belli quaſi ſemina iacta eſſe videbantur. Iam enim à multis annis pleriq; principes, & nobilitas omnis, Heluetijs infenſi infeſtiq; erant, ob aſſertam armis libertatem; quod cum ſcirent ipſi, à Sueuico fœdere, in quo plurimum poterat nobilitas, tantoperè abhorrebant, atque ea de re, non apud illos tantùm, ſed apud Sueuos etiam, cæterasq; vicinas Germaniæ gentes odium incurrebant, cui obſtinato animo obuiam ire, quàm libertatem amittere malebant. Inter hæc, Conſtantia celebris ad lacum Podamicum ciuitas, quæ hactenus immunem ſe ab vtrorumque ſocietate continuerat, multis vtrinque promiſſis ſollicitata, per eos dies Sueuico ſe fœderi coniunxit, eoque ſtatim Cæſaris & ſociorum legati conuenêre, fœdusq; & ſocietatem cum ea ciuitate firmauêre. Accedebat ad has animorum offenſas, vetus quædam ſimultas, inter Atheſinos Cæſaris ſubditos, & Griſones (vt vocant) Rhetię populum, Curienſi ditioni parentem, quæ in eum vſq; diem ad varios ſubindè arbitros reiecta, componi non potuerat. Cumq; res ad arma iam ſpectare videretur, Curienſes, quòd impares ſe aduerſariorum viribus putarent, Tiguri, in publico Heluetiorum conuentu, ad Idus Decembris eorũ ſe fœderi adſociauêre. Id vbi audiuiſſent, qui Cæſaris & Sueuici fœderis partes ſequebantur, Conſtantiam & ipſi frequentes conuenêre; vbi de belli gerendi ratione, quà parte, quisq; & quibus hoſtem viribus aggrederentur, deliberatum eſt. De hoc bello deinceps dicturus, admonere lectorem volui, non eſſe conſilij omnia prælia, velitationes, agrorum, oppidorum, pagorum deuaſtationes, & accepta vtrinq; ac illata damna ordine recenſere, ſed ſummis rerũ veſtigijs inſiſtere, quòd ſingulatim omnia ex Ioanne Stumpfio, pars etiã ex Baſilienſiũ rerum ſcriptore peti poſſint.

*Conſtantia Sueuicum fœdus recipit.*

*Simultas inter Atheſinos & Curienſes.*

1499.

Initium huius belli apud Vennones ortum eſt, vbi Atheſini aliquot, iuſſu (vt ferebatur) Oenipontani Conſilij, quod ſuperiorum Auſtriæ prouinciarum regimen vocãt, Munſterdaliũ quoddam collegium (à quo vicinę ditioni nomẽ, quaſi monaſterij vallem dicas) iuuadere tentantes, ab accolis repulſi, octodecim ex ſuis amiſêre. Locum illum ſub Maximiliani imperio eſſe Atheſini cõtendebant, contra quorum iniurias Griſones eum ſuo præſidio firmarunt. Curienſis verò præſul Henricus ab Heüen, Cæſaris & Sueuorum partibus addictior, Fürſtenbergam arcem pręfecto illius Ti-

*Monſterdaliũ.*

lius Ti-

Ayuntamiento de Madrid

lius Tirolēſi tradidit, quo facto inuidiam ſibi & odium apud ſuos excitauit. Cæſariani interim, & Sueuorum cōfœderati, Heluetios bello adoriuntur, qui pleraque loca hoſtibus oportuna præſidijs munierant. vaſtantur agri, nouiſq; copijs vtrinq; confluentibus, belli quædam quaſi præludia fiunt. Griſones Maienfeldæ præſidium ſatis firmum collocauerant. Eum locum ſub Malantio in Rheni ripa ſitum Tſchudus Lupinum, Glareanus Magnam, alij Maiæ villam vocāt, eamq; illic olim cultam aſſerunt. Hunc Brandeſij fratres, Ludouicus, Thuringus, & Sigiſmundus, compoſito cum ciuibus quibuſdam dolo, nocte quadā Valdutio arce egreſſi, capiunt, præſidiarijs cæſis, oppidum & arcem quadringentis viris defendēdum committunt. Guttembergæ item, ac alijs vicinis arcibus, Cæſarianos aliquot equites locant. Accerſuntur ab vtriſq; auxilia, & Griſones hoſtem priores aggreſſi: quadringentos occidêre; inter quos Vlmenſis ciuitatis ſigniferum eſſe inuentum memoriæ proditur: qui vexillum dentibus apprehenſum mordicus retinens, multis confoſſus haſtis, dimittere noluerat. Valdutium inde expugnatum: captus in eo Ludouicus Brandeſius, Raperſuillam miſſus eſt. Liber Grunbeccij manuſcriptus, Brandeſium narrat, accepta fide publica, ad colloquium vocatum, ipſum, & arcem dolo captum: quod ſi ita eſt, aut neſciuit, aut ſcire diſſimulauit Stumpſius. Arx, ablata diuite pręda, incendio euaſtata eſt. Maienfelda quoque capta, qui in præſidio erant, Curiam in cuſtodias ducti, & ciues quatuor, qui portam Brandeſijs reſerauerant, capitali ſupplicio affecti. Sub finem Februarij, à legatis Philippi Palatini, Baſilienſis, Argentoratenſis, & aliarum ciuitatū tentata pax, obſtinatis vtrinque animis, conuenire non potuit. Ludouicus verò Gallorum rex, ad primum huius belli nuncium, miſſis ad Heluetiorum pagos legatis, pacem ijs ac fœdus amicitiamq; obtulit. Sperabat enim hac occaſione, implicito ijs bellis Cæſare, Mediolani imperium, cui iamdudum inhiabat, faciliùs occupari poſſe. Neque Heluetij, hoc rerum ſtatu, tanti regis coniunctionem ſibi negligendam putabant. Fit igitur fœdus ad annos decem, fruſtrà id ſuis artibus impedire ſatagente Mediolanenſium duce.

*Maiæfelda.*

*Valdutz.*

*Ludoui cus Brādeſius.*

*Lud. Gallorum regis fœdus cum Heluetijs.*

Interim Maximilianus, bello Geldrico tum occupatus, acceptis de Heluetiorū rebus, & fœdere cum Gallis icto nuncijs, præfecto caſtris Alberto Saxoniæ duce, magnis itineribus Friburgum aduolat,

*Cæſar auxilia comparat.*

Ayuntamiento de Madrid

aduolat, inde ad Imperij principes, miſſis paſſim nuncijs, ac literis, auxilia cōuocat. In Vvalgouia (quæ olim Druſiana eſt dicta) quindecim pugnatorū millia, ex Tirolenſi agro euocata, collocat. Hi, ad ſextum Calendas Aprilis Rhenum traiecti, pagos aliquot agri Sangallenſis exurunt, Heluetios ſuis auxilio miſſos, Vverdembergam vicinum oppidum ſe recipere compellunt. Inter hæc qui Conſtantiæ erant, cùm hoſtē ad ſeptem millia haud procul abeſſe audiuiſſent, ſub Vvolfgango Fürſtenbergico comite egreſſi, non expectantibus eorum aduentum Heluetijs, pagos quoſdam in hoſtili ſolo diripiunt & incendunt. Præda onuſtos, & negligenter abſq; ordine domum redeuntes, adortus hoſtis, nonnullos cædit, & aquis mergit, reliqui Conſtantiam fuga euaſêre. Ita variante Martis alea, vno eodemque die, vtrique & victi & victores fuêre. Poſt hanc velitationem, Heluetij, vti Conſtantienſibus incommodarent, Suaderlochium vicinum ciuitati nemus, pręſidio muniunt. Dum hæc ijs locis fiunt, Atheſini Münſterdalium iterum ingreſſi, villarum ac prædiorum excitato incendio, caſtra inter Malzium & Letſchium pagos metantur. Inde cum per ea loca nemo ſe moueret, circa ferias quinquagenarias, populabundi in Engadinorum agrum irruunt: ea gens in Vennonibus ad Oeniſontem incolit. Engadini à milite imparati, ſatis magna pecuniæ promiſſa ſumma, obſides triginta tres dedêre. ij Meranum miſſi ſunt. Griſones verò ad ſeptem millia in Vennones profecti: partem copiarum per mōtis crepidinem circumire, & à tergo hoſtium ſubſidere iubent, ipſi cum reliquis lento inceſſu ad caſtra illorum pergunt. Qui præmiſſi erant, vti & quo tempore conſtitutum erat, igni excitato ſignum ſuis dantes, hoſtium equitatum, in quem inciderant, turbant, & loco cedere compellunt. Stabant Atheſini tribus inſtructis ordinibus, hoſtem à fronte operientes, qui, cùm ex equitum trepidatione periculum à tergo eſſe animaduertêre, manipulos aliquot eò mittunt, à quibus ducenti primo impetu cæſi. mox verò, vbi ſocij alijs poſt alios nuncijs addere gradum iuſſi, ſuis laborantibus auxilio venêre, Atheſini poſt acerrimum conflictum fugientes, multos amiſêre, vel ab hoſte cæſos, vel Atheſi ſubmerſos. Qui ſupererant, hac clade exacerbati, (factum hîc narratur nō laudatur) Engadinorum obſides Merani ad vnum occidêre. Quatuor hominum millia cecidiſſe refert Stumpfius.

*Vvolfgangus Fürſtenbergicus Comes.*

*Engadini.*

*Atheſini à Griſonibus cæſi.*

Caſtra

Ayuntamiento de Madrid

Caſtra hoſtibus prædæ fuêre, Glorium oppidulum, & Malzium pagus, à victoribus incenſa. Poſt hanc pugnam Cæſar ipſe in Valgouiam primùm, atq; inde aſſumpto milite, in Vennones aduolans, Engadinorum agrum ferro & igne depopulatur, in armis repertos trucidat: mox Veldkirchium, ac inde Conſtantiam redit. *Max. Cæſar Engadinorũ agros vaſtat.*

Inter hæc Ludouicus rex, miſſis ad Heluetios nuncijs, indicat, Mediolani Ducem, etſi aliud præ ſe ferat, Cæſari tamen ſtudere, & auxilia clàm ſubmittere, cui vti vicem rependat, occaſionem eſſe. Habere ſe in animo bellum illi facere, nec dubitare, quin ditione exui poſſet, ſi aliquot hominum millia ſibi ex ipſorum pagis conducere liceret. Heluetij ſatis hoſtium ſibi eſſe, ſeq; ſuis indigere reſpondent. quod etſi grauiter ferebat rex, quò tamen Cæſar eo bello à rebus Italicis diſtineretur, inſignia aliquot tormenta bellica cum ſuis artificibus, magnamq; pulueris vim ad ipſos miſit. Militem verò in Veromanduis & Picardia locis oportunis diſponens, Philippum principem Cæſaris filium, etiam literis deterrere conatus eſt, ne patri auxilia ſuppeditaret. Is eo tempore, adducta ex Hiſpanijs ſponſa, nuptijs celebrandis, & rei vxoriæ intentus: Burgundicorum equitum turmis aliquot ad patrem miſſis, cætera quietus agebat. *Burgundici equites.* Circa idem tempus Maximilianus, contractis vndiq; copiis, totis in bellum viribus incumbere ſtatuit. Quod videntes Heluetij, ſua & ipſi præſidia, quæ vicinas hoſti oras inſederant, nouo milite corroborarunt. imprimis verò Tigurini, mille quingentos ad Suaderlochium mittunt, ne qua vis illâc à Conſtantienſibus ingrueret. Itaq; Cæſar ad medium Iulium Conſtantia egreditur; ſequentibus eum, longo ordine, omnibus ciuitatum imperialium & confœderatorum copijs. Cumq; rectà in hoſtium exercitum ducere ſtatuiſſet, qui, tormentis ante aciem in ęditiori colle diſpoſitis, in procinctu ſtabant, principes quidam illum adeunt, prælium deprecantur, magnas inter Imperiales animorum diſſenſiones, varia eſſe conſilia; verendum, ne in tàm varijs hominum voluntatibus, confuſione orta, res in diſcrimen adducatur. Cæſar prudenter hæc ab ijs conſiderata, & diem iam propè vergentem videns, diſploſis tormentis in ciuitatem redijt. *Galeacius Vicecomes.* Per eoſdem dies Ludouicus Mediolanenſiũ princeps, vti pacem faceret, Galeacium Vicecomitem, propinquum ſuum, cum mandatis in Sueuiam legauerat. Gallorum etiam rex, quamuis Heluetijs auxi-

lia & mitteret & polliceretur, ne tamen bellum inter ipſos quàm pacem malle videretur, ſuum & ipſe legatum miſit, Caſtellæ præſulem. Factis igitur decem dierum inducijs, vtrorumq; legati Tigurum conuenêre. Ibi quòd Caſtellanum viderent ſub pacis procurandæ prætextu id agere, vti bellum produceretur, & Heluetij aliâs à pace non alieni, regis promiſſis onerati, duriores ſeſe exhiberent, ſoli Galeacio conficiendi negocij poteſtas facta. Eo adnitente, Schafhuſij conuentus indicitur. Ad Cæſarem interim profectus: capita quædam deſcripta ſecum attulit, quibus ille pacem fieri adſentiebatur. Schafhuſij Heluetiorum & Curiẽſium audita cauſa, alius Baſileæ dies edicitur. Cæſar eò miſit Caſimirum Brandemburgicum, Ioannem Dalburgum Vangionum antiſtitem, Philippum Naſſouium, Paulum Liechtẽſteinum, Cyprianum Serentinum Cancellariũ, & Ioannes duos, Abenſbergicum, & Tungenſem, cum centum equitum comitatu. Aderant Heluetiorum quoque & Griſonum, Curiæq; & Sangalli oppidorum legati. Hos inter Vicecomes exponit, ſe principis ſui mandato, vti pacem faceret, miſſum, hortari & orare, ad ęquas conditiones animos conuertant, & qui ab alteris iniuria ſeſe affectos putarent, cauſam agere incipiãt. Hæc vbi dixiſſet, qui à Cęſare aderant, ſumptis actorum partibus, in hunc ferè modum verba fecêre. Cùm inter Maximiliani Cæſaris ſubditos, & Curienſis ditionis Griſones, de finibus controuerſia incidiſſet; hique, legitima diſceptatione reiecta, armis rem gerere priores cœpiſſent; Heluetios, quorum nihil intererat, fœdere tùm demùm facto, ex inſito ipſorũ animis in Auſtriacos odio, non pauca illius loca, bello minimè indicto, inuaſiſſe, ferro & igne obuia quæq; fœdaſſe, idque abſente illo, & alibi occupato. Qua in re, etſi cùm ipſi, tùm Imperio rebelles, nihil ad ſummam iniuriam reliqui feciſſent, Cęſarem tamen, pacis ſtudio, capita quædam perſcripſiſſe, quæ ſi Heluetij admitterent, quod ſanè debeant, pacem ſe libenter fieri permiſſurum. His auditis, poſtquàm Galeacius capita de ſcripto recitaſſet, Heluetij reſpondent, nõ ſe priores arma ſumpſiſſe, ſed Curienſibus vicinis & confœderatis, contra iniuſtam vim, ſuppetias tuliſſe, grauium ſcelerũ obiectione & contumelijs prouocatos; innocentiam ſuam defendiſſe, neque ob id contra Imperij dignitatem feciſſe, quam in omnibus ſuis fœderibus ſemper excepiſſent. Quod ad pacis capita atti-

*Pacis Helueticæ tractatio.*

Ayuntamiento de Madrid

ta attineret, cùm ea longè diuerſa ſint ab ijs, quæ Schafhuſium miſſa fuerant, neque hæc neq; iſta admitti poſſe, niſi multa remittantur. Galeacius ad hęc & legati Cæſaris, ne nihil procederet, petiêre, vti & ipſi, quibus ſtare vellent conditionibus, ſcripto declararent. Id vbi factum, Galeacius magna induſtria in conciliandis partium articulis, quà addendo, quà adimendo, quædam etiam mutando, vſus, nihil ad rei ſummam perficere potuit. Dilato igitur negocio, per equos celeres Vlmam, quo Cæſar abierat, profectus, eò rem adduxit, vti ad finem Septembris pax fieret. Eius conditiones hæ fuerunt primariæ: Quas ad Rheticonem montem (Pretigouiam hodie tractum illum vocant) Cæſar ditiones ab Amaſianis Comitibus, quorum proſapia interierat, acceptas poſſederat, earum incolæ ipſi, vti ante bellum, dicto audientes ſint; fœdus cum Griſonibus ictum ſeruent; neque, quòd ab illo deſciuiſſent, pœnis aut multa afficiantur. Diſſidium, quod inter Curienſes & cõfines Tirolenſes tenuerat, Friderici Auguſtani præſulis arbitrio decidatur, à quo nulla eſſet prouocatio. Accepta bello damna, cædes, prædationes, incendia, iniuriæq; & contumeliæ perpetua obliuione obliterentur. Oppida, arces, pagi, villæ ac prædia manu capta, priori quęq; domino, vti nunc ſunt, reddantur; quod quiſque in ea iuris ante bellum habuerat retineat. Eorum ciues, inquilini, cæteriq; cultores ac habitatores in priſtinum locum reſtituantur, neque fraudi cuiquam ſit offenſionum cauſas eo bello vel dediſſe vel accepiſſe. A contumelijs, iniurijsq; & iurgijs abſtineatur: quod vti fiat, iudices vtrinque conſtituantur, qui lites omnes, quæ interuenire poterant, ex ęquo & bono dijudicent. Pręter has conditiones, aliæ quædam controuerſiæ, arbitri & legatorum diſceptatione, diſcuſſæ ſunt. Sub hac pace comprehendi Cæſar voluit Auſtriæ domum, Ludouicum Mediolanenſem, principes Electores, cæteroſq; Imperij ordines, Argentoratum & Baſileam, cum earum Epiſcopis, aliaſq; Imperiales Sueuiæ & ad Rhenum ciuitates Heluetijs vicinas. Hi Galliæ regem, eiuſq; confœderatos, Sangallenſes, Abbacellenſeſq;, & Curienſes nominabãt. Ita finem habuit bellum Helueticum, quo, etſi nunq̃ ad ſummæ rei dimicationem ventum, multi tamen ab vtraq; parte mortales periêre, quorum numerum quidã ad viginti millia ꝓdidêre. Acer erat Maximilianus, & belli ſciens, magnaq; Sueuorum & Imperia-

*Vicecomitis ſtudium in facienda pace.*

*Pacis Heluetica conditiones.*



Ayuntamiento de Madrid

lium auxilia habebat, ſed quorũ viribus Heluetij quaſi pro communi omnium vna quadam ciuitate, & ex vnis mœnibus depugnantes reſiſtebant, neq; inferiores ſeſe declarabant, donec vtriq; bello defatigati, pacem æquis conditionibus lubentes accepêre.

*Lud. rex Mediolani ditionem inuadit.*

Initio Octobris, Ludouicus Gallorum rex, hoc nomine Duodecimus, cogitatum diu paratumq; in Mediolani Ducem bellum mouit, multis equitum ac peditum copijs ſubnixus, & quòd Sfortia ſuis odioſus eſſet, omnem propè ditionem eius ſine ſanguine in poteſtatem redegit. Rectà enim Mediolanum ducenti, obuios ſeſe effudêre ciues, & pueri tanquam patriæ liberatori ab inuiſa tyrannide eam aſſerenti, pæana decantauêre. Sfortia tempori cedendum ratus, trans alpes fugiens, Oenipontum ad Cæſarem ſe contulit; triginta mulis theſaurum & ſupellectilem deferentibus.

*Sfortia Mediolano pulſus.*

*1500.*

Atq; hæc ferè anno eius ſeculi poſtremo geſta ſunt. Initio ſequentis anni. Sfortia, recuperandæ ditionis ſpe, bellum parat. Nam imminentem à Gallia tempeſtatem dudum præuidens; Galeacium non pacis tantùm cauſa in Sueuiam miſerat, ſed vti Heluetiorum quorundã animos ſibi conciliaret. Is tunc ad eos profectus, quinque millia mercede conduxit, qui ob fœdus Gallicum domo abire prohibiti, inuito magiſtratu, in Italiam ſeſe abdiderunt. His accedebant à Cæſare auxiliares Atheſinorum copiæ, & quingenti grauis armaturæ equites illi, quos bello Heluetico Philippus è Sequanis patri miſerat. Inſubres quoq; nonnulli in fide adhuc manſerant, quibus præerat Aſcanius Sfortia Cardinalis, Ludouici frater, cuius maximè opera omnis ferè ditio paucis diebus recepta, & Mediolanenſes, auerſis à Gallo animis, veterem dominum læti excepêre.

*Sfortia à ſuis recipitur.*

*Nouaria recepta.*

Interim Cæſar per nuncios cum Heluetijs agebat, ne regi opem ferrent, ſed Sfortiæ magis rem fouerent, qui Imperio addictus eſſet. Aderant verò & regis legati, qui iura eius in principatum Mediolanenſem allegantes, paratum eſſe dicerent omnia & Cæſari & Imperio præſtare, quæ alij ante ipſum principes præſtitiſſent. Heluetij itaque Cæſari reſpondẽt, arma ſibi in regem, cum quo fœdus haberent, ſumere nõ licere. Inter hæc Ludouicus Sfortia, relicto ad arcis Medioianenſis obſidionem Aſcanio fratre, ipſe Nouariam profectus; oppidum & arcem in poteſtatem redegit. Circa idem ferè tempus, vigeſimoquinto die Februarij, qui D. Mathiæ Apoſtolo conſecratus eſt, natus eſt Philippo Belgarum

principi

Ayuntamiento de Madrid

principi filius Gandaui in Flandria, cui Carolo nomen ab auo parentis materno, pòſt ad Imperij faſtigium euecto, Quinto cognomen datum, isq; multis per Europam prouincijs ſumma cum laude præfuit. Hunc ex ſacro regenerationis fonte ſuſtulêre Carolus Croyus, Princeps Bergenſis, & Margarethæ duæ, Anglica Eduardi regis ſoror, & Auſtriaca Cæſaris Maximiliani filia. *Caroli Quinti natiuitas.*

Inter hæc Ludouicus rex, audita Mediolani defectione, Tramollium cum equitatu in Italiam præmittit, peditum magnas ex Gallis & Helueticis copias conſcribi iubet, quibus Iacobus Triultius & Ligninus præfecti, magna cum celeritate Nouariam proficiſcuntur. Qui in oppido erant Heluetij, nõ numerato ad diem dictum ſtipendio, tumultuabãtur. Accurrit Ludouicus princeps, pecuniam breui adfuturam dicit, hortatur in officio maneãt, priſtinæ virtutis & militaris gloriæ memores, illi obſtinatis animis in fratres ſuos & propinquos arma ſe ſumpturos negant, iamq; apertè cum ſuę gentis hominibus, Gallo merentibus, collocuti, nullis precibus, nulla obteſtatione moueri poſſunt, vti ducem in tutum perducant. Igitur Heluetico gregarij militis habitu tectus, dum per Gallorum caſtra iter cum reliquis facit, agnitus fuit. Sunt qui à milite proditum ferunt, qui domi à ſuis dehinc capitali ſupplicio affectus ſit. Capti cum eo fuêre; Galeacius Sanſeuerinas Roberti filius, & alij nonnulli eodem habitu occultati. Ipſe Lugdunum miſſus, non permiſſa videndi regis poteſtate, in Loccenſem arcem conditus eſt, vbi decimo pòſt anno diem obijt. Aſcanius quoque à Venetorum tribunis captus, petente id rege & in ſua ditione captum aſſerente, & ipſe in Galliam miſſus eſt. Mediolanenſes verò, impetrata defectionis venia, regi ſeſe dedidêre. Hoc tàm inſperato regis ſucceſſu, ſollicitus Cæſar, multaq; & à Venetis anteà, & nunc ab illo, qui amicos ſibi eos habere videbatur, quæ ad vetera Imperij iura pertinerẽt, occupata eſſe ægrè ferens, Septemuiros cæterosq; Imperij principes & ordines, ad impediendos illorum conatus hortabatur, vti in aſſerenda Imperij dignitate ſibi auxilio eſſent, & iniuriam non tàm ſibi, quàm Germanorum genti fieri prohiberent, ne Gallus impunè abire ſibi, quicquid agat, videns, maiora aggrediatur, & conciliato ſibi Pontifice, (quod facilè eſſet) Cæſaream dignitatem ad ſe trahat, aut relicto Germanis titulo ac nomine, ea interim agat, quæ à Cæſare fieri ſolent. Hæc & *Lud. Sfortia captus in Galliam mittitur.* *Cæſar Imperij auxilia in Gallũ ſollicitat.*



Ayuntamiento de Madrid

alia Maximilianus ſeriò vrgebat, neue ſua quadam ſocordia Imperij maieſtatem conuelli paterentur, ſed partum à maioribus decus retinerent, obteſtabatur. Mouebantur his principum ac cęterorum animi, & pro ſuo quiſque ingenio variè afficiebantur, habitiq; ſunt aliquot conuentus, quibus decretum eſſe bellum, eiuſq; neruum pecuniam, rumor ferebat. Igitur Ludouicus rex, quorſum ea conſilia ſpectarent, quid Germani, ſi inter ipſos conueniat, poſſint, non ignarus; neque Italiæ principibus ſatis fidens, & Mediolanenſium fidem, quam fluxam paulò antè expertus erat, ſuſpectam habens, bellum Neapolitanum, quod dudum meditabatur, in aliud tempus differendum ſtatuit. Hinc cùm eius copias à bello vacantes, & Florentini & Piſani pro ſe quiſque, non ſine pecuniæ pollicitatione, in ſuas partes adducere tentarent, & pro his Ioannes Iacobus Triultius & Ioannes Ludouicus Fliſcus intercederēt, Cardinalis Rotomagenſis opera Florentinis, quòd Mediolanenſi bello regem iuuerant, copiarum pars cum tormentis conceſſa eſt. His auxilijs inſtructi Florentini, quò minùs operæpretium facerent, magnis domi tumultibus, inter diuerſas ciuium factiones exortis, impediebantur, & Galli propenſiore in Piſanos veteres amicos animo erant, quàm vti iniurias ipſis adferrent, nedum debellatos cuperent. Itaque Piſanorum res, omnium opinione fęliciores eo anno fuêre. Intereà rex Germanos, eorumq; Imperatorem, nullo modo ſibi conciliari poſſe videns, miſſis Romam legatis, Pontificem in ſuas partes perduxit. Qua occaſione, Cęſar Borgia eius filius, vtendum ratus; Piſaurum, Ariminum, ac alia circùm loca, dominorum fuga deſerta, occupauit. Hoc anno, ſine hærede obijt Leonardus Goritiæ comes; cuius ditiones Auſtriacæ domui ceſsêre, cui iam anteà ex maiori parte oppigneratæ fuerant. Anno poſt mille quingentos primo, Ludouicus rex, vti, à Germanorum motibus ſecurus, Neapolitanum bellum commodè aggredi poſſet, Maximilianum ſibi conciliare omni ſtudio conatus eſt, quo pacato, facilè alia omnia impedimenta remoturum ſe confidebat. Id etſi difficilè videbatur, per filium tamen eius Philippum, confieri poſſe, ſpes erat. Hunc igitur priùs aggrediendum, & ad pacis conditiones perducendum ratus: legatos ad eum miſit, qui dicerent; bellum inter ipſos, propter neceſſaria ſubditorum commercia, vtrique detrimento, contrà pacem commodam vtilemq; eſſe,

*Lud. rex Mediolanēſium fidem ſuſpectam habet.*

*1501.*

*Lud. rex pacem cum Cæſare deſiderat.*

Ayuntamiento de Madrid

eſſe, quam affinitate firmari poſſe, quòd rex maſcula prole carens, Claudiam filiolam triennem, Carolo illius filio, deſpondere paratus eſſet, idq; ea lege, vti ad pubertatis annos prouectis, Mediolanenſis Ducatus, dotis nomine tradatur. Hanc verò pacem ſtabiliri poſſe; ſi Philippus patrem Cæſarem induceret, vti regi Mediolanenſis principatus vſurpationem, ſua authoritate confirmans, bellum Neapolitanum mouenti, ne impedimento ſit. Non repudiauit has conditiones Archidux, & paci atque affinitati libenter aſſenſus eſt; ſi à patre illa admitterentur. Sed quòd grauiores erant offenſæ, quàm vti pax ſtatim fieri poſſet, rex numerata (ita habet Guicciardinus) pecunia, inducias aliquot menſium impetrauit. His ita peractis, cum Ferdinando Hiſpano, qui & ipſe eidem regno inhiabat, fœdus facit, quo vterq; ſimul Fridericum bello aggreſſi, ditionē eius omnem manu captam, ita partirentur; vti Gallo Neapolis ipſa, cum Aprutiorum prouincia, Hiſpano Apulia & Calabria cederet. Id fœdus ab initio tàm occultum fuit, vti Fridericus, auxilij ſibi aduerſus Gallum ferendi cauſa adeſſe Conſaluum putauerit, quoad regis exercitus, qui, vtrique ſimul iuncto, impar futurus videbatur, Romam perueniſſet. Tum enim Hiſpanorum legati, cum Gallis cōiuncti, Pontificem adierunt, qui diuiſionem prouinciarum inter reges factam comprobauit; quod fœdus illud feciſſe dicebantur, vti eo bello defuncti, Chriſtiani nominis hoſtem, iunctis viribus, commodiùs aggrederentur. Igitur Fridericus à duobus potentiſſimis regibus oppugnatus, dedentibus ſeſe paſſim ciuitatibus, extrema neceſſitate circumuentus, ad Gallorum ſe fidem contulit, & ad Ludouicum regem multa pollicitum nauigauit. Non multò pòſt Cōſaluus, filium illius Alfonſum, Tarenti aliquandiu obſeſſum, eoq; dedito captum, non in Galliam, quòd promiſerat, ſed in Hiſpaniam miſit. Per eoſdem dies Ludouicus rex, ne ſecundo rerum ſucceſſui mora à Germanis obijceretur veritus, Maximiliani Cæſaris amicitiam omnibus modis ambiebat, à quo ſi diploma de Mediolanenſi principatu impetraſſet, loca quędam, ad eius iuriſdictionem pertinētia, à Venetis adimere in animo habebat. Ea in re poſtquàm Cardinalis Rotomagenſis fidelem diu operam nauaſſet, ſpe tandem aliqua à Maximiliano facta, Tridentum ad eum profectus eſt. Ibi inter ipſos, de Caroli cum Claudia matrimonio, deque Mediolani Ducatus poſſeſſione

*Fœd.ᵃ inter Gallum et Hiſpanū.*

*Frid. Neapoli cedens in Galliā nauigat.*

*Cæſaris & Rotomagenſis conuentus.*



Ayuntamiento de Madrid

illis confirmanda facilè conuenit, quòd ea res longa eſſe videbatur, & ſi quid interueniſſet, non magno negocio irrita reddi poſſet. Hinc de bello Venetis inferendo agi cœptum, qui multa Imperij Auſtriæq; Principum, nonnulla quoque Mediolanenſis ditionis loca tenebant; & Ludouici ſucceſſibus inuidentes, pacem inter ipſum & Cæſarem nolle videbantur. Tertio de generali Synodo conuocanda propoſitum, qua Cardinalis Eccleſiam non in membris tantùm, ſed in ipſo capite reformandam eſſe contendebat: erant verò qui occultè ipſum ad inuadendam Pontificiam ſedem aditum ſibi quærere putarent. De Inſubriæ iure controuerſia erat, quòd Cæſar maſculæ regis proli, ſi qua naſceretur, de eo cauere recuſabat, exules prætereà poſtliminiò reſtitui poſtulabat. Id, propter quorundam factiones & potentiam, rex minimè admiſſurus videbatur. Ne verò Cæſaris interceſſioni omninò nihil daretur, Aſcanius Cardinalis liber eſſe iuſſus, & de Ludouico Sfortia, in Gallia extra cuſtodiam alicubi ſuſtentando, ſpes facta eſt, regemq́ue annua viginti ducalium nummûm millia in ſumptus numeraturũ, Cardinalis recepit. Poſt longam diſceptationem ita diſceſſum, vti quanquam de rei ſumma nihil eſſet liquidò tranſactum, primordia tamen pacis eſſe iacta viderentur. Induciæ verò confirmatæ, quibus tenentibus, commodior aliqua ineundæ pacis via quæreretur. Eodem anno, Philippus Archidux, vti Hiſpaniæ populos præſens ſibi conciliaret, cum Ioanna vxore iter ingreſſus, ſub finem Nouembris Pariſios venit: vbi à mercatorum Præfecto (quæ perampla eſt in ea vrbe dignitas) reliquisq; ordinibus, ſummo cum honore publicæq; lætitiæ ſignificatione, exceptus eſt, prætentis, qua ingrediebatur, aulæis, & varijs pro more gentis exhibitis ſpectaculis. Aliquot dies ibi commoratus: prætorium regale (Parlamentum vocant) ingreditur, & agendis cauſis præſidens, principem ſeſe ex Galliæ Paribus (quos dicunt) vnum, vti Burgundiæ Flandriæq; dominum oſtendit. Pariſijs profectus, Pleſſium venit; & à rege ipſo ac regina obuijs in arcem deductus, multa cum eo colloquia habuit. Inter alia petijſſe à rege dicitur, vti mercatoribus Gallis, quibus neceſſaria cum vicinis ipſius ſubditis commercia intercedebant, merces ſuas terra mariq; deferre & Brugis, Dammi, aut Scluſæ oportunis Flandriæ locis ſedem figere permitteret, vti ante inceptum bellum fecerant. Rex abſque illorum

*Philip. Archidux in Gallias venit.*

*In Parlamento cauſis præſidet.*

Ayuntamiento de Madrid

illorum adſenſu, quorum intererat, nihil agi oportere reſpondit. Pòſt verò literas ad negociatores qu oſdam earumdem ciuitatum miſit, ex quibus nonnulli in Galliam miſſi, cum Rupellanis alijsq; rem tranſegêre. Archidux de pacis negocio, apud ſocerum Hiſpaniarum regem promouendo, omnia benignè pollicitus, iter ſuum proſequitur. *1502.*

*Pilipp. in Hiſpaniam pergit.*

Inter hæc Maximilianus Cæſar, rationes faciundæ cum Gallo pacis minimè proceſſuras videns, Hermetem Sfortiam, vxoris fratrem, paulò antè in gratiam ipſius à rege dimiſſum, & Brixinenſem Præpoſitum legatos in Italiam mittit, qui cum Pontifice alijsq; principibus & ciuitatibus pleriſque, de tranſitu in Italiam, ad ſuſcipiendam coronam, agerent. Hi Florentiam primùm profecti, vti ea ciuitas Cæſari, cùm primùm is Italiam ingreſſus eſſet, centum grauis armaturæ equites mitteret, trecentasq; auri libras præſentaret, obtinuerant. Iamq; Maximilianus, equitum aliquot turmas, cum haud contemnenda peditum manu, in agrum Tridentinum præmiſerat, vti iter ſuum in Italiam præſtrueret, quod tamen varijs indies oblatis impedimentis expedire non potuit.

*Hermes Sfortia Cæſaris in Italiam legatus.*

*Galli & Hiſpani diſcordes.*

Interim Gallorum & Hiſpanorum in regno Neapolitano duces, orto ex prouinciarum ditionumque partitione diſſidio, poſt cõmunem vtrorumq; hoſtem profligatum, verbis primùm, atq; inde armis inter ſeſe committebantur. In eo certamine Galli, vtpote numero militum ſuperiores, ferociùs agebant, & Ludouicus Arminiacus Nemurij dux, eorum imperator, palàm denunciato Hiſpanis bello, oppida arcesq; oportunas, quę ex diuiſione ijs obtigerant, vi occupare aggreditur, nouis Heluetiorum copijs à rege ſubmiſſis, qui id bellum vrgere, omniaq; ſui iuris facere nitebatur, eaq; de cauſa Lugdunum, & paulò pòſt Mediolanum vſque progreſſus, Italicos omnes præfectos ſibi obnoxios, arma capere adhortabatur. Hiſpani verò, Conſalui imprimis conſilio atq; opera vſi, Gallorum conatibus vtcunq; obuiam eundo, noua & ipſi auxilia, maioresq; domo copias accerſſebant. Non multò quietior & reliqua per id tempus Italia erat: nam & Florentini, ob inſperatam Aretij ab ipſis defectionem, in magno metu verſabantur, & Cæſar Borgia, poſt occupatam Vrbinatis reguli ditionem, rectà in illos ducturus putabatur. Sed is authoritate regis deterritus, in Camertes bellum conuertit. Interim rex, etſi Pontificis eiusq; filij progreſſus

*Gallus in Italiã venit.*

Ayuntamiento de Madrid

progreſſus iniquo animo ferret, pacem tamen ac amicitiam cum ijs fecit, adnitente Rotomagenſi Cardinale. idq; eò faciliùs, quòd Maximilianum minimè pacatum, Venetosq; multis nominibus ſuſpectos haberet, & Ferdinandus Hiſpaniæ rex Friderici filium ſecum adducere, vti regnum ipſi reſtitueret, dicebatur. Occurrerat regi Aſtam vſque Borgia, ſuamq; & patris operam illi in ſubiugando Neapolis regno promiſerat. Ea fiducia rex ſuorumq; ſucceſſu de rebus Italicis ſecurior, rebus Mediolani cōſtitutis, in Gallias non ſatis vtili conſilio reuerſus eſt. Nam ab eius diſceſſu, Hiſpanorum res ſecundiores fuêre. Sed ea omnia hic exequi non eſt noſtri inſtituti.

*Borgia Gallo obuius.*

*Gallus in regnū reuertitur.*

Per idem ferè tempus, quo hæc per Italiam geſta ſunt, in Germania apud Nemetes, ruſtici complures, & ex agris collecta multitudo, in magiſtratus coniurauêre. His teſſera, qua inter ſe noſcerent, hæc data. quærebant ex obuio quoque: ecquis hoc tempore rerum eſſet ſtatus? is ſi reſpondiſſet, à monachis & eccleſiaſticis nihil tutum eſſe; pro conſcio & fido habebatur. Ea & rogantis & reſpondentis verba, ne abeſſet elegantia, vernaculis verbis in ſimilem ſonum cadebant, quem Rythmum vocant. Creantur inter ipſos præfecti duo, quibus cæteri dicto audientes eſſent. Eo facto, etſi ſatis ipſi declarabant, nullam ſine principatu ſocietatē ſeruari inter plures incolumem poſſe, ſtatuunt tamen omnē prorſus magiſtratum eſſe extirpandum, armis vindicandum libertatē, templa ac monaſteria diripienda, ex manubijs redacta pecunia vires comparandas, quibus Marchionem Badenſem, & antiſtitem Spirenſem eſſe profligandos, cætera dein ex voto ceſſura. Habentur aliquot occulti cœtus, & ad Bruſſellam Brurhenanam conuentus indicitur. Submittebantur ab illis verſutiſſimi quiq; in vicinos pagos, ad alliciendos ſimplicium hominum animos, & ne prætextus rei deeſſet, Diuam Virginem & Ioannem Euangeliſtam pro ſymbolo vſurpabant, orationem dominicam, cum angelica ſalutatione, quinquies diebus ſingulis recitabant. Ex duobus tantùm ruſticis ortus hic furor eſſe dicitur, qui niſi, antequàm vires acquirere potuit, detectus fuiſſet, magnum reipublicæ damnum attuliſſet. Capti ex coniuratis nonnulli, cæteros conſcios indicauêre. De præcipuis aliquot authoribus, volente ac iubente Cæſare, capitale ſupplicium ſumptum, reliqui pro ſuo quiſq; merito, vel

*Conſpiratio ruſticorum ī agro Spirenſi.*

*Seditioſi multati.*

rito, vel

Ayuntamiento de Madrid

rito, vel exilio vel bonis multati, nonnullis ſimplicioribus ignotum eſt. Ita, Deo propitio, finem habuit ea conſpiratio.

Sequenti anno, qui eius ſeculi tertius erat, Gallorum res in regno Neapolitano inferiores, atque ipſi apud pleroſque Italos vel odio vel contemptui eſſe inceperunt. Nam poſt regis diſceſſum, qui rebus præfecti erant, remiſſiùs agere videbãtur, & Conſaluus, qui etſi viribus impar, magno tamen animo Gallorum ferociam hactenus ſuſtinuerat, noua indies auxilia, multorumq; animos ſibi conciliabat. Intereà Philippus Archidux, pacis negocium, vti Galliæ regi facturum receperat, apud ſocerum vrgebat, qui nec ipſe alienus ab ea eſſe videbatur, & quæ ex vſu fore putaret, in mãdatis dabat. Mox terreſtri itinere in Flandriam abituro, cùm, ne per Gallias iret, fruſtrà monuiſſet, duos ex ſuis comites adiunxit, quorum opera & conſilijs, in tranſigendo cum rege Ludouico, vteretur. Cùm verò fidem publicam ab eo peteret, rex non illam tantùm dedit, ſed quò ſecurior eſſet, ex proceribus nonnullos in Flandriam miſit, qui illic tanquam obſides interim aſſeruarentur. Eos Philippus, ſimul atque Galliam attigiſſet, vti integram rei fidẽ præſtare videretur, miſſis ad ſuos nuncijs, dimitti iuſſit. Incredibili cum magnificentia, ſummisq; honoribus, quaqua per Galliȩ regnum iter fecit, exceptus eſt; iubente hoc Ludouico rege, qui illum ſibi demereri adnitebatur, quem florenti ætate iuuenem eſſe, paternæq; dignitatis ampliſſimarumq; ditionum, totiusq; Hiſpaniæ regni ſucceſſionem in ſpe habere ſciret. Ante finem menſis Martij Philippus Lugdunũ, aut (vt Guicciardinus habet) Pleſſium ad regem venit, qui & illum magna cum lætitiæ ſignificatione excepit, & dum illic fuit, eos quoque, qui in aliquo apud ipſum loco erant, multis muneribus ac xenijs cumulauit. Habẽtur inter ipſos aliquot colloquia, & tandem pax in hunc modum confecta. Regnum Neapolitanum, à Gallis & Hiſpanis, iuxta primæ diuiſionis formulam teneatur; ditiones illæ, arces, oppida, de quibus inter ſeſe poſt communem victoriam commiſſi digladiabantur, Philippo depoſiti loco dentur. Carolus & Claudia, confirmato inter ipſos matrimonij pacto, Reges Neapolis, duceſq; Apuliæ & Calabriæ dicantur; loca ea, quæ Hiſpani poſſidebant, Philippus, quæ Galli, is, quem rex vellet, teneant, quibus vterq; infantum nomine præeſſent, quoad per ætatem ipſi coniugarentur. Hæc pacis capita, &

*1503.*

*Pax inter Galliã & Hiſpanum facta.*

Ayuntamiento de Madrid

ta,& ab ipſo rege, & à Philippo, ſocerorum nomine, iureiurando confirmata, & publicè proclamata fuêre. Quæ ſi firma fuiſſent, concordia inde Galliæ regi cum Cæſare, & armorum quies inter maximos Chriſtianæ reipublicæ principes, fuiſſet cõſecuta. Nunc verò Conſaluus, accepto rei nuncio, dum certam ſibi ex Gallis victoriam pollicetur, ſiue quòd Philippi authoritatem non ſufficere putaret, ſiue ita in mandatis haberet, ab armis diſcedere noluit. Credibile etiam eſt Ferdinandum, audito ſuorum ſucceſſu, victoriam proſequi voluiſſe, bellumq; quàm pacem maluiſſe. Cùm igitur Ludouicus hoc ipſum, prætereà militem illius pecunijs per Germaniam ſcribi, per exploratores comperiſſet, grauiter ea de re cum Philippo conqueſtus eſt. Excuſat Philippus, iniunctam ſibi à ſocero rege pacis tractationem, eiusq; faciundæ facultatem permiſſam, nihil abs ſe dolo malo actũ, teſtes & arbitros adeſſe, quos ſocer adiunxiſſet; qui ſi poſteà aliud ſtatuiſſet, id ſe diuinare non potuiſſe; ſperare ſe, omnia mox tranquilliora fore, idque operam daturum. Ferdinandus verò, pacis cõfirmationem procraſtinando, aliaq; ex alijs cauſando, belli euentũ expectabat. Interim Galli, duabus ferè continuis pugnis ſuperati, optimum quemq; ex ſuis amiſêre; & Conſaluus proſpero victoriæ curſu vſus, Neapolim, nullo prohibente, ingreſſus eſt; Galli in arces ſe recepêre. Nondũ Philippus à rege diſceſſerat, quo tempore hæc in Galliam nunciabantur, ſed aſſiduis ad ſocerum nuncijs pacem vrgebat; neq; enim abiturum ſe, antequàm regi ſatisfeciſſet, ſeq; ex fide cum eo egiſſe comprobaſſet. Mittuntur itaq; ad regem legati, qui, pacem illam neq; vtilem neq; tutam eſſe, neq; adeò à ſuo rege admitti poſſe, demonſtrauêre, datam quidem Philippo principi pacis componendę facultatem; ſed de capitibus nonnullis, præter ſoceri mentem, ab eo ſtatutum eſſe, de quo peculiares libellos, & mandata magis liquida expectare debuiſſet. Hæc cùm Philippus refelleret, facilè ex illorum altercatione intellexit rex, in culpa non eſſe principem. Legati verò, alias quaſdam proponebant ineundæ pacis rationes, quas reiecit rex, & acerrimè in Ferdinandum inuectus: eodem die, ipſos ex aula ſua diſcedere iuſſit, bellumq; maximis virib⁹ apparare ſtatuit. Philippus verò, cum bona ipſius venia profectus, Margaretham ſororẽ, Philiberto Allobrogum regulo nuptam, interuiſens, inde ad ſuos reuerſus eſt. Interim Conſaluus, relicto ad arcium

*Conſaluus pacẽ non admittit.*

*Philippus regi ſe excuſat.*

*Galli à Conſaluo victi Neapoli cedunt.*

*Pax irrita.*

Ayuntamiento de Madrid

cium Neapolitanarum expugnationem Petro Nauarro, Caietam ſibi vrbem munitiſſimam deſumit. Rex verò, nouas ex Vaſconibus & Heluetijs copias, ſub Tramollio & Diuionenſi præfecto, in Italiam miſit, quibus tranſitum Alexander Pontifex concedens, auxilia abs ſe & filio ſuo pollicitus: mox hauſto veneno, quod alijs paratum erat, interijt ipſe, & filius in diuturnum morbum incidit. Alexandro ſuffectus eſt Franciſcus Picolominæus, qui Pius Tertius dici voluit. Huic, paucis diebus mortuo, ſucceſſit Iulius Secundus, qui Borgiam capi iuſſit. Vigebat eo tempore inter Gallos & Hiſpanos non in Italia tantùm, ſed in agro Ruſcinonenſi & vicinis ei locis bellum. Fridericus verò Aragonius, recuperandi regni ſpe oblata, inducias inter vtrosq; procurauerat, quinq; menſes, in locis tantummodò tranſalpinis, duraturas. Igitur Gallorum exercitus, ad Garīglianum vſque fluuium progreſſus, (Lirim veteres appellabant) à Conſaluo tranſitu prohibiti, ac mox in fugam acti, magna affecti clade, Caietam ſe recepêre, nec multò pòſt impetrata cum rebus ſuis toto regno excedendi facultate, vrbem illi tradidêre.

*Alex. Pontifex moritur.*

*Iulius Pontifex Borgiam capit.*

*Caietam Galli Cõſaluo tradũt.*

Dum hæc per Italiam geruntur, obijt apud Germanos Georgius inferioris Bauariæ Princeps, cognomento Diues, vnicam relinquens filiam Eliſabetam, quæ Ruperto Palatino, Philippi Electoris filio nupta, duos ei filios Philippũ & Othonem pepererat. Huic omnia ſua teſtamento legauerat Georgius: ſed Albertus & Vvolfgangus ſuperioris Bauariæ reguli, contra leges & inſtituta id factum eſſe contendebant; extare vetuſtiora diplomata, quibus caueretur, ſi quem ex Bauariæ principibus abſque hærede maſculo decedere contingat, vti proximus ex laterali (quam vocant) linea agnatus, in bona ipſius & ditionem ſuccederet. Hac ratione cum nihil proficerẽt, totius rei arbitrium ad Cæſarem detulerunt. Is, ne bello per Germaniam occaſio inter principes cognatos exiſteret, magnoperè in eam curam incubuit, vti ſublatis ex æquo & iure controuerſijs, pax & concordia ſeruaretur. Sed Rupertus, vix primæ iuuentutis annos ingreſſus, & ſuopte ingenio, & aliorum conſilijs ferocior, conditiones quantumuis æquas, non admiſſurus eſſe videbatur. Igitur ſequentis anni initio, res in bellum erupit. Cæſar verò, nihil amica tractatione obtineri poſſe videns, illum proſcribit, omnemq; illius ditionem cuiuis diripiendam per-

*Georgij Bauari obitus.*

*Controuerſia de hæreditate.*

*1504.*

*Bellum Bauaricum.*

Nn mittit:

*Philipp⁹ Elector cum Ruperto filio proſcriptus.*

mittit: patri Electori, ne filio opem ferat, eadem multa propoſita, interminatur. Philippus animi dubius, dum neq; filium deſerendum, neque Cæſaris in ſe iram prouocandam putat, tandem promiſſis (vti ferebatur) à Gallorũ rege auxilijs fretus, & paterni animi affectu victus, arma capit, filio defenſorem ſe præbet. Hinc & ipſe omnibus Imperij commodis ac beneficijs priuatur. reliquis item principibus, imprimis verò Vdalrico Vvirtébergenſi & Guilielmo Haſſiæ regulo iniunctum, vti bello illum, tanquam perduellem, adorirentur. Promptus in hanc expeditionem erat Vdalricus, cui Alberti filiam Sabinam Cæſaris, qui auunculus ei erat, authoritate collocatam, ſuprà retulimus. Itaq; vti tàm ipſi quàm ſocero operam ſuam commendaret, conſcripto octingentorum equitum, & bis mille peditum exercitu, in Palatini ditionem irruens: Mulbrunnum monaſteriũ, muro turribus & præſidio munitum, expugnat: Abbatem, qui cum fratribus Spiram confugerat, in verba iuratum, priſtino loco reſtituit. Beſichemum inde, Leoſtadium, Vvinſbergium, Neoſtadiũ & Meckmülam, oppida, cum arcibus nõnullis capit. Guilielmus quoq; Clauam oppidum in poteſtatem redigit; Ingolhemum ſtrenuè oppugnans, capere non potuit, & obſidione ſoluta, non multò pòſt obijt. In Bauaria verò Rupertus, Alberto viribus impar, Boëmorum non paruam manum conduxit. Eos propè Reginoburgum excepit Maximilianus Cęſar, qui & ipſe in armis erat, neq;, Boëmos in Germaniam adduci, ferre poterat. Aderant illi Albertus Bauarus, Fridericus Brandemburgicus, cum Caſimiro & Georgio filijs, quorum auia erat Eliſabetha Auſtriaca, Ladiſlai regis ſoror. vtrunq; Cæſar militari dignitate, ſub pugnę tempus, inſignierat. Boëmis ſe cum ſuis coniunxerat Rupertus. Vtriſque pugnę cupidis, acerrimè pugnatum eſt, & Rupertus egregiè inter primos ſe geſſit, nutantem aliquoties aciem inſtaurans, neque vllam de ſe timoris ſignificationem præbens, quoad conſiſtere ſuos videt. Cęſar verò ſuos & verbis & exemplo exhortatus, in denſiſſimum hoſtium agmen inuectus, vitæ periculum adijt, ex quo ſuorum virtute ereptus, hoſti pertinaciùs reſiſtenti, victoriã extorſit. Boëmorum multi in prœlio, nonnulli in fuga cæſi, reliqui domum, quà venerant, per ſaltus rediêre. Rupertus ipſe fuga ſalutem quæſiuit. Poſt hoc prœlium, multa paſſim loca, vltrò deditionem fecêre. Eſt ad Oeni ripam in

*Bellum in Palatinum.*

*Rupertus Boëmos conducit.*

*Cæſar Boëmos cædit.*



Ayuntamiento de Madrid

Tirolenſis agri & Bauariæ confinijs Kuffſteinium oppidum, quod arcem habet, exſolida rupe exciſam, quæ in montis prærupta crepidine collocata, oppido ſuperimminet, ex quo vna tantùm ſemita adiri poteſt, ingenio loci & opere munitiſſima (Geroltzeggum vocant.) Hanc per id tempus cum præſidio tenebat Ioannes Benzenauerus domi nobilis, & rei militaris peritia inſignis, qui Palatinorum partes ſecutus, ac fiduciæ loci elatus, inſolenter ſe gerebat. Igitur Cæſar eò profectus, arcem cum oppido ſibi tradi poſtulat, vitam & veniã præfecto eiusq; militibus promittit. Id cùm impetrari non poſſet, oppugnationem, etſi difficilem, Cæſar aggreſſus, crebris tormentorum ictibus arcem verberari iuſſit. Ferunt præfectum, poſt exploſa tormenta, ſcopis exteriorem muri partem verri iuſſiſſe, cuius rei indicio, nihil magni incommodi loco adferri poſſe demonſtrabat. Non benè ceſſit ei ſuperbia, & Cęſaris contemptus, qui ea re irritatus, obſtinato animo expugnationem vrgere pertendit; multaq; animo agitans, locum quẽdam ex aduerſo in monte obſeruauit, qui arcis ſitum altitudine nonnihil excedens, collocandis machinis idoneus eſſe videbatur. In hunc igitur locum tormenta aliquot maïora, magnis operibus, longoq; circuitu, per cliuoſa montium iuga, ſubuehi curauit, quibus non mœnia, quæ ex rupe exciſa erant, ſed milites ipſi, qui pro muris ſtabant, & interiora arcis domicilia, petebantur, neque vſquam tutus dabatur receſſus. Ea res præter opinionem allata, contumaces pręfecti ſpiritus fregit, qui pręſens adeſſe exitium videns, deditionem fecit, veniamq; & admiſſorum gratiam, quam anteà oblatam repudiauerat, ſerò petijt. nam cum nobilibus aliquot commilitonibus capitali ſupplicio affectus eſt. Cæſar arcem cum oppido Tirolenſium ditioni aſſeruit, partemq; montis illam, ex qua tormenta exploſa fuerant, ita deſtrui curauit, ne ab eo loco arci deinceps vis vlla adferri poſſet. Tormenta verò grandiora illa, in flumen demerſa eſſe, ſunt qui aſſerant. Rupertus non multò pòſt ex animi ęgritudine, (quidam veneno ſublatum volunt) Landishuti diem obijt, quem ſecuta eſt vxor. Cum itaq; Palatinorum familia, graues ex hoc bello clades accepiſſet, iamque totis viribus in Philippum iretur, Chriſtophorus Badenſis Marchio & alij quidam pro illo interceſsẽre. Quorum precibus motus, & qua erat animi moderatione, Electoratus dignitatem conculcari nolens,

*Kuffſteinium oppidum.*

*Cæſar arcẽ Geroltzeggum oppugnat.*

*Geroltzeggum capitur.*

*Penzenauerus capite plectitur.*

*Ruperti obitus.*

*Chriſtophorus Badenſis, p Philippo intercedit.*



Ayuntamiento de Madrid

& ipſe à bello illi faciendo deſtitit,& reliquis principibus,idem vti facerent,imperauit, quoad proximis Imperij comitijs de tota illa controuerſia ſtatueretur.

*Fœdus inter Cæſarem & Galliũ.*

Dum hæc in Germania fiunt, nouum in Gallia fœdus, inter Cæſarem eiusque filium & Galliæ regem, per legatos ictum fuit, præſentibus Iulij Pontificis nuncijs Siſteronẽſi Epiſcopo,& Marchione Finarienſi. Fœderis ſumma fuit hæc: Vti Caroli & Claudiæ matrimonium,iam anteà regis ſacramento confirmatum, ab ipſo demum,& Franciſco Angoliſmenſi conſanguineo, & proximo illius hærede maſculo, alijsq́; Galliæ quibuſdam principibus ſubſcriberetur. Maximilianus,omnibus Mediolanenſis principatus diplomatis reſciſſis,nouum regi eiusque proli maſculæ, ſi qua naſceretur, ſin minùs, Carolo & Claudiæ, aut illo ante maturam nuptijs ætatem moriente, Ferdinando Philippi ſecundo filio, ſi Claudiam ipſe duxiſſet, concederet. Quod ſimulatq́; confectum eſſet,Cæſar ſexaginta aureûm nummûm Rhenenſium millia à rege, altera totidem poſt ſex menſes acciperet, ſingulis item annis, ad natalem ſeruatoris noſtri diem, bina aurea calcaria. Idem in Italiam aduerſus Venetos profectus,Romam ſibi iter ad ſuſcipiẽdam ſacram coronam expediret. Quod ad bellum Venetis inferendum attineret,quò omnia, quę abs ſingulorum ditionibus diuulſa poſſidebant,reſtituere cogerentur,Pontifex in fœdere comprehenderetur. Hiſpaniæ regibus, ſi & ipſi aſſcribi vellent, quatuor menſes locus relinqueretur. Rex Palatino auxilia, quæ promiſiſſe dicebatur,nulla mitteret. Hæc ſcripto firmata ſunt,ac prętereà actum eſt de colloquio inter Cęſarem & regem conſtituendo,cui locus aliâs deſignaretur.

*Eliſabethæ reginæ obitus.*

Sub finem huius anni, moritur in oppido Methymna Campi, Eliſabetha Hiſpaniæ regina, honeſtiſſimis moribus, & rara in eo ſexu prudentia inſignis;cuius exequijs Granatę procuratis,Ferdinandus rex, ne belli inteſtini motus, qui ea viuente conſopiti erant,reſuſcitarentur,in frequenti procerum conuentu Ioannam filiam Philippi vxorem, quæ vna ſupererat, Caſtellæ Legionis, Granatæq́; & reliquorum vlterioris Hiſpaniæ regnorum dominam ac reginam declarauit, & ex conſuetudine, ad gubernacula capienda, vocari debere decreuit.

1505. Anno ſupra mille quingentos quinto, Ludouicus rex, poſtquàm

Ayuntamiento de Madrid

quàm Cæſarem Haganoæ cum filio agere intellexerat, Cardinalem Rotomagenſem eò cum mādatis miſit. Ibi ſolemni ritu fœdus ſacramento confirmatum, & promiſſæ pecuniæ dimidium Cæſari numeratum eſt. In Italia verò, cùm Cæſaris & regis res tardè procedere videret Pontifex, neq; ipſe per ſe abſq; illorum ope magni momenti quidpiam aggredi in animo haberet, Venetorū legatos receptis aliquot in Æmylia ciuitatib⁹ vltrò ſibi reſtitutis, obedientiam præſtantes admiſit, id quod facere hactenus noluerat. Cumque rex poſt acceptam ad Garilianum cladem, præfectis ſuis parùm fidens, ante Maximiliani tranſitum in Italiam, nihil attentare ſtatuiſſet, is verò Germaniæ negocia ſibi præuertenda eſſe duceret, Italia eo anno ſatis quieta fuit, niſi quod inter Florentinos & Piſanos bellum recruduit, quod his quam illis magis proſperè ceſſit. Maximilianus, peracto cum Rotomagenſi colloquio, Haganoa diſcedēs, Coloniam Agrippinam, ſecundo Rheno deſcendit, vbi indicta erant comitia, ſub Iulij menſis initium, quibus inter alia de bello Venetis inferendo, & itinere Romam verſus inſtituendo actum. Ibi Philippus Palatinus, à Friderico Saxoniæ Electore ad Cæſarem introductus, veniam ſupplex, & pacem orans, in gratiam ab illo receptus eſt, ipſumq; inter & Albertum ac Vvolfgangum fratres Bauariæ regulos, pacis & concordię leges dictæ, & ſub grauiſſima læſæ maieſtatis pœna obſeruari iuſſæ. Ruperti quoq; puerorum rationem Cæſar haberi voluit, quibus eam controuerſæ regionis partem attribuit, quæ inter Danubium & Nabum amnes, ad veteres Palatinæ ditionis limites, adjacet. Omnem quoque controuerſiam, quæ inter Palatinos & Vvirtembergicos, multis annis agitata, proximo bello inualuerat, æquis conditionibus ſuſtulit.

*Comitia Coloniæ.*

*Cæſar pacis leges fert, & Philippo ſupplici ignoſcit.*

Dum his rebus Cęſar in comitijs operam dat, noui ex Geldria motus nunciantur, cuius Princeps nunquam quietus, nouandis iterum rebus ſtudebat, auxiliis Ludouici regis fretus, quem nec Cæſari ex animo fidere, & filij ipſius potentiam ſuſpectam habere, & ſi quâ poſſet impediturum ſciebat. Brabantij tum maximis iniuriis, per principis ſui abſentiā, ab illo prouocati collecto milite, Arnhemium, haud ignobile illius prouinciæ oppidum, obſederant, quibus Cæſar, cum pleriſque principibus, ſoluto conuentu, ſuppetias ire perrexit. Geldrus, haud contemnendas illum copias ad-

*Cæſar in Geldriam mouet.*

*Arnhemiū deditione captum.*

pias adducere videns, quibus ſimul & Brabantinis imparem ſeſe agnoſceret, deditionem oppidi facit, ſeq́; , ſub certis quibuſdam conditionibus, eius fidei commiſit. A Philippo quoque veniam ſupplex petijt, & in Hiſpaniam ſe cum eo iturum pollicitus eſt, id quod minimè præſtitit. Arnhemium, citra cuiuſquam incommodum, à Philippi præſidio occupatum. Cæſar verò, dimiſſo in Brabantiam filio, Coloniam ouabundus rediit, magnoq́; ciuium plauſu, campanis per totam vrbem reſonantibus, exceptus eſt.

*Carolus Egmōdanus veniam ſupplex petit.*

Inter hæc, Gallorum rege graui admodùm & difficili morbo laborante, Itali nonnulli, de Mediolanenſi principatu illi eripiendo, cum Conſaluo conſilia agitabant: ſed quæ, reualeſcente præter omnium ſpem rege, effectum ſortita non ſunt. Ipſe verò, ab Auſtriacis apertè iam ſe alienatum oſtendens, & Philippi ſucceſcentem indies potentiam reformidans, ad pacem cum Ferdinādo rege faciendam ſpectabat. Is verò & ipſe generum ſuſpectum habebat, idq́; hanc maximè ob cauſam. Cauerat teſtamento Eliſabetha regina, ne poſt obitum ſuum Ferdinandus, à Caſtellæ regni gubernatiōe remoueretur, quoad viueret. Philippus verò, in reginæ ſocrus poteſtate non fuiſſe contendebat, leges poſt mortem ſeruandas præſcribere. Id cum Ferdinandus reſciuiſſet, vereri cœpit, ne potiore Hiſpaniarum parte prohibitus, ſolo Aragonum regno contentus eſſe cogeretur. Igitur, vti præſidia ſibi pararet, pacem cum Gallo, quam hactenus improbauerat, fieri non abnuit. Adiuuabat eam rem Conſalvus quoque, ſiue quod futuram inter ſocerum ac generum ſimultatē prouidens, res in Italia quietas eſſe vellet, ſiue quod de regno Neapolitano ſibi aſſerendo cogitaret, id quod nonnulli, atque inter ipſos rex ipſe aliquando verebatur. Sed ea ſuſpicione Conſaluus poſtea ſe liberauit. Fit igitur pax, eaque noua affinitate confirmatur. Germana enim Gaſconis Foſſeij ex regis ſorore filia Ferdinando nubit, cui Ludouicus dotis nomine ea ſe daturum promittit, quæ adhuc in regno Neapolitano habebat. Dictæ & aliæ paci leges, quas hic recenſere minimè neceſſarium eſt. Itaque huius libri finem hic faciemus.

*Pax inter Gallum & Ferdinandum.*

*Germana à Fois Ferdinando nubit.*

AVSTRIA-

Ayuntamiento de Madrid

# AVSTRIACORVM PRINCIPVM HISTORIÆ, LIBER DVODECIMVS.

## *ARGVMENTVM.*

*PHilippus Archidux, dotale ſocrus ſuæ regnum aditurus, in Hiſpaniam nauigat: vbi, facta cum ſocero tranſactione, rex inauguratur, & Carolus filius, Caſtellæ Princeps declaratur. Verùm minimè diuturna ea fælicitas fuit; cæli enim intemperiem ferre nequiens Philippus, fato aufertur præmaturo. Maximil. Cæſar compoſitis Hungariæ motibus, iter in Italiam adornat: Sed Veneti tranſitum negant; & Gallus ſimul fœdus renunciat. Imperij igitur ordines cõuocat, & ad opem illicò ferendam ſollicitat. Auxilio decreto, Imperatoris titulum aſſumit; & propoſitũ iam diu iter rurſus inſtituit. Venetorum verò hoc denuò impedientium iniuria, adeò affectus eſt, vt concitatis in eos potioribus Chriſtianitatis Principibus, vndiq; aggreſſos, toto continentis imperio priuârit. Dumq; de Venetijs ipſis tentandis cogitat, ac nullo non loco vires colligit, idq;, ob ea quæ paſſim per Germaniã occurrebant impedimẽta, tardiuſculè procederet, Veneti amiſſa paulatim recuperant. Percuſſo inter Imp. & Gallum fœdere, pugna ad Rauennam cõmittitur: Galli Italia eijciuntur & Max. Sfortia Mediolano reſtituitur. Iulio II. Leo X. ſuccedit. Galli ad Nouariam ac in Morinis & Veneti ad Vincentiam cæduntur. Cæſar, diſſenſionibus inter fratres Bauariæ Duces compoſitis; & contracta cum Hungariæ Boëmiæ & Poloniæ regibus affinitate; nouam in Italiam expeditionem parat; captisq; nonnullis Lombardiæ locis; cum plerisq; Principibus pacem facit; tandem ſecuritate in Imperio cõſtituta, ſupremum vitæ diem claudit.*

PHILIPPVS, decreta in Hiſpaniam nauigatione, Ferdinandum regem ſocerum ſuum, priùs per literas eius conſilij certiorem fecit; ac vti æquiorem ſibi haberet, néue ex eius inſtinctu à Gallorum rege itineri mora aut difficultas obiiceretur, nihil ſe abſque illius conſenſu & authoritate acturum ſignificauit; Hiſpaniæ regum titulum, vti ante cum regina ſocru, ita nunc ſecum & cum vxore ſua ipſi communem fore, & regnorum vectigalia inter ipſos diuidi poſſe. Hæc ita euentura Ferdinandus credens; etſi dubitabat, ne tamen aduentum filiæ, quam vocari iuſſerat, moleſtè ferre videretur, naues aliquot, quibus tranſmitteret, miſit: Igitur rebus conſtitutis Philippus Middelburgum *Middelburgũ.*
primam Seelandiæ ciuitatem profectus, dum ſecundos ventos & idoneum nauigationi tempus operitur, aurei velleris comitia (ca- *Comitia aurei*
pitulum vocant) celebrauit, quibus in demortuorum locum ſuf- *velleris.*

 fecti

fecti fuêre, Henricus Anglorũ rex, Paulus Liechtenſteinius, Carolus Lalainius Baro, Vvolfgangus Fürſtembergicus Comes, Ioannes Emanuelus, Florentius Egmundus Burani Comes, Iacobus Comes Hornanus, Henricus Comes Naſſouius, Florentius Croyus, & Philibertus Verienſis.

*Philip. in Hiſpaniam nauigat. 1506.*

Comitiis peractis Philippus cum vxore, & ſecundo filio Ferdinando, ac reliquo comitatu ſoluit: Poſt bidui nauigationẽ ventus, qui hactenus operam dederat, mutans horrendam conciuit tempeſtatem, qua claſſis diù iactata, circa vicinas Angliæ & Britanniæ citerioris oras, nauibus aliis aliò abreptis, diſſipatur. Nauis prætoria, quam vix aliæ duæ ex tota claſſe aſſequebantur, ad Vynmuthum Angliæ portum appulſa eſt, & princeps cum ſuis in ſcapham exſcendens, ad terram delatus eſt, ex maris iactatione, & animo & corpore defatigatus, ac de ſociorũ ſalute ſollicitus. Qui proximè maritima loca incolunt, ad primum de peregrinis nauibus rumorem, cum armis accurrunt, ſed amicas eſſe, & nihil hoſtile videntes, vim abſtinent. Mox Thomas Trencherdius & Ioannes Carous, ex equeſtri ordine, cum miniſtris aduolantes, vbi principem agnouêre, orant; quandoquidem ita caſus tuliſſet, ne inſalutato rege, intra biduum, aut ad ſummũ triduum aduenturo, diſcedat. Philippus, quod ad expectãdos ſuos, & claſſem reficiendam, mora opus haberet, nec in ea fortuna quicq̃ negare poſſet, aſſenſus eſt, & in Trẽcherdij ędes diuertit. Paucis diebus Henricus rex, accepto rei inopinatæ nuncio, principes aliquot viros, & aulicorum primos ad illum mittit, à quibus inuitatus & deductus in arcem Vvideſorum, vbi rex erat, proficiſcitur, ſubſequente vxore. Henricus eius nominis ſeptimus, eos hilari vultu ac animo excipiens, poſt amicũ colloquiũ, epulis refectos, Londinum deducit, primam regni vrbẽ, ad oſtia Tameſis ſitã. Ibi reſtauratur inter ipſos fœdus, & amicitia confirmatur, quæ inter vtriusq; maiores interceſſerat, multiq; dies inter conuiuia & familiares cõfabulationes effluxêre. Interim naues omnes in portum appulſæ; reparantur & armamentis denuò inſtruuntur. Quod vbi intellexit princeps, valedicens regi, ad claſſem rediit, reliqua nauigatio ſatis ei proſpera euenit. In Hiſpaniã vbi venit, magna omnium ordinum lætitia, & effuſæ multitudinis plauſu exceptus eſt. Refertur à ſenioribus noſtris, ex eorũ narratione, qui in comitatu illius fuêre.

*Aduerſa Philippi nauigatio.*

*Thomas Trencherius. Io. Carous.*

*Philippus Londinum venit.*

Hiſpanos

Ayuntamiento de Madrid

Hiſpanos vti in priore eius aduentu, ita in hoc multis hominibus auctiore, ſumma cum admiratione, tùm in ipſum principem, tùm in ipſius ſatellites, cæterumq; comitatum, oculos defixos habuiſſe, nouum quoddam & aliâs inuiſitatum hominum genus aduenire ratos, non habitu tantùm & cultu, ſed ſtatura, colore, totaq; corporis facie à ſua gente diuerſum. Erat Philippus ipſe corpore ſatis robuſto, pleno pectore, concinnis membris, decora facie, ex qua, cum admixta grauitate ingenua animi liberalitas, elucebat. Comitabantur eum longa ſerie, illuſtres ex Germania & Belgio, viri quamplurimi, & corpore & cultu ſuſpiciendi. Satellites verò ex omnibus prouinciis ſuis conquiri iuſſerat, decora proceritate conſpicuos. Hiſpani igitur principes, & reliqua nobilitas, Philippum videntes ætate florentem, commodis moribus, eruditione boniſque artibus & facundia præditum, tanto in eum ſtudio accenſi ſunt, vti Ferdinandum, etſi prudentiſſimum virum, tamen iam ſenio confectum, & tàm ſuopte ingenio, quàm communi ætatis vitio, minùs liberalem, contemnere, & inutilem rebus iudicare inciperent. Habet enim iuuentus quandam commendationis prærogatiuam, & quod ad hominum conſuetudinem attinet, non minùs verè quàm excelſè olim dixiſſe Romanum ſcitur; plures orientem adorare ſolem quàm occidentem. Erant prætereà non pauci, qui cùm ab initio Philippi partes fouiſſent, ſi Ferdinãdi apud eum authoritas valeret, id ſibi non impunè abiturum veriti, ſuadebant, vti Caſtellæ regnum genero relinqueret. Quibus adnitentibus, ita res inter ipſos tranſacta eſt: vti Ferdinandus, aliorum omnium Hiſpaniæ regnorum gubernatione renunciata, Aragoniæ regnũ ſibi retineret, annua vigintiquinq; aureûm nummûm millia ex Caſtellianis vectigalibus, Indicarum item prouinciarum portoria & redditus acciperet, tribus ſacris militum magiſtratibus, Diui Iacobi ſcilicet, Alcantaræ & Calatrauæ præeſſet, & Neapolitanum regnum ſolus poſſideret.

*Philippi ſtatura.*

*Eius ſatellites.*

*Philippus Hiſpanis charus.*

*Iuuentutis prærogatiua.*

*Philippus cum ſocero tranſigit.*

His ita conſtitutis, Ferdinandus fluxam ſuorum fidem, & animi leuitatem multis incuſans, ad Aragonos priùs, atq; inde Neapolim ſe contulit, non tàm vti regni ſtatum videret, quàm quòd vereretur, ne Conſaluus illud vel ipſe ſibi vendicaret, vel Philippo traderet. neque deerant ex Hiſpanis, qui Caſtellani regni ſumptibus acquiſitum, eius regi cedere debere contenderent, quorum

conſilia

Ayuntamiento de Madrid

conſilia non admiſit Philippus. Digreſſo (vti diximus) Ferdinando, Philippus & Ioanna coniuges ab ordinibus & procuratoribus regni Caſtellani in oppido Pincia, quod Valledolid vocāt, ſolemni ritu, dicto ſacramento, reges creati; maiorq́; illorum filius Carolus, Caſtellæ princeps dictus. Hanc Philippi potentiam, tot regnorum acceſſione auctam, moleſtè ferens Gallorum rex, & Maximiliani Cæſaris iter in Italiam eò expeditiùs fore timens, varia ſecum animo ſuo conſilia agitabat. Superueniunt à Cæſare legati, qui quingentos cataphractos, quos promiſerat, in Italiam ituro mitteret, reliquum pecuniæ intra paucos dies ex pacto numerandæ daret, Inſubres exules in patriam reſtitueret, petiêre. Rex ſe præter animi ſententiam conuenta ſeruari cupere dicit, ſed de pecunia, ante tempus prȩſentanda, excuſationes adfert. mox datis ad Venetos literis, hoc agit, vti illi vnà ſecum Maximiliani iter impediant. Inſederat eius animum non vanus omnino timor, hac Cæſaris profectione id quæri, vti confirmato ipſi Imperio, filius in Regem Romanum eligatur. Prætereà nuper eum cum Anglo fœdus & amicitiam feciſſe, id quod res erat, minimè dubitabat. Ex cauſis verò, quæ ipſum ad fœdus cum vtroque faciendum mouerant, poſt Ferdinandi regis conciliationem, maxima iam erat ſublata. Igitur apertè iam ab eo fœdere auerſum ſeſe oſtendens, filiam Carolo principi pactam, Franciſco Angoliſmenſi deſpondet. Id ne prorſus iniquum eſſe videretur, iam anteà quoſdam ſubornauerat, qui tanquam ex omnibus Galliæ cōſilijs prouincialibus ad ipſum legati, in tenui ſpe prolis maſculæ hoc vti faceret, ſupplices petiuêre. Id toti regno, non iniuria, neq; ſine grauibus cauſis poſtulanti, negare ſe non potuiſſe, Philippo regi per legatos ſignificat, quæ ſatis euidens erat fœderis renunciatio. Non multò pòſt, Carolum Geldrum, nouis iterum auxilijs inſtruxit, quibus vicinos Philippi ſubditos diuexaret.

*Phil. Hiſpan. regna accepit.*

*Carolus Caſtellæ princeps.*

*Claudia nubit Franc. Angoliſmenſi.*

*Gallus fœdus Auſtriacis renunciat.*

Hoc ipſo tempore Maximilianus Cæſar, crebris ex Pannonia nuncijs, de nouo Hungarorum tumultu certior factus, intermiſſo itinere Italico, quod parabatur, Melchiorem Meccauium epiſcopum Brixinenſem Romam mittit; ſed ne actiones impedirentur, legatum ſe dicere prohibuit, ipſe verò in Auſtriam ex Tiroli deſcendit. Erat inter Hungariæ primates Stephanus Tranſiluaniæ regulus, (Palatinum paſſim authores, Vayuodam indigetes appellant)

*Melchior à Meckau.*

Ayuntamiento de Madrid

pellant) magna potentia, multisq; clientelis ſubnixus. Is Ioanni filio Annam, Vladiſlai regis filiam infantem, deſponderi poſtulabat, idque Vladiſlaus, aduerſatum valetudine laborans, & importunis cæterorum quoque principum interceſſionibus propè coactus, contra vetera pacta conceſſurus eſſe videbatur. Clamabant enim illi, nullum ſe ex Germanis regem accepturos. Itaque Cęſar, Poſonium cum exercitu profectus: magnum Hungaris à bello imparatis, imprimis regi, pacis quàm belli artibus magis idoneo, terrorem fecit. Poſtquàm verò vterum geſtare reginam, & menſes propè exactos eſſe reſciuit, conſulto ſe facturum ratus, ſi partum expectet, inducias aliquot dierum impetrari facilè paſſus eſt. Interim ad Calendas Iulij, regina puerum enixa eſt, cui Ludouico nomen datum. Hunc cute nondum enata editum memorant, quam inunctionibus medici ꝓduxêre. Poſt natum puerum Maximilianus pacem cum Hungaris fecit, pactis de ſucceſſione denuò confirmatis. Mox Hungarico bello expeditus, iterum ad Italicum iter animum conuertens, ad Venetos mittit, tranſitum per eorum ditionem petit, pacatum fore promittit, pacem cum eis & amicitiam ſibi cordi eſſe ſubinnuit, tàm ipſorum quàm ſuis rationibus commodaturam. Pręthereà Vincentium Quirinum, qui Senatus Veneti legatus in illius aula degebat, ſcribere ad ſuos voluit, iturum ſe abſque vlla cuiuſquam iniuria, cuius rei cautionem dare paratus eſſet. Narrat hoc loco Petrus Iuſtinianus addidiſſe oratores: quòd ſi ex fœdere, quod cum Gallo habebant, non ſatis honeſtè Cæſari ſtudere ſe poſſe arbitrarentur, ſcire eos debere, nullam ab illo fidem, nulla fœdera ſeruari, nihil penſi illum habere, modò rebus ſuis conſulat. Cæſarem verò pacta ſanctè obſeruaturum. Id ſi ita habet, vti tàm illuſtri viro credi æquum eſt, non iniuria id à Cæſare dici iuſſum crediderim, apud quem recens erat memoria rupti nuper fœderis ſine vlla aut ſua, aut filij culpa. Addit idem, Cæſaris hęc poſtulata, vnà cum regis encomio ipſi à Venetis eſſe prodita, eaq; propter Cæſarem ſummam in eos indignationem ſumpſiſſe. Legatione audita, etſi ex patribus nõnulli, quos inter Dominicus Maurocenus, Paulus Barbus, & Andreas Venerius præeminebant, Germanam ſocietatem Gallicę pręferendam ducerent, vicit tamen aliorum ſententia, qui legatis in hunc modum reſponderi cenſebant. Non deeſſe ſibi voluntatem, Cæſari quacunq;

*Hungarorum motus.*

*Lud. Hung. rex naſcitur.*

*Vincentius Quirinus.*

*Cæſar tranſitũ petit à Venetiſ.*

Ayuntamiento de Madrid

quacunq; in re gratificandi, quæ abſque graui ſuarum rerum incommodo fieri poſſet. Cùm verò tota Italia, ſuperiorum temporum bellis concuſſa, multorumque animi in ipſos ſint exacerbati, periculum eſſe, ne ſi armatus Cæſar eò venerit, graues ex eo motus exiſtant. meliùs eſſe atque adeò æquiùs, vti ad coronationem abſque armis, parentis ſui & multorum Cæſarum exemplo, proficiſcatur, neminem iter illud, rem omnibus plauſibilem, impediturum. Quod ſi fecerit, legatos abs ſe obuiam illi venturos, qui officij cauſa deducant: ſin minùs, armato ſe cum armis occurſuros, neq; dubium eſſe, quin Galliæ quoque rex, & alij, quorum intereſſet, idem ſint facturi.

*Veneti Maximiliano tranſitum negant.*

Dum hæc cum Venetis aguntur, funeſti ex Hiſpania nuncij adferuntur de Philippi regis morte, qui Burgis Caſtellæ vrbe, ardenti febre ad ſeptimum diem Calendas Octobris ſublatus, non minorem ſuis omnibus luctum reliquit, quàm ſpem de ſe excitauerat, cùm vigintiquinque Imperij materni, & vigintiocto vitæ annos expleuiſſet. Ex vltima eius voluntate (vt quidam aſſerunt) inteſtina illic vbi obierat: corpus Granatæ Beticæ: cor Bruxellis conditum cum tali Epithaphio:

*Philippus rex moritur.*

*Vrbes & populos diuerſaq; regna tenebam,*
*Spes dabat Imperium, Spes dabat orbis opes.*
*Si ſpes in quemquam fuerat mihi gloria prima:*
*Heu heu quanta fuit ſpes mea tanta iacet.*

*Philippi regis liberi.*

Filios reliquit Carolum & Ferdinandum, Romanorũ poſteà Cæſares, Leonoram Emmanuëlis Luſitani priùs, inde Franciſci Galli, Catharinam Ioannis item Luſitani, Iſabellam Chriſtierni Dani, & Mariam Ludouici Pannonici regum vxores. Ioanna vxor vidua, quę virum tenerrimè amauerat, luctu & ægritudine conſternata, patrem Ferdinandum ex regno Neapolitano, quò iam profectus erat, ad gubernandum Caſtellam reuocari, interim per cõſiliarios regios omnia adminiſtrari iubet. Ferdinandus accepto nuncio, etſi ſtatim rediturus eſſe ab omnibus putabatur, voluit tamen illius regni priùs ſtatum pręſens perluſtrare, & ſubditorum animos ſibi deuincire. Conſaluus verò, de quo ſiniſtram dudum ſuſpicionem rex habuerat, præter multorum opinionem, & obuius ei progreſſus erat, & in omnibus obſequebatur, magnis ob eam rem præmijs tàm in illo regno, quàm in Hiſpanijs affectus.

Sub

Ayuntamiento de Madrid

Sub huius anni finem Genuenſes, abſente Philippo Rauenſteinio, vrbis pręfecto, armis ſumptis, magiſtratui rebellarũt, neque ab illo ad rei nuncium ex Gallijs reuerſo impediri potuit, quò minùs populares, fruſtrà repugnantę nobilitate, nouum ex ſeſe magiſtratum crearent, quos Tribunos plebis vocabant. Hi Spediam & alia quædam maritima loca expugnant, excuſſo, vti videri volebant, Gallorum iugo, domi verò nobilium domos expilabãt, quorum multi patria exceſſerant. Quidam ex illis, inter quos Ioannes Ludouicus Fliſcus, Spedia, cui regis nomine præerat, relicta, ad regem profecti, graues de plebe querelas inſtituunt. Rex eò moleſtiùs illorum defectionem tulit, quò æquiora in ipſos imperia ſe exercuiſſe nouerat. Cuius indignationem veriti Genuenſes, omnem rei culpam in nobilitatem deriuare conati, miſſa legatione, non ſe à rege defectionem, ſed contra impotentem paucorum dominatum, neceſſariam defenſionem paraſſe ſignificant. Sed poſtquàm bellum in ſe decretum audiuêre, manifeſtè iam regis imperium detrectantes: Paulum quendam Nonium, ſerici panni tinctorem, de plebe hominem, ſed induſtrium, Ducem creãt. Rex vbi hæc audiuit, (iam enim Rauenſteinius furori plebis ceſſerat) haud morandũ ratus, cum validis copijs in Italiam iter parat. Pontifex verò pro Genuenſibus per literas intercedebat, vti populari ſtatu, ipſis relicto vrbis imperio, ſicuti antehac, potiretur, ne ſi mutare quidpiam vellet, bello Veneto mora adferretur. ſimul etiam regẽ ad colloquium Bononiam, vbi ipſe erat, inuitabat. Rex benignè omnia promittens, vti aduenientem ſe illic expectet petit. Iulius verò, vbi regem, plebi infenſum, & nobilitati fauentem, aduenire intellexit, mutato cõſilio, Bononia ſub finem Februarij diſceſſit. Ex ea re ſuſpiciones primùm & ſimultas inter ipſos, mox etiam apertæ inimicitiæ originem habuêre. Rex vbi cum exercitu Genuam propiùs acceſſit, ſuperatis locorum aliquot difficultatibus, reſiſtentes haud magno negocio in fugam coniecit. Reliqui omnes, vrbem, ſeq; fortunaſque ſuas omnes, illius fidei & miſericordiæ commiſêre. Sexaginta iudicio traditi, reliqui certis conditionibus in gratiam recepti ſunt. Nonius, paucis diebus ex fuga adductus, capite pœnas luit.

*Genuenſium à Gallis defectio.*

*Ioã. Ludouicus Fliſcus.*

*Paulus Nonius.*

*1507.*

*Lud. cum Iulio P. M. ſimultas.*

*Ludo. Genuenſes ad obſequiũ redigit.*

*Nonius plectitur capite.*

Pontifex hunc regis ſucceſſum videns, magno in metu verſabatur, ne vlteriùs progreſſus, de ſuo imperio aliquid decerperet,

Oo neque

Ayuntamiento de Madrid

neque enim perſuadere ſibi poterat, Genuenſium tantùm cauſa ipſum in Italiam veniſſe. Igitur per literas Cæſari ipſi, cæteriſque Imperij principibus ſignificat, Gallum, & pontificiæ ditionis inuadendæ, & Imperatoriæ maieſtatis ſibi vindicandæ gratia, cum exercitu adeſſe. Aberat eo tempore Cæſar, & à Belgicarum prouinciarum ordinib⁹ vocatus, vti, Caroli nepotis vicem, rei gubernacula ſuſciperet; conuentu Louanij indicto, Margaretam filiam illis gubernatricem dedit. Carolus enim puer erat, & Geldri, ſtatim à morte Philippi, ad arma redierant. Conſtitutis Belgij rebus, Cæſar in Germaniam reuerſus, Conſtantiam, ad comitia illic indicta, ſe contulit. Aderant Septemuiri Electores omnes perſonaliter, cęteriq; eccleſiaſtici & ſeculares principes pleriq;, & ex liberis Germaniæ ciuitatib⁹ honoratiſſimus quiſq;, ſolito frequentiores, in quorum concilio Cæſar Pontificis, Venetorum, ac aliorum aliquot literas, varijs ex locis ſcriptas, legi iuſſit; ex quarum nonnullis intelligere erat, Ludouicum Gallorum regem hoc agere, vti Cardinalis Rothomagenſis, Iulio deiecto, in ſedem Apoſtolicam collocatus, Imperij coronam ipſi imponat. Commotos ea re cunctos Cæſar grauiſſima oratione compellās: Hoc illud eſt, inquit, quod equidem animo iam dudum pręuidens, in omnibus ferè, quos hactenus habui, comitijs & conuentibus de Galli animo & conatibus proponere ſoleo, qua in re ſi fidem proinde ac debui apud vos inueniſſem, aliud proculdubiò ſtatutum fuiſſet, neque ille, nobis conniuentibus, nō tantùm Imperij noſtri iura inuadere, ſed Germaniæ ipſius iugulum petere auderet. Iam verò non virium ſuarum acceſſione, aut noſtrarum imminutione fretus: ſed ſocordia noſtra, qua hactenus ipſum, & maiores eius tulimus, in eam ſpem adducitur, vti quos ad leuiores iniurias diſſimulaſſe videt, grauiores quoq; admiſſuros minimè dubitandum putet. Dum enim diſſidia inter nos fouet, dum rebelles & proſcriptos armis & opibus tuetur, dum Imperij iura, ſub aliquo prætextu, per partes carpit, nihil profectò aliud, quàm tentata patientia noſtra, reliquam dignitatem omnem ereptum vadit, id quod eadem, qua cæteras iniurias, ignauia ſuſq; deq; laturos, ſibi omninò perſuaſit. Qui ſi viri & gloriæ maiorum ſanguine partæ memores eſſe volumus, nunquam, cum æterna Germanici nominis ignominia, nobis à Gallo illudi patiemur. Hæc præfatus, conſilium ſuum de profectione in Italiam

*Margareta Belgij gubernatrix*

*Comitia Conſtantiæ.*

*Maxi. Cæſaris oratio ad principes.*

Ayuntamiento de Madrid

Italiam maturanda exponit, vti ſacra Imperij corona Romæ accepta, Galli conatibus obuiam eat. Ad eam rem & copijs & pecunijs opus eſſe. Quare cùm ipſe hactenus multa de ſuo reipublicæ nomine expenderit, æquum videri, vti & ipſi à maioribus ad hoc iter contribui ſolita, eò liberaliùs præbeant, quò & iuſtiores magiſque neceſſarias itineris cauſas eſſe videant. Italiæ res eo in ſtatu collocatas, vti ſi cum ſatis firmis copijs Germanum Cæſarem aduentare conſpexerint, multi ob priuilegia conſeruanda, plures vti Tyrannorum dominatione liberētur, arma & opes ſuas vltrò ſint oblaturi, quibus acceſſibus haud difficilè fore, Gallorum arma ex Italia profligare, ſacroſanctam eccleſiæ authoritatem, & Imperij dignitatem in priſtinum locum aſſerere. Hæc & alia in hanc rem plura cùm Cæſar dixiſſet, principes & legati omnes, ira ſimul & pudore moti, magno animorum ardore non ferendum eſſe decernunt, vti Imperij dignitas à quoquam labefactetur, nedum, cum ſummo omnium dedecore, in aliam gentem transferatur; ſemel iunctis omnium viribus oſtendi deberem, Germaniam & contra Gallos, & alios quoſcunq;, partam maiorum virtute gloriam tueri poſſe. Sunt, qui Cæſarem hoc conuentu dixiſſe & productis rationibus demonſtraſſe prodidêre, centies centena aureûm nummûm millia ex ſuis opibus reipublicæ impenſa fuiſſe hactenus, quo tempore ab Imperij ordinibus vix quadringenta millia accepiſſet.

*Cæſaris ad Imperij ordines oratio.*

*Germaniæ potentia.*

Hæc ad regem Ludouicum nunciata, effecerunt, vti is rebus Genuæ conſtitutis, Mediolanum priùs, inde Sauonæ cum Ferdinando in Hiſpanias redituro collocutus, in Gallias iter maturaret. Ad famam de regis diſceſſu ex Italia, feruor ille apud nonnullos in comitio deferbuit, & erant, qui Cęſaris potentię, & Auſtriacæ familiæ incremento non ſatis æqui, parcendum eſſe impenſis contenderent, non enim tàm magno exercitu iam opus eſſe. Pontifex quoq; varia cum animo ſuo conſilia agitans, quòd veterum cum Cæſaribus controuerſiarum cauſis nondum eſſe ſublatas ſciret, non minùs ſuis rebus à Cæſare, cuius apparatus, fama in immenſum auxerat, quàm antè à rege timere cœperat. Itaque miſſo ad illum S. Crucis Cardinale, vti pacato itinere veniat, hortatur, nullum ſe honorem, in augurandis Imperatoribus adhiberi ſolitum, eſſe omiſſurum. Ludouicus quoq; Gallorum rex, per idoneos



Ayuntamiento de Madrid

interpretes, ſeſe apud principes quoſdam purgat, idq; eò faciliùs, quòd ad inuadenda Pontificis & Imperij iura nihil palàm attentare videbatur. Tandem in comitijs decreta Cæſari fuêre octo equitum, viginti duo peditum millia, qui cum ſemeſtri ſtipendio in Italiam euntem comitarētur, in tormenta verò & reliquos belli ſumptus, centum viginti aureûm Rhenenſium millia, ad mediū Octobrem præſentanda. Hæc illi ſuis auſpicijs rem gerenti, ſufficere viſa, quibus ex ſuis ditionibus, quas vellet, copias adiungeret.

*Cæſari decreta auxilia.*

Per eoſdem dies, Heluetij quoq; per legatos de auxilijs ad hoc iter mittendis ſollicitati: quanquam à Diuionenſi Præfecto & alijs Galli internuncijs, ne id facerent, admonebantur, ne tamen à communi totius Imperij conſenſu diuerſum ſentire viderentur, ſex hominum millia ſeſe miſſuros polliciti ſunt, ſed ea lege, ne cōtra Gallos arma ferre tenerentur, in cæteris dicto audientes futuri. Adhæc reſponſum eſſe à legatis memorat Stumpfius, Heluetios aut Cęſari in omnib⁹ obſequi, aut domi relinqui debere. Sunt qui, vti duodecim millia ſuis ſtipendijs conſcriberent, legatos in mandatis habuiſſe dicant, ſed, exorta animorum offenſione, re infecta abijſſe. Veneti quoq; iterum per Cæſarianos de fœdere & amicitia interpellati, idem quod anteà reſpondêre. Maximilianus, quò occultiora haberet conſilia, legatos Italicos ſeorſum ab aula ſua commorari iuſſit. Pontifici verò per literas indicauit, iturum ſe cum exercitu in Mediolanenſem agrum, vti Sfortiæ liberos reſtituat, & relictis illic copijs, pacato itinere, Romam venturum. Cùm itaq; de Cæſaris animo nihil certi cognoſceretur, Ludouicus ad quadringentos grauis armaturæ equites, quos Tramollius Burgundus in Mediolanenſi ditione habebat, Ciamontium, cum ſatis firma peditum manu, proficiſci imperat.

*Maximili. Heluetios ſollicitat.*

Præthereà, vti alibi quoq; Cæſari negocium faceſſeretur, Geldriæ regnum nouis iterum copijs inſtruit. Is cum Roberto à Marca, Erardi Leodienſium epiſcopi fratre, Brabantiæ fines ingreſſus, Toraltum inſignem pagum, & vicina aliquot loca, per eam prouinciam, quæ Campania dicitur, incendio vaſtat; mox Dieſtam oppidum tentans, à Naſſouio principe & loci incolis repellitur. Hala oppido exuſto, Thenam poſt aliquot dierum obſidionem capit & diripit, pręda onuſtus domum redit. Non multòpòſt ſexcentos equites Galli in Namurcēſium fines paulò longiùs egreſ-

*Robertus à Marca. Geldri Brabantiam populātur. Toraltum. Hala. Thena.*

ſos, dum

Ayuntamiento de Madrid

ſos,dum itinere defatigati,in Arduennæ ſaltu,ad Huberti fanum, quietem capiunt, agreſtium non magna manus ex inſidijs adorti vigiles, nec opinato impetu cædunt, hinc reliquos ſemiſomnes fundunt, præda omni potiuntur, ex qua equi quingenti Namurcum adducti,& publicè venditi ſunt. Interim Geldri, Antuerpiẽſium mercatores,Francofurtum ad nundinas profectos,ſpoliant, & in captiuitatem abducunt, quam rem vlturi Brabantij, oppidũ Venloium fruſtrà expugnare conati ſunt. Quibus domum reuerſis,Geldri per Vltraiectenſium ditionẽ in Hollandiæ fines excurrentes, magnis eius regionis incolas affecerunt incommodis,quo tempore Aquas veteres ſemel atq; iterum,ſed fruſtrà tentarunt. *Geldri à Namurcenſibus cæſi.* *Aquæ veteres.*

Anno eius ſeculi octauo,Maximilianus Cæſar Tridentũ profectus, ad tertium Nonas Februarias publicis ſupplicationibus peractis,iter in Italiam edicit,& per Matthęum Langium, epiſtolarum magiſtrum,è ſuggeſtu,nõ iam regem, vt hactenus, ſed Romanorum Imperatorem deinceps appellandum, promulgari iubet.Inde commeatu & impedimẽtis Atheſi amne præmiſſis,cum quingentis equitibus, & duobus peditum millibus iter ingreſſus, ad Siagij montis radices, foſſas quaſdam & aggeres impediendo militi excitatos,complanari iubet. Miſerat per eos dies Veronam ex ſuis, qui aduenire ipſum, & ſine iniuria per eorum agrum iter facturum ſignificarent, & quatuor equitum millia illic collocari peterent.His reſponſum erat: ex Veneti Senatus conſulto, Veronenſibus iniunctum eſſe, vti pacato itinere venientem cum honore excipiant, armatum ne admittant, iam verò tormentorum ſubuectionem & reliquum apparatum bellicum non poſſe non ſibi eſſe ſuſpectum. *1508.* *Max. Imperatoris titulum aſſumit.* *Maximiliani iter in Italiam.*

Hoc illorum reſponſo, ſatis intelligere erat, quid animi Venetis eſſet, neq; per eorum ditiones tranſitum ſibi, niſi armis aperiatur, datum iri. Cumque ſuorum nuncijs ac literis intellexiſſet, maiores bellorum apparatus ab eiſdem in Carnis fieri, Tridentum reuerſus,Fridericum Brandenburgicum principem,cum filio Caſimiro, & parte copiarum, ijs in locis relinquit, Georgium Neideccium,Epiſcopum Tridentinum,rei ſummæ pręficit;ipſe Piſonum vulgò Bolſanum profectus, quadringentos equites, cum quinq; millibus peditum,ex Tirolenſi agro conſcriptos,in Cadurianum agrum præmittit. Bolſani literas à pontifice accipit, qui- *Georgi⁹ Neideccius.*



Ayuntamiento de Madrid

bus ille Imperatoris titulum, Tridenti aſſumptum, abs ſe confirmari ſignificabat. Mox aſſumptis ſecum ſex peditum millibus, in Carnos ſe conuertit, reliquis copijs ad Tridētum expectare iuſſis. Qui præmiſſi erant, in valle Caduriana, caſtellum quoddam ad Plauim fluuium, vnà cum præfecto Veneto Petro Ghiſio cepêre, & Maximilianus ipſe Venetorum fines ingreſſus, Sanmartini & Plebis arces, ijsq; vicina quædam loca expugnat, & in agrum Taruiſianum ducit. Cùm verò audiret Venetos Bartholomæum Liuianum (hunc Aluianum quidam vocant) & Georgium Cornarium, magni nominis duces, euocaſſe, & auxilia non contemnenda à Gallo expectare, vti & ipſe maiora ſibi prȩſidia pararet, Oenipontem, atque inde Vlmam, inſignem Sueuiæ ciuitatem, magnis itineribus contendit, vbi conuentu ordinum indicto, Sueuici fœderis vires in bellum Venetum ſollicitauit, & promiſſa ab Imperio auxilia, in alios ſex menſes prorogari poſtulauit. Sed antequàm certi aliquid reſponderetur, propter Geldrorum aſſiduas excurſiones, in Belgium qua potuit celeritate profectus, prouinciarum gubernatione Bruxellis ſuſcepta, & pecunia in bellum Geldricum imperata, in Germaniam redijt.

*Petrus Ghiſius.*

*Bartholomæus Liuianus.*

*Geo. Cornarius.*

Interim Venetorum duces, ſuperatis quæ Cadurium ducunt anguſtijs, rectà in Germanos ibi agentes aciem direxêre. Hi quòd ex improuiſo ſeſe circumuentos, & effugia, ab incolis locorum Veneti nominis ſtudioſis, inſeſſa videbant, neceſſitate pugnandi in fortitudinem verſa, facto globo, acerrimè repugnantes numero hoſtium victi ſunt. Cecidêre ex ijs mille, reliqui capti ſunt. Liuianus inde Cadurium arcem, difficili nec incruenta victoria, expugnauit. Perijt in ea oppugnatione, Carolus Malateſta ex Ariminenſium regulis, ictu lapidis, eximia indole adoleſcens, & aliquot cum eo viri fortes. Hinc victoriæ curſum ſecutus Liuianus, Cremonſam in edito colle poſitam armis, Portum Naonis deditione occupat. Goritiam deinde obſidione cingit, ea ad Iuliarum Alpium radices ſita, arcem habet acceſſu arduam, locoque & opere munitam. Ponte capto, Liuianus crebris tormentorum ictibus muros quatiens, oppidanos ad deditionem compellit. Arci præerat Andreas Liechtenſteinius, qui, miſſis ad Ericum Brunſuicenſem Principem nuncijs, quo in loco res ſit aperit, quem tardiùs cum auxilio aduentare videns, cum hoſte paciſcitur, & quadraginta

*Cadurium captum à Venetis.*

*Carolus Malateſta.*

*Goritia.*

*And. Liechtenſtainius.*

ginta

Ayuntamiento de Madrid

ginta auri libris acceptis, arcem tradit. Tergeſte poſteà, terra maritiq́; oppugnatum, vnà cum arce occupatum. Alia verò parte, qui in agro Tridentino erant Germani, ad nouem millia Barcum arcem è regione Roboreti tormentis compulſatam capiunt. inde ad vicum Callianum, Venetorum olim clade & Roberti Sanſeuerinatis nobilitatum, pergunt. Qui in montis Brentonici præſidio erant tria Venetorum millia, ad primum illorum conſpectum, in proximos colles fuga dilapſi, locum ſatis munitũ, ne tentata quidem fuga, hoſtibus reliquêre, qui inertiam eorũ & ignauiam meritò riſerant. Petra deinde arx à Venetis obſidione cincta eſt. Hanc Guicciardinus fruſtra oppugnatam, Ianus Pyrrhus Pincius ſuperatam narrat, ipſis domini deiq́; noſtri reſurgentis ferijs, quo tempore inducijs trium dierum factis, maior pręſidiariorum pars Tridentum, vti ſacris vacaret, conceſſerat. Cùm in hunc modum res, nõ ſatis proſpero ſucceſſu, gereretur, (neq; enim promiſſa ad tempus pecunia numerabatur, & auxilia alij citiùs, alij tardiùs aduentabant) de inducijs agi cœptum. Cõuenêre itaq; ad Ripam Benaci lacus oppidum Imperatoris nomine Tridentinus pręſul, & Cyprianus Serentinus ab epiſtolis, à Venetis Zacharias Contarenus. Gallorum quoq; regis mandato, ſine quo Veneti nihil paciſci volebant, aderant Ioannes Iacobus Triultius, & Carolus Iufredus Mediolanẽſis Senatus Princeps. Cumq́; de inducijs ad triennium ſeruandis, quo tempore ea quiſque loca quæ habebat retineret, conuenire videretur, in eo tantùm difficultas offerebatur, quòd Gallus generales eſſe illas, & Geldrum ijſdem comprehendi volebat. Veneti verò, vti bellum à ſuis finibus auerterent, ac induciarum tempore imperia ſua in ijs locis quæ ceperant, confirmarent, ſeorſum à Gallis conſilia habere cœperunt, & ſuo tantum nomine inducias fecerunt, reclamantibus regis legatis. Etſi verò Veneti ſatis idoneas eius rei cauſas adferebant, (quòd tranſalpinarum rerum cura nihil ad ipſos attineret, ſed de mutuo in Italicis bellis auxilio fœdus eſſe factum, & regi ſi inducijs comprehendi vellet, locum & tempus relictum eſſe dicerent) ille tamen grauiter eam rem tulit, veteresque offenſas, bello Neapolitano oblitas, in memoriam reuocauit.

*Tergeſte captũ.*

*Petra arx obſeſſa.*

*Cyprianus Serentinus.*

*Veneti cum Cæſare inducias faciunt.*

Hac occaſione Pontifex vtendum ratus; Imperatorem & regem inter ſe conciliare ſtudebat, vti quod ſuis opibus minùs poterat,

 terat,

Ayuntamiento de Madrid

terat, illorum viribus adiutus, Ariminum, Fauentiam, aliasq; nonnullas ciuitates à Venetis recuperaret. Accedebat ad veterem in illos indignationem, quòd cùm ipſe Vincentinum epiſcopatum, poſt defunctum S. Petri Cardinalē nepotem ſuum, Sixto alteri nepoti dediſſet, illi contempto eo, alium ex patricijs ſuis intruſerant. Itaque miſſus in Gallias Sixtus, multa cum rege agit, quorum partem cum Maximiliano Pontifex ipſe per literas communicauit, quos ſi coniungere poſſet, Ferdinandum vtrique multa neceſſitudine illigatum, in eandem ſententiā adductum iri ſciebat. Haud magni negocij fuit, hos principes ad bellum Venetis inferendum animare, quòd ſuas quiſque cauſas habere ſeſe putabant, & ad recipienda, quæ ſingulis erepta poſſidebant Veneti, omnium coniunctionem peroportunam videbant. Igitur adnitente imprimis Pontifice, & commeantibus internuncijs eò res deducta eſt, vti Imperatoris nomine Margaretha, eius filia, Belgarum gubernatrix, & Matthęus Langius, à rege Gallię Cardinalis Rothomagenſis, quem ſequebatur Iacobus Albionus, Aragonum regis legatus, Cameraci conuenirent. Sed ne vera huius conuentus cauſa Venetis innoteſceret, ſparſum in vulgus eſt, de pace cum Geldro tractanda agi, cum quo paulò anteà dierum quadraginta inducię interceſſerant. Paucis diebus tranſacta inter illos res, & in hanc formulam ferè conceptum eſt fœdus. Cùm multa quotidie damna & incommoda reipublicæ Chriſtianæ ab infidelibus adferantur, ac neceſſaria in ipſos bella à nemine magis, quàm à Venetis impediantur, qui impotenti dominandi libidine, multas Pontificię ditionis, ſacri Romani Imperij, & Auſtriacorum principum, regni item Neapolitani, & Mediolanenſis Ducatus vrbes, aliaq; loca vi aut fraude occupata, contra fas & æquum retineant; fœdus inter ſe feciſſe Iulium pontificem maximum, Imperatorem Maximilianum, eiusq; nepotem Carolum, Ludouicum Gallorum, & Ferdinandum Aragonum reges, vti bello Venetis illato, ſuas quiſque ab illis recuperent ciuitates, quarum nomina in fœdere ſunt aſſcripta. Gallus ad proximas Aprilis Calendas ipſe in hoc bellum iret, quo tempore & Pontifex, & Aragonius arma quoque ſumerent. Ne verò Maximilianus inducias violaſſe videatur, Pontifex eius auxilia, quæ Eccleſiæ ex officio debet, imploraret, isque vno tantùm duce ex ſuis ad regem præmiſſo, quadrageſimo die poſt

*Cameracenſe fœdus.*

inceptum

Ayuntamiento de Madrid

inceptum ab eo bellum ipſe Venetos adoriretur. Qui ſua recuperaſſet, ſocios nihilominus adiuuaret, neq; ſine omnium conſenſu quiſquã arma deponeret, aut cum hoſte paciſceret. Pontifex grauiſſimis cenſuris Venetos, vti ablata reſtituant, moneret. idem de controuerſia inter Maximiliani vxorem, & Herculẽ Ferrarię principem, ſuper dote Annæ Sforciæ, quæ illius ſoror ei nupta fuerat, diſceptator & arbiter eſſet. Imperator regi Ludouico, Franciſco Angoliſmenſi, & maſculis hæredibus Inſubriæ principatum Cæſareo diplomate confirmaret, cuius rei gratia mille auri pondo à rege acciperet. Inter Geldrum & Auſtriacos pax eſſet, capta bello Geldrus redderet, amiſſa non reciperet. Ferrarienſi & Mantuano tres menſes, intra quos fœderi ſubſcribere poſſent, relinquerentur. Singulis ad quatuor menſes, ſuos qui vellent fœderi aſſociandi, facultas eſſet. Hoc fœdus in templo proclamatum, & iure iurando confirmatum eſt. Nec multò pòſt Rothomagenſis, cum Alberto Pio Carpenſi, & Lutetiano præſule, ad Maximilianũ proficiſcuntur, qui & ipſe, eodem ritu, quo cæteri, fœdus comprobauit. Veneti, cùm ingens ſibi bellum à maximis orbis Chriſtiani principibus imminere viderent, magnis & ipſi viribus ſeſe muniunt, quibus ſi primum hoſtium impetum aut propulſare, aut aliquandiu ſuſtinere poſſent, malè ſartam inter fœderatos concordiam, non fore diuturnam ſperabant. Nam Pontificem ipſum, & Aragonium, non pari cum reliquis alacritate, fœdus illud amplexos eſſe ſciebant, & Imperatorem facili momento à Gallorum rege alienum reddi poſſe, & alterutrum ex quauis oblata occaſione, fœdus rupturum putabãt. Igitur cum Pontifice & Aragonio colloquia captabant, & de Galli reconciliatione deſperantes, Ioannem Petrum Stellam cum mandatis ad Imperatorem mittunt, ſed neq; ille, contra reliquorum authoritatem, cum ipſis agere volebat, neque orator in huius conſpectum admittebatur.

*Pax cũ Geldro.*

*Albertus Pius.*

Initio ſequentis anni Gallorum rex, cum Lotharingię duce, & pleraq; totius regni nobilitate in Italiam venit, miſſoque ad Venetos feciali Mongioio, bellum ipſis indicit. Per eoſdem dies Põtifex, iiſdem ſub grauiſſima cenſuræ Eccleſiaſticæ denunciatione, vti omnia per Æmyliam loca, cum vectigalibus cæteriſq; redditibus ſibi intra paucos dies reſtituant, iniungit. Illi igitur quantas poſſunt copias ex omni ditione ſua comparant. Nicolaum Vrſinum No-

*1509.*
*Lud. Venetis bellum denunciat.*

*Nic. Vrſinus Pitiliani regulus.*

Ayuntamiento de Madrid

num Nolæ & Pitiliani regulum,ac Bartholomæum Liuianum,rei ſummæ prẹficiunt,quibus Andream Grittum & Georgium Cornarium adiungunt.Hi in Lombardiæ fines profecti,regis conatibus obuiam ire iuſſi ſunt. Ante quorum aduentum Ciamontius, regis iuſſu Abduam fluuium prope Caſſianum vado traijciens, Treuium & vicina quædam loca inuadit,præfectos aliquot capit. Hinc vbi Mediolanum ad regem iuiſſet,Treuium ab exercitu Veneto recipitur. Ad eius rei famam, rex cū omnibus copijs adcurrens, antequàm ab hoſte prædis intento prohiberetur, ſuperato Abdua,caſtra prope hoſtem ponit,& leuibus ſubindè velitationibus occaſionem prælio quærit.Non deerat Liuiano pugnandi ardor, ſed Pitilianus in aciem venire, & totius rei euentum in vnius pugnæ aleam conijcere, ſuis rationibus inutile eſſe putabat. Rex, vti illos in prælium eliceret,Ripaltam machinis concuſſam capit, captam incendit.Cùm verò contrà ac ratus erat, Veneti neq; tum quoque loco ſeſe mouerent,caſtra retrò ad fluuium transfert,quo loco commeatum ipſis intercipi poſſe videbatur. Id ne fieret,Veneti & ipſi caſtra mouent, cumque præter regios iter facere cogerentur,Galli inſtructis ordinibus, ſignum expectare iuſſi, mox in prætereuntes inuecti ſunt, & eam agminis partem, cui Liuianus præerat,nunc à tergo,nunc à lateribus perturbant.Ille neceſſitate pugnæ allata, militem, diſſipatis ordinibus incedentem, ad ſigna vocat, aciem inſtruit, & pro tempore exhortatus, cum delecta equitum manu in hoſtem irruens, propè ad regem ipſum peruaſit; iamq; Gallorum acies inclinare nonnihil, & pedem referre videbatur. Sed equitum aliquot turmæ, & Heluetiorum peditū phalanges ad regem accitæ,trepidare hoſtem, & fugam circumſpicere coëgerunt.Cecidêre ex vtriſq; plurimi in ipſa pugna,ex Venetis in fuga quoque nonnulli,apud ipſos peditum, apud Gallos equitum iactura maior fuit. ad octodecim hominum millia vtrinque deſiderata,ſunt qui prodidêre. Liuianus grauiter vulneratus, vnà cum Citolo Peruſino captus eſt.Pitilianus,cum exercitus ea parte quam ducebat, in tutum euaſit. Atq; hæc fuit nobilis illa ad Giaradaddam pugna, quæ pridie Idus Maias commiſſa eſt, cum magno rerum Venetarum detrimento. Rex eo loco ſacellum S. Mariæ Victoriæ nomine dedicauit.Mox victoria,multo ſuorum ſanguine parta,vtendum ratus, Carauagium primùm ducēs, dedentibus ſe-

*Treuium captū.*

*Ripalta capitur.*

*Pugna ad Giaradaddam.*

*Citolus Peruſinus captus.*

Ayuntamiento de Madrid

tibus ſeſe incolis, dein Bergomum quoque & Brixiam capit. Cremona item & Crema ciuitates, per legatos in poteſtatem redactæ. Piſcaria, aliquandiu reſiſtere auſa, vi expugnatur, præfecti vnà cum militibus ad vnum cæſi. *Bergomũ captũ.*

Interim Maximiliani auſpicijs Chriſtophorus Frangipanius Piſinium Duiniumq; in Iſtria arces, Ericus Brunſuicẽſis Feltrium ac Bellunium capit. Inde ad famam de Maximiliani cum Germanis aduentu, Goritia, Tergeſte, & alia non pauca eius tractus loca, in eius fidem redeunt. Pontifex quoque pleraq; Æmyliæ oppida, Gallorum magis terrore & victoria, quàm ipſius armis mota, recuperat. Præterea Alfonſus Ferrariæ princeps, non tantùm agros depopulabatur, ſed nauigijs quibuſdam Atheſim & Padum, quáque illi exeunt, vicinũ mare infeſtabat. Veneti his difficultatibus circumuenti, neque vllum in armis præſidium eſſe videntes, vltrò hoſtibus, quod amiſſuri erant, offerendum rati: de relinquendo continentis imperio, cõſilium cepêre; & magiſtratibus, quos Patauij, Veronæq; & alijs locis Maximiliano deſtinatis habebant, vti locis in ciuium poteſtate relictis, ipſi domum redirent, imperauêre. Mox vti illum ſibi per æqua per iniquã pacatiorem redderent, Antonium Iuſtinianum oratorem mittunt, qui Senatus ſui nomine clementiam illi, & animi potiùs quàm hoſtium victoriã ſuadentes, quæcunq; ad Imperij & Auſtriacæ domus iura ſpectarent, dederent, quaſcunq; pacis leges ipſi præſcribere viſum eſſet, eas Senatum ſine vlla tergiuerſatione accepturum. Oratio apud Guicciardinum legitur, quam latinis verbis coram Imperatore habitam in hunc modum refert: Veteres philoſophos, atq; ſummos illis temporibus viros, cùm eam gloriam, quæ ex ſui ipſius victoria comparatur, veram, firmam, æternam, immortalemq; eſſe affirmarunt, eamq; ſupra omnia regna, trophæa, atq; triumphos extulerunt, minimè erraſſe manifeſtum certiſſimumque eſt: hæc Scipioni maiori tot victorijs claro, maiorem ſplendorem quàm Affrica deuicta & Carthago domita dedit. Nónne hæc eadem res magnum illum Macedonem immortalitate donauit? quum Darius maximo pręlio ab illo victus, deos immortales vt regnum ſuũ ſtabilirent rogauit: quod ſi ſecus ſtatuiſſent, ſe non alium ſucceſſorem quàm tàm benignum hoſtem, tàm manſuetum victorem ab illis petere. Cæſar dictator, cuius tu nomen habes, & cuius fortunam,

*Ericus Brunſuicenſis princeps.*

*Venetorum res afflictæ.*

*Ant. Iuſtinian'.*

Ayuntamiento de Madrid

tunam, liberalitatem, magnificentiam aliasque virtutes, obtines, nonne concedendo, remittendo, condonando, qui in deorum numerum referretur dignus eſt iudicatus? Deniq; Senatus populusq; Romanus ille, mundi domitor, cuius imperium in terris in te ſolo eſt, cuiusq; amplitudo & maieſtas in te conſpicitur, nonne plures populos atque prouincias, clementia, æquitate, & manſuetudine, quàm bello armisque imperio ſuo ſubiecit? Quæ cùm ita ſint, minimè inter poſtremas laudes id tibi adſcribetur, Cæſar, ſi cùm victoriam aduerſus Venetos in poteſtate tua habeas, quàm humanæ res caducæ ſint memor, ea moderatè vti noueris, magis ad pacis ſtudia, quàm ad dubios belli euentus propenſus fueris: quanta enim rerum humanarum inconſtantia ſit, quàm incerti caſus, quàm dubius, varius, fallax, obnoxiusq; periculis ſit mortalium ſtatus, externis priſcisq; exemplis oſtendere non eſt opus; ſatis ſuperq; Veneta reſpub. docet: quæ paulò antè florens, ſplendens, clara, atque ita potens erat, vt eius nomen & fama, non iam Europę finibus contineretur, ſed egregia pompa Africã, Aſiamq; percurreret; atque in extremis orbis terræ terminis magno cum plauſu reſonaret: hęc eadem nunc vnico eoq; leui aduerſo prælio, rerum geſtarum gloria orbata, opibus ſpoliata, lacerata, conculcata atque euerſa, omnium rerum ac præſertim conſilij egens, ita corruit, vt omnis priſtinæ virtutis imago conſenuerit, omnisque armorum ardor deferbuerit. Sed falluntur proculdubio, falluntur Galli, ſi hæc propriæ virtuti tribuunt: antehac enim Veneti grauioribus incommodis agitati, maximis detrimentis cladibuſque perculſi atque conſumpti, nunquam animum amiſerunt; & tunc præcipuè quum maximo periculo cum ſęuiſſimo Turcarum tyranno, multos annos bella geſſerunt; imò ſemper ex victis victores facti ſunt: idem & nunc ſperaſſent, niſi maieſtatis tuæ tremendo nomine, copiarumq; tuarum viuida inuictaq; virtute audita, ita omnium animi concidiſſent, vt nulla non modò vincendi, ſed ne obſiſtendi quidem nobis ſpes relicta fuerit, quocirca armis abiectis, in maieſtatis tuę incredibili clementia, vel potiùs diuina pietate ſpem omnem locauimus; quam nos rebus noſtris perditis inuenturos minimè diffidimus. Itaq; principis, Senatus, populiq; Veneti nomine, humili deuotiõe ſupplices oramus, obteſtamur atq; obſecramus, vt clementiæ tuæ oculis res noſtras af-

flictas

Ayuntamiento de Madrid

flictas reſpicere digneris, ijsq; ſalutarem medicinam afferre; omnes pacis leges, quas tu nobis impoſueris, amplectemur; omnes iuſtas, honeſtas, & ab æquitate rationeque minimè alienas ducemus: ſed fortaſſe qui nobis ipſis mulctam imponamus digni ſumus. Ad te verum & legitimum principem omnia, quæcunque maiores noſtri ſacro Imperio & Auſtriæ ducatui ademerunt, redeant: quibus vt decentiùs veniant, omnia quæcunque in continenti poſſidemus adiungimus, quarum rerum iuribus quocunq; modo partis cedimus: prætereà quotannis tuæ maieſtati, & legitimis imperij ſucceſſoribus in perpetuum quingenta auri pondo tributi nomine pendemus: imperijs, decretis, legibus, preceptisq; tuis libenter obtemperabimus: defende nos quæſo ab illorum, cum quibus paulò antè arma noſtra cõiunximus, inſolentia; quos nũc ſæuiſſimos hoſtes experimur; qui nihil aliud expetunt, quàm Veneti nominis interitum. tua iſta clementia conſeruati, te vrbis noſtræ parentem, genitorem, conditoremq; appellabimus: ingentia beneficia tua in annales referemus; & filijs noſtris perpetuò memorabimus: nec verò parua erit laudibus tuis acceſſio, te primum eſſe, ad cuius pedes Veneta reſpublica, ſupplex ſe humi ꝓſternat, cui ceruices ſupponat, quem velut Deum de cœlo delapſum colat, reuereatur atque obſeruet. Si Deus optimus maximus eam mentem maioribus noſtris dediſſet, vt res aliorum attingere non ſtuduiſſent, iam noſtra reſpub. gloriæ plena, reliquas Europæ ciuitates longè ſuperaret; quæ nunc in ſqualore, ſordibus, & fœtore langueſcens, ignominia, probroq; deformis, ludibrio atque contumelia referta, vnico momento, omnium victoriarum laudem amiſit. Sed vt vnde incœpit, eò mea reuertatur oratio, in tua poteſtate eſt Cæſar, Venetis tuis ignoſcendo & condonando, nomen laudemq; comparare, qua nemo vnquam vincendo maiorem ſplendidioremque adeptus eſt: hoc monumentum nulla vetuſtas, nulla antiquitas, nullus temporum curſus, ex mortalium mentibus delebit: ſed omnia ſecula te pium, clementem, omniũ principum glorioſiſſimum appellabunt, prędicabunt, cõfitebuntur: nos tui Veneti, quòd viuemus, quòd auras cœleſtes carpemus, quòd hominũ commertio fruemur, id omne tuę virtuti, felicitati, clementiæq; tribuemus. Hæc ex Cælij Curionis tranſlatione: Sed Petrus Iuſtinianus oratorẽ neq; admiſſum neq; auditũ memorat.



Ayuntamiento de Madrid

Per eoſdem dies, iubẽte Senatu, Aragonum regi, qui iam portus aliquot in Apulia armis ceperat, reliqua quoq; loca ſunt tradita. Idem in Æmyliæ reliquis oppidis Iulio tradendis factum. Ferrarienſis Rodigij peninſulam, nullo repugnante, ſuo iuri aſſeruit. Veronenſes Piſcariam ad regem profecti, claues, quas attulerant, Maximiliani legatis fortè præſentibus dare iuſſi. Illorum exemplum ſecuti ſunt Patauini, Vincentini, & aliorum quoq; oppidorum ciues, præter Taruiſinos, qui vnius ciuis Marci Beliſarij exhortatione, in Venetorum fide permanſère. Ita tum Veneti, magnum de ſe fortunæ inſtabilis, & humanarum rerum nullo in ſtatu perpetuo perſiſtentium, exemplum dedère. Sub Iunij menſis initium Maximilianus Tridentum profectus, cùm de regis victoria in itinere audiuiſſet; ex ſuis ad eum miſit, qui gratularentur, ſimul & de opera fideliter nauata, gratias agerent. Cum ijs à rege miſſus Rothomagenſis, vti cum rege in colloquium veniret conſtituit, cui ad Gardam in apertis campis dictus eſt locus. Sed Maximilianus, cùm Ripam Tridentinam vſq; veniſſet, mutato conſilio, in Carnos iter conuertit, miſſoq; Cremonam Matthęo Langio, regi ſignificat, illò ſe, ob neſcio quos tumultus, iuiſſe, reb⁹ inſpectis, propediem adfuturum, rogare vti aduentum operiretur. Hanc eius excuſationem, quidam ex ſuſpicione aliqua ꝓfectam, alij aliter interpretati ſunt. ipſe cum exercitu numeroſiore in Italiam ire, & Venetias ipſas aggredi velle, prę ſe tulit. Rex moræ pertæſus, Mediolanum abijt, & in Galliam iter expediri iuſſit.

*Verona Cæſari tradita.*

*Veneti continẽtis imperio ſeſe abdicant.*

Hoc tempore Piſani, extrema omniũ rerum vitæ neceſſariarũ penuria coacti, amica compoſitione ad Florentinorũ imperium rediére. Gallorum ex Italia diſceſſu Veneti, ex maximo metu aliquantùm recreati, noua de recuperandis ijs quę amiſerant, imprimis verò de Patauio, conſilia iniére. Erant in ea ciuitate complures Veneti nominis ſtudioſi, quos inter Sacardus quidam Soncinus, huiuſmodi dolum commentus eſt. Andream Grittum, cui id negocij à Senatu datum erat, cum ea militum & agreſtium manu, quam habebat, occultato itinere, propiùs ad Caudælongæ portam ſubire, & occaſionem rei expectare iubet; ipſe armatis domi conſcijs, ad præſtitutum tempus, currus aliquot fœno onuſtos, in oppidum adduci iubet, quorum vni, ſub ipſa porta, ex compoſito, rota excidit. Accurrens cum ſuis Grittus, in forum vſque progreſſus,

*Piſæ ad Florentinos redeunt.*

*Sacardus Sontinus.*

*Strategema.*

greſſus,

greſſus, Venetos eorumq́; patronum S. Marcum conclamat. Excitus ad clamorem Leonhardus Triſſanus, qui cum præſidio trecentorum tantùm Germanorum oppido præerat, dum præter Brunorium Saregium, cum quinquaginta equitibus, neminem ſuppetias venire videt, in arcem ſe confert, moxq́ue viribus ſuis & paucitate diffiſus, fuga dilabitur. Ita Veneti tota vrbe, ſine ſanguine, potiuntur. Iudæorum fortunæ, militibus prædæ fuêre, & ciuium aliquot ædes, qui Venetis inimicos ſeſe declarauerant, direptæ. Patauio recepto, Verona periculo proxima erat, in qua Tridentinus præſul cum non magno præſidio erat, ſed ſeptingenti grauis armaturæ equites à rege illis in locis, vti Maximiliani iuſſa facerent manere iuſſi, poſtquàm in ciuitatem ab eius milite admiſſi ſunt, omnem Veronenſibus metum ademerunt; & Veneti qui iam in itinere erant retrocedentes, Seraualle in agro Vincentino expugnata, Germanos magna crudelitate contrucidarunt. Cumq́; Maximilianus eò iter maturaret, in agreſtium inconditã multitudinem, qui locorũ anguſtias tenebant, magno cum periculo incidit, quibus ꝓfligatis, Seraualle recepta, parẽ Italis vicem reddidit. Inde maiora iam animo conſilia agitans, miſſis ad confœderatos nuncijs, vti totis ſimul viribus res vrgeretur, & Gallica, Aragoniaq́; claſſe cum Pontificijs triremibus cõiuncta, Venetiæ ipſæ bello peterentur, propoſuit. Eam rem Gallus, ſi eius vrbis expugnatæ cõmoda ad omnes ſocios eſſent reditura, vtcunq; approbare videbatur; Aragonius vti improbam, & de qua in Cameracenſi conuentu nihil actum erat, reijciebat; Pontifex quoq;, ne vel Cæſaris vel Galli potentia per Italiam augeretur, veritus, ab eo cõſilio alienus erat. Interim Rudolphus Analtinus, ex antiquiſſima Aſcaniorum familia princeps, Forumiulij ingreſſus, Cadorum oppidum cum arce expugnauit, non ſine magna Veneti militis clade, & Ericus Brunſuicenſis, Vtina nequicquam tentata, Ciuitale Auſtrium ad Natiſonẽ amnem duxit. Præſidebat oppido Fridericus Contarenus, non tàm militum armis, quos paucos habebat, quàm ciuium animis, fidem ſuam operamq́; promittentium, fretus. Huic dum Ioannes Paulus Gradonicus, Venetorum per ea loca præfectus, cum octingentis equitibus & quingentis peditibus auxilio accurrit, malè à Germanis multatus, fugam inire coactus eſt, amiſſis nonnullis, quorum maior pars Vticenſes erant;

*Patauium aſtu receptum.*

*Deliberatio de Venetiarum oppugnatione.*

*Rud. Analtinus Princeps.*

*Fride. Contarenus.*



Ayuntamiento de Madrid

oppidum verò expugnari non potuit. Ab alia parte Frangipanius, Venetorum magiſtratibus, cum incolarum ſatis magna manu, ad Vermineum arcem profligatis, Iſtriæ agros latè peruagatus: Caſtellum nouum & Raſpruccum oppida cepit, multaque circùm prædia villasque, & pagos, incendio deuaſtauit. Interim Angelus Triuiſanus, Venetæ claſſis præfectus, poſt Fluminenſe oppidum & Raſpruccum recepta, Tergeſte leuiter tentato, abijt.

*Angelus Triuiſanus.*

Dum hæc per Iſtriam & per Carnos, cum miſerabili incolarum clade, geruntur, Pitilianus Patauium profectus, ſuburbia diruit, vrbem nouis copijs, tormentis, fabris, commeatu, alijsq; rebus ad tolerandam obſidionem neceſſarijs, inſtruit. in cuius defenſione, & conſeruandæ libertatis, & imperij recuperandi, ſpem omnem Veneti collocauerant, ideoq; præter milites, patriciorum voluntariam manum eò miſerant, cohortatione ducis ad fortiter pro patria agendum animatam. Maximilianus verò cum omnibus ſuis copijs Verona profectus, apud Brentæ fluuij (qui olim Meduacus dicebatur) pontem, ad tertium à Patauio lapidem, tormenta, quæ eximiæ pleraque magnitudinis ex Germania aduehebantur, expectabat. Mox Limono expugnato, vti commeatuum maiorem haberet commoditatem, paulùm retrogreſſus Ateſtè caſtrum expugnat, Monſilicium inde oppidum tormentis quatit. Qui ei præerant Petrus Gradonicus & Paulinus Curſius, loco diffiſi, in arcem prærupto monte ſitum, cum centum quinquaginta peditibus, profugêre, in qua expugnanda, & tempus teri, & vires infringi poſſe, putauerant. Sed Cæſariani oppidum incolis vacuũ ingreſſi, arcem, magna obſtinatione, altero oppugnationis die ſuperatam, deſtruunt, hinc Montanianam deditione capiunt. Inde poſitis ad Baſſanelli pontem caſtris, fluuij curſum ab vrbe excludere, & in alium alueum deducere fruſtra conatus Cæſar, poſt aduecta tormenta, propiùs vrbem mouit. Erant in Maximiliani caſtris equites decies millia & ſeptingenti, pedites ad triginta tria millia, & ad ſpem de Maximiliani liberalitate, & Patauij direptione, numerus indies augebatur. In vrbe ſexcenti leuis, ter mille grauis armaturæ equites, peditum vltra patriciorum florem, & qui eos vltrò ſecuti erant, duo & viginti millia numerabãtur, ſed quorum media ferè pars ex naualibus ſocijs collecta, bello minùs vtilis habebatur. Cæſar, quatuor pugnatorum millibus in S. Crucis ſubur-

*Maxi Cæſaris progreſſus in Italia.*

*Patauium obſeſſum.*

ſuburbium collocatis, vrbem ab ea parte ſitu & opere munitiorem conſpicatus, alio loco eam ad Portam, (quæ vulgò Portellum dicta, Venetias reſpicit,) aggredi ſtatuit. Longo circuitu, propter paluſtrem & inundationibus irriguam eam regionẽ, circumeundum erat. In eo itinere ruſtici ad tria hominum millia, qui cum ingenti pecorum grege, in paſcua aquis cincta conceſſerant, ab Italis & Hiſpanis miſerè aut cæſi aut capti, pecora prædæ fuêre. Idem in vicinis circùm agris factum, & in fluuio naues aliquot, commeatu onuſtæ, captæ ſunt. Hinc oppugnationem aggreſſus Imperator, præſens ſingulos cohortatur, & tormenta, oportuno loco poſita, exonerari iubet. Erant nõnulla ex ijs ſtupenda magnitudine, quibus muri pluribus in locis deiecti, & propugnaculum quoddam, ad portam omnium Sanctorum, propè totum concidit, multæq́; ædes, quæ aut muro contiguæ, aut magis vicinæ erant, deturbatæ ſunt. Igitur qui intus erant, interiori vrbis parte per ambitum, ſepta quædam arboribus alijsq́ue ruderibus excitarunt, & quà hoſtem aſcenſurum putabant, magnam pulueris tormentarij vim ſub terra abdiderunt, qua, ſuperanti vallum militi, iniecto igne, preſens adferretur clades. Decimo obſidionis die Cæſar, inſtructa acie, mœnia tormentis patefacta, inuadere in animo habebat, ſed quòd aqua eo tempore in foſſis ſolito altior eſſe nunciabatur, militem in aperta pericula mittere noluit. Poſtridiè propugnaculo quodam, ad Caudælongę angulum, tormentis concuſſo, Germanorum & Hiſpanorum peditatum mœnia inuadere iuſſit, inter quos equites aliquot, relictis equis, erant. Hi, magna cum animi alacritate, propugnaculum cõſcendunt, duo in illo vexilla figunt, iamq́; reliquum exercitum, qui in procinctu ſtabat, ſubmittere & vrbem inuadere Imperator cogitabat. Sed Pitilianus, & qui cum illo rebus præfecti aderant, cæteros cohortati, magna & corporum vi, & animorum virtute, ita mœnia tutati ſunt, vti oppugnatores omne genus telis & artificioſis faculis afflicti, multis amiſſis, incepto deſiſtere coacti ſint. Inter hæc Lucius Maluetius, cum aliquot equitum turmis vrbe egreſſus, quà per Aponi fontes vnicus patebat aditus, quadraginta aureûm nummûm millia Venetijs allata, paucis in tranſcurſu amiſſis, introduxit. Cùm igitur omnium rerum copia ex antè conuecto ſuppeteret, & milites, pecunia accepta, prompti ad imperata adeſſent, Cæſar fruſtra operam ſumi

*Patauiũ fruſtrà oppugnatum.*

*Lucius Maluetius.*

ſumi videns, tormentis tutum in locum deportatis, Liminum ſe cum omnibus copijs, atque inde Vincentiam conuertit, multa de ſocijs ſuis queſtus, quorum Pontifex admiſſis Venetorum legatis, & Gallus auxilijs tardiùs miſſis, fidem omnibus feciſſent, alieniori ſe ab ipſo eſſe animo, aliter neque Patauienſes defectionem facere, neque agreſtes ſupra Vincentiam homines moram ſibi & obſtacula obijcere auſuros fuiſſe. Iam verò quod & illi, & cum illis Aragonius claſſem dimiſerint, id Venetis peroportunum accidiſſe, qui omni alio metu liberati, dum ipſe regionem omnem armis perdomare opus habet, Patauium facilè munire, & omnibus rebus inſtruere potuiſſent; Cæſar Vincentinis denuò in verba iurare iuſſis, Veronam ſe confert, vbi fidelitatis ſacramento à ciuibus accepto, Florentinorũ legatis ampliſſima priuilegia & imperij quod habebant iura confirmat, qui illi quadringentas ſeſe auri libras breui appenſuros recipiunt. Deinde Ciamontio regis legato, in Germaniam ſibi eundum eſſe, aperit, videndum ne Citadella, Baſſanumq;, & alia vicina loca interim à Venetis occupentur, quibus amiſſis, neq; regis res ſatis tutas eſſe futuras, proximo vere ſe cum nouo exercitu rediturum. Ciamontius hæc regi ſe ſcripturum reſpondet, quem eius conſilia probaturum confideret. His ita conſtitutis, & Caſimiro Brandemburgico Veronæ præfecto, Tridentum Cęſar, atq; inde Oenipontum abijt. Paucis diebus poſtquàm Cæſar ex Italia diſceſſerat, Grittus eodem ferè ſucceſſu, quo Patauium receperat, Vincentiam occupauit. Cùm enim Puſterlenſe ſuburbium, tormentis concuſſum, cepiſſet, ex eo de nocte in vrbem introductus eſt, opera & hortatu, (vti ferebatur) Fracaſſi Sanſeuerinatis, qui cum Analtenſi principe loco præerat. Ipſi in arcem concedentes, cùm eam non ſatis munitam, & ciues omnes à Venetis ſtare viderent, illinc quoque abiêre. Veneti inde, bipartito exercitu, Veronam quoq; tentare ſtatuerunt, ſed ea, præter recentes Germanorum copias, trecentos grauis armaturæ equites Gallos, cum Obignino duce intromiſerat. Cùm igitur, qui prior aduenerat, Grittus ab vrbe recedere coactus eſſet, Maluetius qui alteram copiarum partem ducebat, nihil intus à ciuibus moueri videns, & ipſe retroceſſit. Mox vterque iunctis viribus, duo Germanorum millia Baſſano prædatum egreſſa, intercludunt, qui, auxilijs ex eodem oppido accurrentibus, ferro viam aperientes, nonnul-

*Vincentia à Venetis recepta.*

*Verona tentata*

Ayuntamiento de Madrid

nonnullis amiſſis, in tutum euaſêre, & Baſſanum, defenſoribus vacuum, à Venetis occupatum eſt. Ciuitale Auſtrium per eoſdem dies, & Feltrium quoque, ab ijs recepta ſunt.

Inter hæc Pontifex, nouis diſcordiæ cauſis cum rege Ludouico ortis, Venetos ſibi conciliandos ratus, adnitebatur, vti Cæſar pacem cum ipſis aut inducias faceret. Ea res inter legatos agitata non proceſſit. Sub anni finem controuerſia, quæ de Caſtellę regni administratione cum Ferdinando erat, arbitrio Rothomagenſis in hunc modum compoſita eſt. vti Cęſar Ferdinando, niſi maſculam prolem ſuſcepiſſet, quoad Carolus vigeſimumquintum annum attigiſſet, eius regni gubernationem concederet, neque Carolus, viuente Ioanna matre, pro rege ſe gereret: Ferdinandus Cęſari quinquaginta aureûm nummûm millia numeraret, ipſumq; ex fœdere, quoad ſua à Venetis recepiſſet, iuuaret. Carolo nepoti quotannis quadringentas auri libras penderet. *Comitia Augustæ.* *1510.*

Ineunte anno eius ſeculi decimo, Imperator Auguſtæ Vindelicorum conuentum principum & Imperij ordinum inſtituit, in quo, de continuando in Venetos bello, præcipuè actum fuit. Fama per eos dies tenuit, ſubmiſſos ab ijs eſſe incendiarios, qui per Cæſaris ditiones vicos & pagos exurerent. Id vtrum ita factum, an (quod potiùs reor) in illorum odium cõfictum fuerit, in medium relinquimus. In conuentu Cæſari plurimæ difficultates oblatæ ſunt. Nam Pontifex, poſt Venetos interdicto liberatos, per literas & nuncios apud pleroſq; Germanię principes effecerat, vti pacem bello præferendam ſuaderent. Et quamquam Gallorum rex, poſt Rothomagenſem fato functum, miſſo Romam Pio Carpenſi, omnia ſua conſilia & actiones, Pontificis arbitrio permiſerat, nihilo tamen ille pacatior, omni ope adnitebatur, vti concordia inter Cæſarem & Venetos facta, Galli potentia per Italiam infringeretur. Igitur & ſuis, vti Venetis militarent, permittebat, & Heluetios, vti relicto rege, ſeq; ditionemq; eccleſiaſticam defenderent, promiſſo, in ſingulos eorũ pagos, annuo mille aureûm nummûm auctoramento, perpulerat, Sedunenſis epiſcopi opera in hoc vſus. Angliæ quoque regem, propoſito defenſoris Eccleſiæ titulo, in bellum ſtimulabat. Etſi verò Imperator ab illo ipſo & Electoribus alijsq; principibus aſſiduè interpellabatur, nullam tamen pacis mentionem, niſi relicta ſibi Verona, admittere volebat. Veneti *Incendia per Germaniam.*



Ayuntamiento de Madrid

verò, oblata ingenti pecunia, vrbem eam ſibi reddi poſtulabant. Suſpectus non ſine cauſa & Cæſari & Ludouico regi erat Iulij tantus rei Venetę ſubleuandæ ardor. itaq; inter ipſorum legatos conuenit, vti primo vere Ciamontius Germanis illis, qui in Veronenſi agro erant, ſecum aſſumptis, ab ea parte, & Cæſar cum ijs copijs, quas ab Imperio datum iri ſperabat, quasq; ex ſuis prouincijs conſcriberet, in Foroiulij & vicinis locis, bello Venetos adorirentur. His vti aſſentiretur rex, Venetorum odio, & magis rerum ſuarum rationibus, quàm fœderis relligione, adducebatur. Ea enim vel negligebatur iam, vel quæſitis hinc inde interpretamentis, neminem ampliùs obſtrictum tenere cenſebatur, & quod verè quidam vir doctus annotauit, in illo fœdere eò deterior & iniquior erat Cæſaris conditio, quàm aliorum, quò æqui iuſtique obſeruantior ipſe erat, & conſilia habebat magis aperta.

*Maxi. Cæſar æquitatis cultor.*

Interim dum in conuentu omnia lentè procedunt, Veronæ noui inter ciues & militem motus, Venetis vrbis potiundæ occaſionem penè dederunt, qui Sanbonifacio à nonnullis clàm acciti, dum ſcalas, muri altitudine breuiores, inter ſe coniungunt, vel à vigilibus auditi, vel auditos ſeſe, ex ſtrepitu temerè exorto, veriti, eadem nocte, qua venerant, ſcalis relictis, abiêre. ex cõſcijs aliquot in vrbe capitali ſupplicio affecti ſunt, & diligentiori cura vrbs eſt ſeruari cœpta. Cùm verò Ciamontius exercitum ſatis validum ijs in locis haberet, Analtenſis cum quingentis equitibus, pleriſque Gallis, & tribus Germanorum peditum millib⁹, Verona egreſſus, ſeſe illi coniunxit. Hinc vtrique in agrum Vincentinum profecti, Leonicum totamq; circà regionem, ſuę poteſtatis fecêre. Vincentini, indefenſos ſe, &, abſq; vllis Venetorum auxilijs, hoſti relictos, videntes, (Veneti enim prælium non audentes, tutis locis ſe tenebant) ad Analtenſis miſericordiam confugiendum eſſe decreuêre, & fide publica per Ciamontium impetrata, legatis ad illum miſſis, admiſſorum veniam ſupplices precati, ſeq; ſuaque omnia eius fidei tradidêre. Ægrè id, ob maximas offenſas, impetrari potuit. tãdem verò, intercedente Ciamontio, Analtenſis grauiter in illos inuectus, ſalutem & incolumitatem ipſis largitus, domos fortunasq; omnes diripi iuſſit. Finitur interim conuentus Auguſtanus, vnde Maximilianus poſtquàm Oenipontum veniſſet, per celeres nuncios, à Ciamontio petijt, ne cum ſuis, quod in mandatis habere di-

*Vincẽtini Analtenſi ſupplices.*

*Vincentia direpta.*

bere dicebatur, Mediolanum priùs abiret, quàm ipſe eò veniſſet. Germani verò à Gallis adiuti, Citadellam, Moroſticumq; & Baſſanum cum alijs aliquot locis, fuga Venetorum deſertis, capiunt. Analtenſis dein cum Germanis & centum equitibus Gallis, Scalam verſus mouens, Caſtellumnouum ex pactione occupat, miſſisq; alio itinere militibus, (nam ea loca quà ire cœperat ab agreſtibus inſeſſa erant) Feltrio capto ac direpto Scalam & Couolum munita in montibus & illac tranſeunti oportuna cultoribus vacua inuadit. Interim Pontifex, communicato cum Venetis conſilio, vti vno & eodem tempore & Genuenſibus & Ferrariæ principi arma inferrentur, effecerat. Igitur Ciamontio ad Inſubres profecto, Venetorum exercitus, Vincentia, & alijs in eo tractu oppidis receptis, Germanos retrocedentes, Veronam vſque perſecutus, tormentis eam quatere incepit. Tenebatur verò ciuitas firmo Germanorum præſidio, qui, ad octo peditum millia, Italis longè exercitatiores habebantur. Aderant quingenti pedites, & totidē ferè equites Galli, & trecenti cataphracti Hiſpani. His copijs & ciues ipſi, in quorum tumultu Veneti ſpem omnem habebant, ad obſequium cogi, & ciuitas defendi facilè poterat. Igitur Veneti, cum nihil à ciuibus moueri viderent, & eruptione Germanorum tormenta amittendi metum incurriſſent, ac cum exercitu aduolare Ciamontium rumor eſſet, retrò quà venerant diſceſſēre.

Rex Galliæ bellum, vbi minimè putauerat, à Pontifice excitatum indignè ferens, amicitiam & fœdus cum Imperatore inſtaurare ſumma ope nitebatur, & auxilia ei non tantùm ad ea recuperanda, quę Veneti tenebant, ſed ad Romam ipſam & alia loca Imperio auulſa occupanda pollicebatur. Sacra etiam arma expediri, & generale Concilium conuocari ſuadebat, quod Aragonium, vtriuſq; authoritate motum, ſciret non eſſe impediturum, omneſq; Italiæ Cardinales eius rei authores fore. Hoc negocium rex imprimis vrgens, omnes regni ſui epiſcopos ad Idus Septembris Aurelianum conuenire imperat. Conuentus ille paulò pòſt ad Turonum vrbem (quam vulgò Torſum dicunt) tranſlatus eſt, quò Matthæus Langius Epiſcopus Gurcenſis à Cæſare legatus proficiſcitur, cuius aduentum Gallis gratum expectatumque fuiſſe memorant. Pontifex verò Alfonſum Ferrariæ principem, & præfectos ei militátes, & Ciamontium ipſum ſacrorum communione excludit, &

*Lud. rex Galliæ conciliū vrget.*

*Matthæus Langius in Galliciu miſſus.*

dit, &

Ayuntamiento de Madrid

dit, & Maximilianum à Gallo alienum reddere, ac Venetis conciliare ſtudet. Is verò in ſententia perſiſtens, Venetis vti à bello Ferrarienſi inferendo abſtineret, miſſo feciale, iuſſit, & Conſtantinũ Macedonem, pacis conficiendę interpretem, ad ſe venientem, audire noluit. Iamque bellum cum Ferrariæ principe geri cœptum erat, cui Ciamontius, ex regis iuſſu, opem ferebat. Pontifex igitur maiorem in ſe molem, quam cui ferendæ eſſet, impendere ſibi videns; Ioannem Franciſcum Picum Mirandulæ regulum, ad Ciamontium miſit. Sed poſtquam longa diſceptatione, multiſq; internuncijs vltrò citroq; miſſis, nihil conueniſſet, Pontifex, datis ad reliquos principes Chriſtianos literis, graues de rege querelas facit, & rex, cum Gurcenſi Cæſaris legato, nouum fœdus in hunc modum componit: Cæſar proximo vere tria equitum, decem peditum millia, in Venetos duceret, ijs rex mille ducentos cataphractos equites, cum octo millibus peditum, & iuſto inſtrumentorum bellicorum apparatu, adiungeret, mari duas triremes, & quatuor longas naues maiores mitteret. Fœdus Cameracenſe vterque tueretur, idem vti faciant Pontificem Aragoniumque admonerent, quod ſi ille facere recuſet, tum concilium procederet. Cæſar interim Germaniæ Epiſcopos & ſacri ordinis viros conuocaret. Hæc ita inter ipſos conuenère. Sed Ferdinandus rex, vti qui Venetorum depreſſione, & põtificię authoritatis imminutione, Gallicas opes in Italia creſcere nollet, in alia longè ſententia erat, Cæſaremq; Venetis, & Gallum Pontifici conciliare nitebatur, & concilij indictionem, Italia bellis turbata, inutilem eſſe contendebat. Vigebat interim bellum Ferrarienſe, & Pontifex ipſe, noui anni initio, in caſtra profectus, quæ ad Mirandulam tunc erant, non priùs deſtitit quàm ea ciuitas caperetur. Nullis enim ſuorum cõſilijs, nulla & itineris & temporis difficultate, quo minùs id bellum præſens ipſe, & periculis ſeſe offerẽs vrgeret, deterreri potuit, exemplo admodum raro, mirantibus pleriſq;, illo ipſo tempore, quo Gallorum rex quietus, ipſe per legatos rem adminiſtrabat, pontificem in caſtris verſari. Germani militari quoque dicterio Cæſaris illi munia, ipſi contrà Cæſari pontificis rectiùs committi debuiſſe dictitabant.

*Ferrarienſe bellum.*

*1511. Fœd9 inter Maximilianum & Gallum.*

*Militum dictũ de Iulio Papa.*

Cùm itaq; Iulius magno conatu in hoc bellum incumberet, Ciamontius Ferrariæ principem defendere à ſuo rege iuſſus, Mutinam

tinam

Ayuntamiento de Madrid

tinam ducere ſtatuit,in qua,cõſcios ſeſe habere,Cardinalis Eſtenſis aſſerebat. Sed pontifex, ex Aragonij regis conſilio, vti eam rem Gallis difficilem redderet,veteri iure Mutinam Cæſaris ciuitatem eſſe declarauit,& eius legato tradi iuſſit. Non multò pòſt Ciamõtius, febri correptus, Corregij diem obijt. Interim Ferdinandus rex,aſſiduis ad Maximilianum literis ac nuncijs hoc agebat, vti ex ſuis Mantuam ad colloquium, de cõmuni omnium re inſtituendum,mitteret,ac Galliæ regem vti idem faciat induceret,ſe quoq; cum amplis mandatis eò legaturum, neq; pontificem,à quo penderent Veneti, id recuſaturum; ita conciliatis animis, minimo cum labore ac ſumptu,ſine Gallicæ aut æſtimationis aut potentię incremento,quædam à Venetis oppida recipi poſſe. Ea ſpes ſi fallat, tum & moueri bellum, & indici concilium (vti conuenerat) poſſe, omnesq; ipſi mortales fore teſtes, non penes Cæſarem, ſed alios belli cauſam culpamq; eſſe. Hoc regis conſilium haud aſpernatus Cæſar,datis ad Pontificem literis, ſui muneris eſſe docet,vti eccleſiæ tranquillitati, & paci inter Chriſtianos principes ſtabiliendæ,operam det, qua in re ipſum quoq; æquum eſſe. Id vti fiat, hortari ſe, controuerſiam cum Purpuratis quibuſdã in aliud tempus differat. Galliæ item regi ſcribit, in animo ſe habere, de communi pace concilianda Gurcenſem Mantuam mittere, qui partium cauſis auditis, remedia omnibus commoda ſit quæſiturus. Adfuturos illic Pontificis quoque & Aragonij legatos,hortari vti ſuos & ipſe homines cum mandatis mittat. quod ſi per Pontificẽ Venetóſue ſteterit,quominùs pacis actio procedat,tum Gurcenſem, reliquorum nomine, Synodum ſtatim eſſe indicturum. Intereà nullam ſe pacem cum Venetis facturum, niſi ipſius controuerſia cum Pontifice finem priùs ſortiatur. Hæc Cæſaris conſilia vti Iulio grata, ita regi moleſta, multisque de cauſis ſuſpecta fuerunt. Sed ne Cæſarem offenderet, Pariſienſem antiſtitem miſit, qui paucis pòſt Gurcenſis aduentum diebus Mantuam ingreſſus eſt. Aderat & Petrus Vrrea, regis Ferdinandi apud Maximilianum legatus, qui cum Gurcenſi aduenerat. Iulius verò cùm & ipſe legatum eò miſſurus eſſe crederetur,ſiue quòd parum id ad dignitatem ſuam facere putaret, ſiue à pacis actione alienus,ad pertrahẽdum in ſententiam Cæſarem, præſens cum Gurcenſi agere mallet, Bononiam eum ad colloquium vocabat, & Hieronymum

*Mutina ciuitas Imperalis.*

*Ciamõtij mors.*

*Petrus Vrrea.*

Vichium

Ayuntamiento de Madrid

Vichium Aragonij apud ſe legatum eius rei ſuaſorem mittebat. Gurcenſis, poſt ſublatas Mantuæ difficultates, commodiùs id fore, neq; Chriſtianiſſimi legatum, Cæſaris authoritate eò miſſum, aut ſolum relinqui, aut in hoſtilem agrũ, pace necdum inſtituta, adduci poſſe excuſat. Tandem ab Aragonijs perſuaderi ſe paſſus, cum eo nobilium comitatu, qui Cæſaris vicarium decere videbatur, Bononiam ire perrexit, vbi ſummis cum honoribus exceptus eſt. In concilium introductus; breui oratione miſſum ſe ab Imperatore dixit, vti ea, quæ ipſi erepta ab alijs tenerentur, repeteret; quamquam verò Imperator pacem bello præferat, cum Venetis tamen fieri non poſſe, niſi omnia ſimul oppida, quę vel ad Imperij vel ad Auſtriæ domus iura pertinerent, reſtituantur, aut pro retentis omnium ſolis Patauio Tauriſioq; ſatis magna pecunia numeretur, & earum poſſeſſio Imperatoris beneficio accepta feratur. Hæc eius poſtulatio magnas ſecum difficultates adferebat, quod eæ ciuitates adeò munitæ eſſent, vti Senatus Venetus non eas tantùm retinendi, ſed alias quoque ſuperiori bello amiſſas recuperandi ſpem non dubiam in ipſis collocatam haberet. Pontifex verò, qui vna hac via Cęſarem à Gallo diſtrahi, ac Venetis contra ipſum cõciliari videbat, Venetos ad has leges accipiendas quà precibus quà minis adhortabatur, donec adnitentibus vnà cum eo Aragonijs, propè cõuenire viſum eſt, vti pro ciuitatibus Veneti pecuniam quidem, ſed longis temporũ interuallis penderent.

*Gurcenſis cum Pontifice congreſſus.*

His vtcunque compoſitis de concordia inter Pontificem & Gallum facienda Gurcenſis propoſuit, quæ niſi procederet, neq; cum Venetis pacem forę affirmans. Pontifex, vti ea tractationę omiſſa, cum Venetis componat, inſtarę, multa in eam rem argumẽta adducerę, hortari, & rem imprimis commodam dicere, pulcherrima ea occaſione Cæſarem alienis opibus tot à Gallo acceptas iniurias vltum ire poſſe. Gurcenſis, multa in contrariam ſententiam adducens, vbi nihil ꝓficeret, rem cum Venetis infectam eſſe proteſtatus, nequicquam ab inſequentibus nuncijs reuocatus, Mutinam atquę indę Mediolanum abijt, multa dę Iulij pertinacia conqueſtus, ex qua & Aragonij magnas animorum offenſiones præ ſe ferebant. Aderat iam vernum anni tempus, & Maximilianus, Oenipontum profectus, copias expectabat, quibus, Patauij obſidionem aggredi, in animo habebat. Ad eam rem cùm magnis

Ayuntamiento de Madrid

magnis viribus opus eſſet, neq; Ferdinandus rex pacem Venetam vrgere deſtiterat,mora diutiùs extendebatur.Interim Veneti agrũ Veronẽſium ingreſſi,ſegetem flammis corrupêre, mox à Germanis circumuenti, trecentis ſuorum amiſſis, cùm Paliciam aduentare cum exercitu fama eſſet, Patauium & Taruiſium fuga dilapſi ſunt. Germani inde & Galli Leoniam diripiunt, & Vincentiam deditione capiunt. Hinc prope Soauium leuibus aliquot prælijs commiſſis, Guido Rangonius à Gallis capitur, & Veneti ab agreſtibus adiuti,quadringentos pedites Gallos cędũt. Iam verò apud Ludouicum regem belli Veneti ardor remittere videbatur,& Cęſar eum non eſſe permiſſurum videns, vti ab Inſubris Gallorum exercitus longiùs abducatur,Verona pręſidijs munita,Germanos Forumuilij inuadere iuſſit.Hi cùm Vtinam veniſſent,regionis caput, dilapſis cum Veneto magiſtratu incolis, oppido potiti, omnia vicinæ ditionis loca in poteſtatem breui redigunt, imperata ſingulis pro fortunarum modo pecunia. Gradiſcam dein, ad Liſontium amnem, tormentis quatiunt. qui intus erant, Aloïſium Mocenigum loci pręfectum,magno cum flagitio vinctum adducunt, & relicto oppido incolumes diſcedunt. Germani victores cum præda ad Paliciam redeunt. Is tùm in agro Taruiſino caſtra habebat, quam vrbem quò minùs tentaret, à fabris ſe & puluere imparatum dicens, Mediolanum verſus abijt, ob Heluetiorum quoſdam motus, eò à rege ducere iuſſus. Germani, ab eo deſerti, Veronã redeunt, & Veneti Gradiſca oppido fruſtra oppugnato, reliqua circùm loca eadem facilitate, qua capta fuerãt, recipiunt. Per eoſdem dies Vincentia Ioanni Paulo Ballioni dedita,& Cadorum Bellonaq; à Cæſarianis,ex agro Tirolenſi conſcriptis,capta.

*Vtina à Germanis capta.*

*Infidelitatis exemplum.*

Dum hęc ijs in locis geruntur,trepidi ad Cęſarem nuncij perferuntur, Conſtantiæ nouos tumultus eſſe exortos. Erant illic ex Senatu & primoribus ciuitatis complures, qui à popularibus adiuti, ab Imperio, cui addicti tum erant, ad vicinorum Heluetiorum fœdus & ſocietatem tranſire ſatagebant, quam rem ij ſæpiùs anteà ſollicitatam adiuturi videbantur,quòd ciuitatem illam,claram imprimis, & oportuno loco ſitam, ſuis rebus commodaturam ſcirent. Obſtabat verò altera ciuium factio, quibus Imperij maieſtas, & Sueuici fœderis relligio magis cordi erat, quos inter piſcatorum collegium,opibus & numero præualebat. Dum verò

*Conſtantiæ tumultus à Cæſare compeſcitur.*



Ayuntamiento de Madrid

aduerſam eos Heluetiorum auxilia à reliquis expectantur, Cæſar cum equitibus trecentis ſubitò adcurrens, & à piſcatoribus intromiſſus, non magno negocio ſeditionem compeſcuit, nonnullis eius principibus, vltimo ſupplicio affectis, aut ſolum mutare iuſſis, & prudenti conſilio ſublatis ijs rebus, quæ tumultuandi aut cauſam aut occaſionem impoſterum præbitura eſſe videbantur. Inter hæc à Bernardino S. Crucis Purpurato Hiſpano, & alijs quibuſdam eius collegis, concilium Mediolani, authoritate potiſſimùm Ludouici regis, decretum, Piſis haberi cœptum eſt. Iulius verò, aliud Romæ in Laterano concilium, in ante diem Calendarum Maij anni ſequentis indixit. Ad Piſanum Ludouicus, ex toto regno, quatuor & viginti Epiſcopos miſit, Cæſar, ob auxilia aliò deducta, regi offenſus, poſt Lateranenſe concilium à Pontifice promulgatum, neminem Piſas legauit, ſed Epiſcopos ſuos Auguſtæ Vindelicorum ſuper hoc negocio conſultare iuſſit, Pridie Calendas Ianuarij, dum Maximilianus Friburgi agit, eius vxor Blanca Maria diem obijt, nulla relicta prole. Iulius interim, vti cõtra Gallum vires ſuas firmaret, Piſanumq; conciliabulum impediret, ſub anni finem, fœdus cum Aragonio ac Venetis, de mutua ſociorum defenſione, percuſſit, in quo Cæſari & Anglorum regi relictus eſt locus. Cruceius verò, & qui cum eo Piſis erant, Cæſarem, vti ſuum quoque procuratorem eò mittat, orant. Et Ludouicus, Andream Burgium Cremonenſem, Bruneccam ad ipſum mittit, qui idem peteret, ac offenſum ipſi amplis promiſſis reconciliaret. Is ad regem reuerſus, poſt multas de ipſo querelas, Cæſarem poſtulaſſe refert, vti rex, filiolam natu minorem, cum dotali Burgundia, Carolo nepoti deſponderet, puellam ſtatim traderet, Bononienſes, Ferrarienſes, & concilij Piſani res, ipſius arbitratui permitteret, exercitum Romam verſus ire ne iuberet, neq; enim permiſſurum, vti regis potentia per Italiam extendatur. Rex alienatum abs ſe Maximiliani animum videns, vti cum hoſte, antequàm ille apertè cum eo ſe coniungat, debellaret, aut operæ precium aliquod inſigne faceret, Gaſtoni Foiſſeio, qui Brixiam per eos dies ceperat, vti hoſtem aggrederetur, ſcripſit. Foiſſeius Rauenna nequicquam tentata, ad Pontificis exercitum aduenientem conuerſus, memorabili prælio victoriam adeptus, ab Hiſpanis, quibus, abire volentibus, fugam permittere noluit, occiſus eſt. Cecidêre vtrinq; fortiſſimi

*Concilium Piſanum.*

*Concilium Lateranenſe.*

1512.

*Gaſto à Fois victoria parta cæſus.*

*Pugna ad Rauẽnam.*

Ayuntamiento de Madrid

tiſſimi quiq; ad decem millia, quorum trientem ex Gallis, reliquos ex Italis & Hiſpanis fuiſſe memorant. Victoria penes Gallos ſtetit luctuoſa, propter ducis & nobilium quorundam cædem, lætior futura ſi ille fugienti hoſti, ne deſperatio in fortitudinem vertat, vel argenteum pontem eſſe ſubſternendum meminiſſet. Incidit hoc prælium in ſolemnem dominicæ reſurrectionis diem, qui eo anno Aprilis erat vndecimus. Rauenna victoribus ſe dedidit, à quibus direpta eſt. Poſt hanc Gallorum victoriam Iulius, etſi de pace cogitabat, (à qua neque rex abhorrere videbatur) ab Aragonio tamen & Anglo confirmatus, & Heluetijs, magno in regem odio, auxilia promittentibus, proſequi bellum ſtatuit.

*Hoſti nõ prohibenda eſt fuga.*

Eodem ferè tempore Maximilianus Imperator Coloniæ & Treuirorũ Auguſtæ conuentus habuit, quibus de tollendo ſchiſmate actum. in Blaſphemos quoque graues pœnæ conſtitutæ, & edictum ea de re ſingulis feriatis diebus pro concione proclamari iuſſum. Actum item de ebrietate & ei vitio deditis, principum familia pellẽdis, inuenio. Propoſita itẽ læſæ maieſtatis pœna, omnibus Imperij ſubditis ꝓhibitũ, ne Gallo militarẽt. quod cùm Emicho Comes Liningenſis feciſſet, proſcriptus eſt, & iuſſu Cæſaris, aliquot arcib⁹, à Palatino multatus. Alij quoq; eius exemplum ſecuti, eodem loco habiti, & Germani, qui ad quatuor millia in Paliciæ caſtris erant, reuocati, paruêre; nam Tirolenſes pleriq; erant.

*Pœna in Blaſphemos.*

*Emicho Liningenſis.*

Per eoſdem dies Cęſar, cui Mediolanenſis & Burgundici principatus Gallo eripiendi ſpes ab Aragonię Anglięq; regibus oſtendebatur, inducias cum Venetis fecit, & ſex Heluetiorum millibus, per agrum Tridentinum, iter & tranſitum conceſſit. Itaque Gallorum res priore in loco eſſe cœpêre, & Pontifex pleraque Æmyliæ ac Flaminij loca recuperauit. Genua item à Iano Fregoſio eſt occupata. Igitur Palicia & reliqui Gallorum duces, ſpe Mediolanenſis imperij diutiùs retinendi amiſſa, cum exercitu diſceſſêre. Cardinales item, qui conciliabulum Piſis Mediolanum tranſtulerant, in tutiora ſeſe loca recipere coacti ſunt. Poſt Gallorum diſceſſum, Pontifex Mantuæ conuentum indixit, ad quem Gurcenſis à Cæſare miſſus, in itinere Leonicum à Gallis recipit, qui locum ſe defendere diutiùs nõ poſſe videbant. Mantuę de Inſubriæ principatu, Maximiliano Sforciæ vindicando, decretum eſt. Vrgebat eam rem Iulius ipſe & Heluetij, quòd externi regis potentiam ille

*Induciæ cum Venetis.*

*Galli ex Italia pulſi.*

*Gurcenſis Mantuam proficiſcitur.*



Ayuntamiento de Madrid

per Italiam inualeſcere nollet, ac tenuiorē hi vicinum Gallo præferrent. Multa dein cum Petro Lando, Venetorum legato, verba habuit Gurcenſis, pacem cum eo facere, antequàm ad Pontificem iret, cupiens. Cùm verò nihil conueniret, & Landus, vti Pontificē conueniret, identidem hortaretur, quòd eo interprete, & tanquam arbitro, æquiores pacis conditiones ſperaret; Gurcenſis, ſoluto conuentu, Romam profectus eſt. Ibi cùm rebus Italiæ ita cōſtituendis ordinatum eſſet, vti Galli ex ijs locis, quæ adhuc tenebant, eiecti, redire ne permitterentur, de Cæſaris & Venetorum pace ad id neceſſaria, agi cœptum. Gurcenſis Patauiū, Taruiſiumque & reliquas ciuitates Venetis relinqui concedebat, ſi Cæſari præter eas, quas habebat, Vincentiam traderent, triginta aureûm nummûm millia quotannis, cenſus nomine perſoluerent. Hæc eius poſtulata Veneti grauia eſſe dicebant, Vincentinis iam à Senatu promiſſum, nunquam ipſos à reipublicæ imperio diuellendos. Iulius verò, ſacræ cenſuræ minis interpoſitis, vti conditiones admitterent, adhortabatur. Quod cùm facere illi recuſarent, neq; Gurcenſis de poſtulatis quicquam remitteret, Pontifex, qui, ad diſturbandum aduerſariorū concilium, Cæſaris authoritate opus habebat, fœdus cum eius vicario, ſeorſum à Venetis, in hunc modum facit: Cæſar, Piſani conciliabuli actionibus antiquatis, Lateranenſe concilium approbaret, Alfonſo Ferrariam & Bentiuolis Bononiam retinentibus, opem ne ferret, Germanos ab illius ſtipendijs reuocaret. Pontifex Venetos hoſtium loco haberet; ſacris profanisq; armis, quoad omnia ſua recuperaſſet, Cæſarem iuuaret; nullam, eo inconſulto, pacis actionem, cum illis inſtitueret; neuter abſque alterius conſenſu cum quoquam noua fœdera, ſocietatemq; contraheret; regi Ferdinando, ſuus in hoc fœdere locus relinqueretur. His ita cōuentis, & publicè promulgatis, Gurcenſis Lateranenſe concilium, proximo conſeſſu, præſens comprobauit, & Piſanum, Cæſari nunquam legitimum eſſe viſum, teſtatus eſt. Hinc impetratis monitorijs (quas vocant) in Venetos literis, Roma diſcedens, Maximiliano Sforciæ, qui iam ex Germania Veronam veniſſe dicebatur, obuiam profectus eſt. Is verò ex Sedunenſis Cardinalis inſtinctu, non expectato illius aduentu, Cremonam abierat, vbi eum aſſecutus Gurcenſis, Mediolanum vſque deduxit. Ibi magna cum omnium lætitia ſolemni ritu inauguratus eſt.

*Conuentus Mantuæ.*

*Gurcenſis Romam venit.*

*Fœdus inter Iulium & Maxi. Imperat.*

*Maxim. Sfortia reſtitutus.*

Sequen-

Ayuntamiento de Madrid

Sequenti anno ineunte, qui decimus tertius ſupra mille quingentos numerabatur, varia apud principes conſilia agitabantur. Gallus ad Inſubriam recuperandam animatus, in qua arces nonnullas adhuc tenebat, cùm bellum ſibi ab Anglorum rege parari audiret, nunc de Cęſaris animo ſibi pacando, nunc de Venetis adiungendis, cogitabat. Cæſaris amicitiam pręferebant multi, quos inter regina filiam eius nepoti deſponderi ſuadebat, ſi obtineri poſſet, vti ea apud matrem, quoad viri potẽs eſſet, educaretur. Sed Aragonius & alij nonnulli Maximiliano authores erant, vti relicto Gallo, cuius opes illis ſuſpectæ erant, cum Venetis pacem faceret, iamq; Gurcenſis de Vincentia ijs relinquenda, ſpem facere videbatur. Aragonius verò, & Veronam eſſe reddendam, & Burgundiam Venetorum pecunia recuperari poſſe, Gurcenſi propè perſuaſerat, cum quo duo eius legati Petrus Vrrea & Ioannes Baptiſta Spinellus in Germaniam profecti, idem apud Cæſarem ita vrgebant, vti is offendi ſe hac regis diligentia non diſſimularet, ac Venetorum ſibi legatos potiùs, quàm regis eos videri diceret. Inducias tamen ad finem Aprilis prorogari adſenſus eſt. *1513.*

Inter hæc Iulius pontifex, qui iam edito diplomate, Ludouicum regia dignitate priuauerat, & Chriſtianiſſimi titulum in Anglum tranſtulerat, nono Calendas Martias obijt, in cuius locum ſuffectus eſt Ioannes Medicęus, cui Leoni Decimo poſteà nomen fuit. Iulij morte finem habuit Piſanum concilium, & Cardinales nouo pontifici conciliati ſunt. Gallus verò, cui ingens cum Aragonio bellum extra Italiam erat, inducijs cum ipſo, ac pace & fœdere cum Venetis facto, exercitum nouum ad recuperandum Inſubriæ imperium miſit, cui dum Bartholomæus Liuianus, qui paulò antè ex captiuitate Gallica reuerſus, Venetorũ copijs præerat, coniungere ſeſe vellet, Veronam ex itinere tentare voluit, ſed à quingentis Germanis, ſecundo Atheſis amne eò deſcendentibus, impeditus abijt. Mox Guilielmus Roggendorffius Germanorum præfectus, & Fridericus Gonzaga Bozolenſis cum ſexcentis equitibus & bis mille peditibus, Verona egreſſi, relictam ijs in locis peditum manum, in oppidulum Coloniam compellunt, & cum fugientibus ingreſſi, ædes diripiunt, captis ad vnum Venetis, qui equites trecenti, pedites ſexcenti erant. Soauio deinde capto, pontem in Atheſi factum deijciunt. Ingens ex eò terror

*Iulius Pontifex moritur.*

*Leo Decimus.*



Ayuntamiento de Madrid

jam Vincentiam perlatus, agreſtes vndiq; ſuis ſedibus exciuerat, quorum multitudinem veriti Germani, Veronam rediêrę. Liuianus, cùm in itinere Gallos audiuiſſet magno ab Heluetijs prælio ad Nouariam eſſe victos, ad Atheſim vſquę fugienti ſimilis retrogreſſus, cùm neminem inſequentem haberet, Ligniacum deditione capit. Indę, cùm Veronæ tumultum à conſcijs aduentu ſuo excitatum iri conſideret, traiecto per pontem recèns factum exercitu, ad vrbem propiùs ducit, tormentis muros quatit, & deiecta turri quadam cum muri partę oppugnationem vrget. Cùm verò, eximia Roggendorffij virtutę, & mœnia ſtrenuè defenderentur, & ciues, ne quicquam tentarent, prohiberentur, Liuianus multis amiſſis, in caſtra redijt, nec multò pòſt, audito Hiſpanorum aduentu, Patauium ſe recepit. Prorex Neapolitanus, qui cum Hiſpanis aduenerat, Liniaco recepto, Germanis ſe coniungit. A Pontifice quoquę ducenti grauis armaturæ equites aderant, & Gurcenſis cum equitibus quinquaginta & trecẽtis peditibus per eoſdem dies in caſtra venerat. Is maximas quaſquę difficultates, iunctis ſimul Germanorum & Hiſpanorũ viribus, ſuperari poſſe nihil addubitans, Patauium obſideri voluit, in cuius expugnationę maxima belli momenta verterentur. Prorex verò & reliqui cum eo duces ac centuriones, in alia longè erant ſententia, quòd vrbem ſcirent optimè munitam, & rebus omnibus inſtructiſſimam. Vicit tamen Epiſcopi vel authoritas vel pertinacia. Sed cum Epirotæ crebris excurſibus obſidentium opera perturbarẽt, & armati Venetorum lembi omnem commeatum interciperẽt, duces nę fruſtra ſeſe fatigando maiorem ſibi infamiam accerſerent, incepto deſtitêrę, cedentę eorum conſilijs Gurcenſi. Exercitus Vincentiam ab incolis deſertam ſe recepit, vndę Proſper Columna, cum Hiſpanorum quadam manu miſſus, Baſſanum & Moroſticum diripuit. Inde Germanis Veronam retrogreſſis Prorex, caſtris ad Alberem in ripa Atheſis collocatis, ſpacium Veronenſibus dedit, meſſum & vindemiam faciendi.

*Galli ad Nouariam victi.*

*Liuianus Veronam tentat.*

*Patauium fruſtra tentatum.*

Eadem ęſtatę, qua hæc in Italia geſta ſunt, Henricus Octauus Anglorum rex mari traiecto, Terouanam Morinorum vrbem, obſidinę cingit, ad quem Cæſar, cum pulcherrimo equitatu, proficiſcitur, cuius nutu & imperio bellum maximè adminiſtrabatur, quòd belli ſciens & locorum gnarus eſſet. Eodem ferè tempore Hel-

*Terouana obſeſſa.*

Ayuntamiento de Madrid

re Heluetij, ad viginti hominum millia, Anglicis ſtipendijs conducti, in Burgundiam proficiſcuntur, quibus Cæſar mille equites adiunxit, quorum Dux erat Vdalricus Vvirtembergicus. Hi Diuionem primam regionis vrbem obſident, muros tormentis pulſant. Tramollius, qui loco præerat, periculum in quo erat videns, petito cum Heluetiorum tribunis colloquio, reclamante nequicquam Vvirtembergico, ita rem tranſigit, vti rex omni Mediolanenſis principatus iure ſeſe abdicans, certis penſionibus ſexcenta aureûm nummûm millia ipſis perſolueret, ad nullam aliam rem obligatis, quàm vti domum tunc irent. Ad has conditiones duras admodum & iniquas, neceſſitas eum impulit. Igitur & obſides quatuor dati. Sed regi hæc aut mutandi aut improbandi non derant ſuę cauſæ. Heluetij verò, ſtipendia ab Anglo ad pręſtitutum ſolutioni tempus non eſſe miſſa, cauſabantur. Interim in Morinis Galli abs rege, vti commeatum in vrbem inferrent miſſi, ab Anglis, quibus Cæſar cum quatuor millium equitatu ſuppetias venit, in fugam acti ſunt, & vrbs auxilio deſtituta, ad nonum Calendas Septembres deditionem fecit. Sunt qui aliter paulò hæc narrant: accenſa Gallos inter & Anglos pugna, cum acriter ab vtriſq; certaretur, Maximilianum cum peditatu, & tormentis leuioribus accurriſſe, atq; tum profligatos eſſe Gallos, ex quibus cæſos Franciſcum Spinolam, & Boiardum cum aliquot nobilibus, Longæuillæ dominum, & Frodotam viuos in poteſtatem veniſſe. Capti ſunt præter eos trecenti quinquaginta, & currus onerarij centum quinquaginta. Vrbem Carolus Archidux ſibi tradi poſtulabat, Angli contrà, ex iure victoriæ, ſuam eſſe contendebant. Ea res ne diſcordiæ ſemina inter ipſos iaceret, vrbem incendio euaſtari placuit. à ſacris ædibus temperatum eſt.

*Diuio ab Heluetijs obſeſſa.*

*Galli in Morinis cæſi.*

Interim Iacobus Quartus Scotorum rex & ſuis quibuſdam deque cauſis, & à Ludouico concitatus, Angliam bello aggreditur. Hunc Angli, quibus Catharina regina præſens, animum & vires auxerat, ad Tilum amnem cum multis principibus viris occiderunt. Poſt eius victorię nuncium, cùm iam antè Cęſar ex caſtris abijſſet, Henricus Tornaco, celebri Neruiorum ciuitate, Gallis erepta, & præſidio firmata, Germanis dimiſſis, in Angliam victor abijt, ſub initium Nouembris. Iiſdem ferè diebus, in Italia Cardonius Prorex, aſſumpto Germanorum peditatu, Montanianam & Ateſtam

*Iaco. Scotorum rex cæſus.*

*Tornacum Angli capiunt.*



Ayuntamiento de Madrid

ducit, vnde Boualentam pergens, magna pecorum prȩda potitus: Saxiplebe opulento admodum caſtro direpto, Meſtrium & Margeſiam, cum alijs multis locis, & Venetorum ædificijs magnificè extructis, ferro & igne corrumpit, & quo clarior eſſet expeditio, ad mare vſq; profectus, decem tormenta maiora Venetias verſus explodi aliquoties iubet, quorum globi ad D. Secũdi vſq; perlati, attonitos reddebant hominum animos. Indignè hanc rem ferebant Venetarum copiarum duces, & nȩ tanta hoſtium temeritas impunè abiret, Liuianus Patauio egreſſus, Bacchilionis eos tranſitu prohibere conabatur. Aderant & Ioãnes Paulus Balleo, & Andreas Grittus Taruiſio exciti. Prorex verò alià, quam venerat, Vincentiam reuerſus, cùm nihil illic commeatuum inueniret, Baſſanum verſus mouit. Sequebantur à tergo hoſtes ad duo equitum, ſex peditum millia, & præter hos, collecti ex vicinis locis agreſtes, iter impeditum reddebant. Prorex igitur, adhortante Proſpero Columna, ordines inſtruit, & pugnam inuadere iubet. Columna, qui vltimum ducebat agmen, primus in hoſtem ſȩ conuertit. Accurrunt ex medio agmine, hinc Piſcarienſis Marchio, cum Hiſpanis, illinc Germani, & acriter pugnant. Veneti, primo ſtatim impetu perturbati, fugam arripiunt, tormenta cum impedimentis relinquunt. Cæſi aut capti ſunt equites quadringenti, pedites ad quatuor millia. Pugnatum eſt hoc prælium Nonis Octobribus. Eodem ferè temporȩ Matthȩus Gurcenſis Romam profectus eſt, Cæſaris & Caroli Archiducis nominȩ, obſequium nouo pontifici de morȩ præſtaturus. Aduenienti Leo purpurati Senatus inſignia obuiam miſit, quibus ille, antequàm ad vrbem veniret, vti noluit. Pontifex, inter Cȩſarem & Venetos arbiter lectus (cùm abſq; vtriuſquȩ partis aſſenſu nihil ſe iudicaturum fidem dediſſet) edicto promulgato, vtrinq; armis & iniurijs abſtineri præcepit. Sed cùm Cæſar de prima poſtulatione nihil remitteret, re infecta diſceſſum eſt. Per eoſdem dies Ludouici regis procuratores, Lateranenſe cõcilium approbauêre, & Galliæ epiſcopi Leoni conciliati ſunt.

*Proregis Neapolitani in Venetos pgreſſus.*

*Veneti ad Vincentiam cæſi.*

*Matthæus Langius fit Cardinalis.*

Sub anni finem, Germani aliquot Maranum, oppidũ maritimum, noctu occuparunt, ab exulibus quibuſdã intromiſſi. Cumque Venetorum res foris ſatis afflictæ eſſent, circa initium anni noui, ortum domi in vrbe incendium, multas ædes, & templa nõnulla, cum monetariorum officinis abſumpſit, vixq; D. Iacobi ſacellum,

*Maranũ à Germanis captum.*
*1514.*

*Incendium Venetijs.*

Ayuntamiento de Madrid

cellum, vetuſtatis relligionę auguſtum, à flammis vindicatum. Et ne calamitas ea accideret ſola, mare etiam ventorum vi exagitatum, præfixos ſibi limites ſupergreſſum, ingentē mortalium animis incuſſit metum. Vix altero die extinctum eſt incendium, & maris tempeſtas ceſſauit. His tot aduerſis caſibus, minimè fracti Veneti, cùm Galliæ regem eo anno nihil in Italia moturum putarent, Maranum terra marique obſident. Qui intus erant, ſtrenuè locum defendunt, & acceptis ex Germania bis mille peditum & quingentorum equitum auxilijs, in hoſtem egreſſi, magnā ei cladem inferunt, tormenta & alia impedimenta capiunt, terreſtribus copijs profligatis, claſſem adorti, triremem vnam cum nauibus nōnullis capiunt, reliquos fuga ſalutem quærere compellunt. Mox nouo iterum acceſſu, militum aliquot auctis copijs, omnem circà regionem perpopulantur. Ex ijs quingenti à ſocijs digreſſi, à Venetis prope Baſſanum cæduntur, reliqui Oſopium fruſtra expugnare tentant. Interim Pontifex de pacę iterum acturus, dato vtriſque chirographo, nihil ſe abſque partium conſenſu pronunciaturum, cùm iam Veneti de reddenda Verona tacerent, eò rem adducere ſatagebat, vti arma vtrinq; ponerent, & pacis leges dicendi facultatem ipſi permitterent, id quod ante anni finem facturum ſe receperat. Intereà Cęſar ea loca, quę vel ipſe vel Hiſpani in Patauino & Taruiſino agro ceperant, retineret, Cremam depoſiti nomine acciperet, idq; intra proximum menſem ratum haberetur, & tum Venetis viginti aureûm nummûm millia, & altera totidem intra tres menſes Cæſari penderent. Has conditiones recipere Veneti noluêre, & Liuianus in Forumiulij profectus, Portumnaonis, Montemfalconis, & alia quædā loca recipit, qui cum tentata nequicquam Goritia diſceſſiſſet, Germani Cromonium, Montemfalconis iterum occuparūt, & ab obſidionę Marani Venetos prohibuerunt. *Maranū Veneti fruſtra obſidēt.*

Dum hæc in Carnis fiunt, oritur grauis admodum inter Guilielmum & Ludouicum Bauariæ principes diſſenſio, quorū Guilielmus ex patris teſtamento Bauariam vtranque ſibi aſſerebat, alter ſua parte fraudari nolebat. In hunc verò quàm in illum pronior erat ſubditorum fauor. Ea controuerſia cùm in bellum eruptura videbatur, Cæſar, qui vtrique auunculus erat, interceſſit, ac ſua cuique attributa parte, dictis quibuſdam conditionibus, mira dexterita- *Diſſenſio inter Bauariæ duces.*

Ayuntamiento de Madrid

*Max. Bauaros conciliat.* dexteritate vſus, pacem & concordiam inter fratres confirmauit. Inde Cæſar Oenipontum profectus eſt, vbi cum Prorege Neapolitano & Proſpero Columna, qui eò ad ipſum venerant, de belli gerendi rationibus, varia habuit conſilia. Inter hæc, præter omnium expectationem, Angliȩ rex, pacem cum Ludouico, nouamq́ue affinitatem facit, ſororȩ ſua iuuencula ei in vxorem collocata, nam prior, eius anni initio viuis exceſſerat. Pontifex igitur, ne Gallus Anglici belli metu defunctus, in Italiam arma conuerteret, ve-*Pax inter Gallum & Anglũ.* ritus, nouum & ipſe fœdus cum Maximiliano Cȩſare & Aragonio in annum facit. jam enim palàm rex profitebatur, non ſtaturum ſe promiſſis, quæ Tramollius ſuo iniuſſu Diuione fecerat, & obſides, Heluetijs dati, fuga elapſi erant. Cùm igitur magni iterum motus ex Gallia timerenter, rex dum nouæ nuptæ amori, præter ætatis, & infirmȩ valetudinis rationem, pluſculùm indulget, in fe-*Ludouicus rex moritur.* brim incidit, qua ipſis noui anni Calendis extinctus eſt. Succeſſit in regnum Franciſcus hoc nominȩ Primus, Angoliſmenſis Dux, *1515.* agnatione regi proximus, cui Claudia eius filia vxor erat. Is eodem die, quo regno initiatus eſt, Mediolanẽſis Ducatus titulum ſimul *Franciſcus Primus Galliæ rex.* aſſumpſit, & fœdus cum Venetis confirmauit. Heluetios quoque per eos dies tentauit, ſed hi legatos audire noluerunt, & niſi promiſſa ſeruentur, in Burgundiam ſeſe aut Delphinatum moturos minabantur. Hoc rerum ſtatu Imperator, vti rem Auſtriacam vicinorum regum fœderibus & affinitate aliqua cõſtabiliret, Ioan-*Io. Cuſpinianus.* nem Cuſpinianum in Hungariam ad Vladiſlaum regẽ miſit, qui nunciaret, ob nec opinatum Gallorum regis obitum, & Caroli nepotis, annos iam tutelȩ egreſſi, res, dubiosq́; Heluetiorum motus, non fuiſſȩ ipſi integrum, vti ad expetitum cum illo & fratre il-*Sigiſm. Poloniæ rex.* lius Sigiſmundo Poloniæ rege colloquium veniret, quarȩ producendum eſſe tempus, quoad maiori rerum mole ſeſe expedire poſſet. Vladiſlaus ea de re fratrem per celeres nuncios certiorem fecit. Ad finem Martij cum Gurcenſis Cardinalis à Cæſare in Auſtriam veniſſet, reges Poſonium conuenêrȩ, quò & ille profectus, ea quæ in mandatis habebat cum ipſis agit, reliqua in aduentum *Mathias Mechouita Aſtrologus.* Cæſaris dilata. Memoriæ proditum eſt, Mathiam quendam Mechouitam Aſtrologiȩ peritum, Sigiſmundo iter ingredienti, affirmaſſe, non futuram Cæſaris videndi copiam ante Iulij medium. Id prȩſcientia quadam ſiuȩ diuinandi aut coniectandi ſolertia dixerit,

Ayuntamiento de Madrid

xerit,nouerint alij; rei euentus verum comprobauit. Multis enim legatis vltrò citroque miſſis, poſtquàm Gurcenſis ipſe magnis ad Cæſarē itineribus veniſſet, is Oeniponto literas ad reges dat, venturum ſe propediem, orare vti morę tædium patienter ferāt. Tandem præmiſſo iterum Gurcenſi, cum aulicis aliquot ſatrapis, ad ſextum Idus Iulij Viennam ipſe venit. Poſtridiè auditi ſunt regum legati, quos inter Strigonienſis præſul, de bello Turcis inferendo, & ad hoc neceſſaria principum neceſſitudine, verba fecit, cui Cæſaris iuſſu reſpondit Petrus Motta Hiſpanus, eloquentia inſignis. *Petrus Motta.* Legatis dimiſſis, Cęſar ex ſuis ad reges mittit, qui eos, vti Viennam ad ipſum veniant, inuitarent. Id cum facturos eſſe audiuiſſet, Cæſar cum ſplendidiſſimo comitatu, ad quintum ab vrbe lapidem, *Trautmāſdorf.* obuiam illis progreſſus, in arce Trautmanſdorffia pernoctauit. Poſtridiè reges, quorum Sigiſmundus eam noctem Hamburgi, frater Ponte ad Leitham egerant, ad Cæſarem perrexêre, iam arce egreſſum. Atque ita tres potentiſſimi principes, cum ſuo quiſquę comitatu, in apertis campis conuenêrę, vbi Maximilianum in hęc verba orſum fuiſſę memorant: Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea; moxq; intuliſſę Sigiſmundum: Faxit Deus hunc noſtrum conuentum reipublicæ ſuæ ſalutarem. De hoc illorum congreſſu, totaq; ſerie plura qui ſcire volet, Cuſpinianum & Richardi Baruſini itinerarium adire poterit, nos rei ſummam perſequimur. *Conuentus regum Viennæ.* Diem proximum, quo Viennam ingreſſi ſunt, minùs celebrem fecit pluuia, quæ leuis primùm, deinde intentior fuit. Nihil tamen honoris feſtæq; lætitiæ omiſſum eſt. Aliquot inde dies colloquijs & cōſultationibus dati. Erant Vladiſlao regi ex *Familia Gandalorum.* Anna Gandala (illuſtris ea in Vaſconibus familia eſt) liberi Ludouicus & Anna. De his ita inter ipſos conuenit, vti ambo Auſtriacis illigati nuptijs, perpetuæ pacis amicitiæque fœdus confirmarent. Sunt qui Vladiſlaum filiæ coniugium Cæſari priùs obtuliſſe affirmant, eumq; reſpondiſſe: auditum ſibi aliquando ex parente Friderico; principi ętate prouecto mitiùs non poſſe adferri mortem, quàm ſi ei iuuencula coniugetur. Itaq; conſultiùs videri, vti Anna nepotum alteri collocetur. Ad decimum Calendas Auguſti, qui dies publicæ ſponſalium confirmationi dictus erat, Maximilianus vtroque rege præſente, Annæ coronam auream impoſuit, & florenti ſerto ab ea donatus eſt. Hinc ad D. Stephani itum eſt, vbi per-

Ayuntamiento de Madrid

*Affinitas cum regibus.*

vbi peractis ſacris, verba præeunte Strigonienſi, Anna, accepto in fidem annulo, ita Maximiliano deſponſa eſt, vti intra annum aut Carolo aut Ferdinando coniungeretur. Dein Ludouico Maria Cæſaris neptis, præſens ipſa deſponſa eſt, lachrymas vbertim fundente Vladiſlao. His peractis, ducenti viri militari dignitatę donati ſunt. Inde ad epulas, ludosq; equeſtres, & choreas diſceſſum eſt. Per eoſdem dies pax & fœdus promulgatum, ex quo maximæ prouincijs illis & regnis commoditates redundarunt, imprimis verò Auſtriacis principibus, ad Hungariæ Boëmiæq; regna ſtratus eſt acceſſus: nam vndecimo anno pòſt, Ferdinandus, qui Annam duxerat, Ludouico ad Mohacium oppidum à Turcis cæſo, vtrunq; regnum, ex fœderis & matrimonij iure, adeptus eſt. Poſt ſponſalia ritè celebrata, Imperator & Polonus, Hungarum Neapolim Auſtriæ deduxêrę, inde Viennam reuerſi; paucis pòſt diebus in regnum hic, ille Egenfurtum ac Lincium abiêrę.

*Carolus Belgicis prouincijs inauguratur.*

Dum hæc in Auſtria fiunt, interim Carolus Archidux, ſub Guilielmi Croij Marchionis Cheurenſis, & Adriani Florentij Vltraiectini cura eductus, Louanij Brabantiæ, & reliquarum Belgij prouinciarum imperio inauguratus eſt, non minore ſubditorum ſpe in futurum, quàm in præſens gaudio. Inter hæc Cæſaris, Arragoniæq; regis, & Mediolanenſis principis legati, ad defenſionem Italiæ, fœdus cum Heluetijs percuſſerant, & Pōtifex, cui in fœdere ſeruatus erat locus, fruſtra à Gallo ſollicitatus, illis ſe coniunxerat.

*Fœdus cum Heluetijs.*

Sed rex, apparatu bellico, à Ludouico iam anteà facto, & regni opibus, inſuper & Venetorum amicitia fretus, variantibus Heluetiorum conſilijs, Italiam ingreſſus: pleraſq; Inſubriæ ciuitates ad obſequium redegit. Aderant ei, pręter Gallicam nobilitatem, Lotharingiæ, & Geldriæ principes. Cùm verò Palitia, ſuperatis alpibus, Proſperum Columnam inopinato aduentu cepiſſet, rex Mediolanum rectà ducens, cum Heluetijs paciſci cœperat. Sed nouæ aliquot copiæ, maius ex bello & prædis emolumentum ſperantes, omnem pacis actionem impediuêre. Mox cum popularibus ſuis cōiuncti, ad quadraginta hominum millia in Gallos ducunt. Iam optima diei parte exacta, Heluetij omnis moræ impatientes, magno cum hoſtium contemptu, pugnam inuadunt, fitque acerrimum prælium, multiq; mortales vtrinq; occumbunt, donec neutrubi dato receptui ſigno, milites ſtando & arma tenendo defatigati, qua-

*Franci. rex Mediolanū redit.*

Ayuntamiento de Madrid

gati, quaſi tacito conſenſu, pugna exceſſêre, cùm in multam noctem iam certatum eſſet. Poſtera die, iiſdem animis, ad manus reditum. Sed ea nocte rex tormenta in idoneum locum ſubduci iuſſerat, & Liuianum cum leui equitatu vocauerat. Is ardente iam pugna, Heluetios à tergo aggreſſus, ita turbauit, vti omiſſa victoriæ ſpe, paulatim, quòd omnem Venetorum exercitum cum Liuiano aduenisſe rebantur, ſeruatis ordinibus, retroceſſêre, & nemine fugam impedire auſo, Mediolanum peruenêre. Cæſorum numerus parum apud ſcriptores certus, plures ex Heluetijs: magis clari ex Gallis cecidêre, inter quos nonnulli quoq; Germanorum præfecti. Paulò pòſt Franciſcus, Heluetijs domum abeuntibus, Mediolanum ingreſſus eſt. Sfortia in arcem, præſidio munitam, ſe recepit. Huius rei fama territus Leo Pontifex, per Allobrogum principem cum rege pacem facit. Sub initium Octobris Sfortia, quibuſdam pactionibus arcem regi tradit, & in Galliam abit. Interim Veneti à Gallis adiuti, Brixiam obſederunt. Sed cùm ab Hiſpanis & Germanis, ciuitate egreſſis, bellicus puluis incenſus, & tormenta aliquot abducta eſſent, & recentes Germanorum copiæ ad octo millia aduentare dicerentur, Veneti obſidionem ſoluerunt. Rex verò, Leone Bononię conuento, Mediolanum reuerſus, cum Heluetijs omnem controuerſiam componit. Hinc Carolo Borbonio Inſubriæ rebus præfecto, ſub anni initium in Galliam reuerſus eſt. Hoc Frăciſci ſucceſſu, Aragonius de regno Neapolitano ſollicitus; vti alibi negocium illi faceſſeret, noua cum Cæſare & Anglorum rege conſilia captare cœperat, quæ expedire non potuit; nam in morbum, quo dudum laborauerat relapſus, diem obijt, poſtquàm annos quadraginta duos rebus magna cum laude pręfuiſſet. Fuit Ferdinandus optimis virtutibus, ſummo ingenio, conſilioq; & rerum gerendarum quadam dexteritate inſignis princeps. Mauros ex Betica regione, quam, cum magno Chriſtianorum probro, octingentos propè annos tenuerant, expulit. Nauarræ & Neapolis regna, & nonnullas in Affrica maritimas ciuitates, imperio adiecit ſuo, & perpetua quadam fœlicitate nec vlla, pręter liberorum, & vxoris reginæ obitum, calamitate interrupta vſus, ad tertium & ſexageſimum vitæ annum peruenit. Mortuus eſt decimo Calendas Februarij, in pago Madrigalegio, prope Guadalupum oppidum.

*Heluetij prælio victi.*

*Max. Sfortia in Galliam abit.*

*Brixia obſeſſa.*

*1516.*

*Ferdinandi Catholici obitus.*

*Eius fœlicitas.*



Ayuntamiento de Madrid

Audita Ferdinandi regis mortę;Franciſcus ad Neapolitanum regnum iam anteà propenſus, non multum negocij ſibi in eo inuadendo forę putabat, quòd Carolum crederet Belgij & Hiſpaniarum rebus plus ſatis occupatum, Italiæ curam neglecturum. Pontificem verò nimiam illius potentiam nõ æquè laturum ſperabat. Has eius cogitationes interpellabat Cæſaris nec opinatus in Italiam ingreſſus, qui ex fœdere, ſuperiorę anno cum Heluetijs facto, equitum quinq;, Heluetiorum quindecim, & decem Germanorum & Hiſpanorum millia ducens, Veronam veniſſę dicebatur. Timebat enim Cæſar, ne Brixia, in extrema iam neceſſitatę conſtituta, Venetis ſe dederet; & quid Gallus in animo haberet, non ignorans, & ſuis & nepotis ſui rebus commodarę cupiebat. Qui in Brixiano agro erant Galli & Veneti Piſcariam progreſſi, ad Mincij fluminis ripam operiri Cæſarem, & tranſitu prohibere decreuerunt, ſed eo propiùs adueniente, Cremonã ſe recepêrę, haud obſcura timoris cõfeſſionę. Maximilianus, Aſula per aliquot dies nequicquam oppugnata, omnem inter Ollium, Padumq;, & Abduam amnes regionem, præter Cremonam & Cremam, occupauit. Lautreccius, qui regi ſuo ſcripſerat, Cæſarem, ne Abdua exercitum traijciat, prohiberi poſſe, ad Caſſianum caſtra metatus erat, ſed cùm Heluetij, qui expectabantur, non in temporę venirent, hoſtem non expectandum ratus, Mediolanum abijt. Abdua ſuperato Maximilianus Laudam deditione' capit, dein rectà Mediolanum ducens, fecialem præmittit, qui, emiſſis Gallis, vrbem tradi poſtularet, quòd niſi ante triduum exactum fiat, peiore' illam in loco, quàm olim ſub Friderico Secundo, forę. Dum itaque Galli iam de relinquenda vrbę cogitarent, & Heluetios aut non venturos, aut ſi venirent non pugnaturos, ſed ad populares in hoſtium caſtra tranſgreſſuros dicerent, contrà verò Andreas Grittus & Triuiſanus, Venetorum legati, defenſioni intentos eſſe, & meliora de auxilijs ſperarę iuberent; aduolat nuncius Albertum Petram cum decem Heluetiorum millibus poſtridiè adfore. Id cùm ita eſſet, iamq; Albertus in vrbem receptus, nutantes Gallorum animos confirmaſſet, Cæſari ab Heluetijs, quos habebat, illud fieri cœpit, quod Galli à ſuis timuerant. Illi enim tumultuari in caſtris, ob non ſoluta ſtipendia, pugnam in cognatos detrectarę, imperia contemnere, ſeq; aut Mediolanum, aut domum abituros

*Max. Cæſaris in Italiam expeditio.*

*Maxi. Laudam capit.*

*Minatur Mediolano.*

*Albertus Petra.*

*Heluetiorum in caſtris tumult⁹.*

palàm

palàm dicere, niſi intra quatriduum pecunia daretur. Non ignorabat Cæſar, quid Ludouico Sfortiæ olim eodem in loco, cùm vtriſque in caſtris eſſent Heluetij, contigiſſet. Prætereà vetus illius gentis in Auſtriacos odium metuebat. Igitur ne periculũ aliquod præſens incurreret, longiùs ab hoſtę recedendum ratus; Abdua traiecto, in Bergomatium agros duxit, ſubſiſtentibus Laudę Heluetijs, quibus breui allatum iri pecuniam dicebat. Hinc cùm Cremæ quoſdam ſibi addictos eſſe audiuiſſet, eò ſe contulit, ſed quòd nihil abs quoquam moueri videret, præfectis copiarum illic manere, & reditum ſuum expectare iuſſis, Tridentum, curandæ pecuniæ gratia, diſceſſit. Illi Laudam & Sanctangeli oppidulum diripiunt. Etſi verò Caſimirus Brandemburgicus, Cæſaris iuſſu, in caſtra venerat, & Seduneſis Cardinalis Bergomi, cum pecunia ab Anglo miſſa, iam eſſe dicebatur, Heluetij tamen à neminę contineri poterant, quò minùs per Volturenam vallem domum abirẽt. Tria item partim Germanorum, partim Hiſpanorum millia, ad Venetos transfugêrę. Reliqui leuibus ad Abduam pugnis hoſtem laceſſebant, quibus ducenti ex Gallorum exercitu cataphracti cecidêrę, Cæſar Feramuſca captus eſt. Hinc Marcus Antonius Columna, cum partę copiarum, Veronam ſe recepit, reliqui alius aliò dilapſi. Hac Cęſaris expeditionę exitum, quem dixi, ſortita, Veneti nouam iterum ſpem, de Verona recipienda, concepêrę, & Lautreccium vti illam tentaret induxêre. Is verò, vbi de percutiendo fœdere, inter regem ſuum, & Carolum Cæſaris nepotem, audiuiſſet, rei euentum expectãs, tardiùs ex compoſito mouebat, & Germanorum ſex millia, quos ſub Venetorum ſtipendijs ſecum habebat, arma in Veronenſes ferrę nolebant.

*Max. Cremam tentat.*

*Cæſar Feramuſca captus.*

Inter hæc Nouiodunum conuenêre, à Gallorum rege, Pariſienſis præſul, cum regiæ domus pręfecto, & alijs nonnullis; à Carolo (qui iam Hiſpaniarum rex dicebatur) Guilielmus Cheurienſis & Maximiliani Cancellarius. Hi fœdus inter ſe compoſuerunt, cuius hæc præcipua fuerunt capita: Pax & fœdus inter reges ad mutuam defenſionem ſeruaretur. Gallus Hiſpano filiam Ludouicam, cum ea Neapolitani regni parte, quæ ex diuiſione Ludouico regi ceſſerat, vxorem daret. Carolus in educationem puellæ, quoad nubilis fieret, mille auri pondo quotannis penderet, Nauarræ regnum reſtitueret, quod niſi fecerit, arma pro rege cogna-

*Fœdus Nouiodunenſe.*



Ayuntamiento de Madrid

to ſumere Franciſco liceret. Cæſari in fœdere locus intra duos menſes eſſet, qui etſi aſſumatur, nihilominùs regi Venetis, ad Veronam recuperandam, auxilia ferre liberum eſſet. Quòd ſi Veronam Cæſar nepoti ea lege tradat, vti Franciſcus illam ante exactas ſex ſeptimanas acciperet, tum rex illi centum Ducalium numûm millia, totidem Veneti duabus intra ſex menſes penſionibus perſoluerent. Interim Ripam Tridentinam Roboretumq; & capta in Carnis ac Iulij foro loca ipſe, Veneti quæ habebãt, vti erant, ita retinerent, quoad de finium controuerſia, Gallorum ac Hiſpanorum reges, arbitrium tuliſſent. De Geldrenſi quoque regulo conciliando actum eſt. De Verona, ſunt qui conueniſſe dicant; vti niſi intra duos menſes ea armis caperetur, tum demum ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, locum haberent. His de rebus certiores Veneti, ne tantum pecuniæ perſoluere cogerentur, vocato cum ſuis Lautreccio, duobus Atheſim pontibus exercitum traijciunt, & Veronam arcta obſidione cingunt. Erat in oppido Marcus Antonius Columna, cum octingentis equitibus & quinquies mille peditibus Germanis, ac mille quingentis Hiſpanis. Hi, contra omnem oppugnantium vim, muros egregiè defendebant. Iam conſumptus ferè in caſtris erat puluis bellicus, & dum nouus adueheretur, accidit, vti excitato ex rotarum colliſione igni, octingenta dolia cum ipſis carris & iumentis conflagrarent. Mocenicus, Gallorum negligentia, temerè ignem portantium, id eueniſſe affirmat. Ea res incommoda Venetis, Veronenſibus grata admodùm fuit, quos iam annona deficere cœperat, & murorum magna pars deiecta, ſollicitos fecerat. Cùm verò nouem hominum millia, Maximiliani iuſſu, ex agro Tirolenſi conſcripta, in itinere eſſe, iamque Cluſium deditione, Couolum vi cepiſſe fama vulgaſſet, Lautreccius aut cõcepto, aut ſimulato metu, quòd regem ſuum pacem quàm bellum malle ſciret, Villamfrancam abijt, à quo relicti Veneti, obſidionem ſoluerunt, & Verona commeatu & rebus neceſſarijs eſt recreata. Ea in re, & in obſidione fortiter ferenda, commendatur Guilielmi Roggendorffij induſtria, cuius viri virtus & fides, magnis poſteà tempeſtatibus, ſub Carolo Cæſare ſpectata eſt. Magna quoque Marci Antonij Columnæ conſtantia fuit, qui etſi globi ictu vulnus accepiſſet, noctu diuq; tamen ſtrenui ducis munia obiuit.

*Verona obſeſſa à Venetis.*

*Guiliel. Roggendorffius.*

Anni

Anni ſequentis initio, qui ſeptimus decimus eius ſeculi erat, poſtquàm Imperator Maximilianus Nouiodunenſe fœdus approbaſſet, Bernardus Cleſius epiſcopus Tridentinus, ab eo miſſus, Caroli Hiſpanorum regis Veronam Lautreccio, atque is Andreæ Gritto regis ſui nomine tradidit, cùm iam anteà Veneti quinquaginta aureûm nummûm millia, & altera quindecim millia, quæ militi Veronenſi ex pacto darentur, numeraſſent, & Lautreccius tormenta bellica, quæ Veronæ erant, Tridentum ſe miſſurum eſſe recepiſſet. Ex hac pace, ingens hominum gaudium eſt conſecutum, & Veneti, ſatis lætum belli tàm diuturni exitum, adepti eſſe ſibi videbātur, in quo per annos octo, quinquies centena aureûm nummûm millia expendiſſe dicuntur.

*1517.*

*Bernardus Cleſius.*

*Verona Venetis redditur.*

His ita peractis, quo arctior inter confœderatos neceſſitudo contraheretur, de colloquio Cæſaris & regis vtriuſq; inſtituendo, agi cœptum, iamq; Cheurenſis, & Magnus Franciæ magiſter, cum alijs quibuſdam, Cameracum præceſſerant, qui colloquio dictus erat locus. Ea res etſi euentu caruit, per legatos tamen conſtabilita eſt, regum inter ipſos concordia. Sola prouinciarum Italia, integro feſtæ pacis fructu, potiri non potuit; ſed, quod in magnis corporibus, tabe aliqua corruptis, accidere ſolet, vti parte aliqua vix perſanata, nouum aliubi vulnus erumpat; id tum nobiliſſimæ regioni accidit. Ea de re, cùm omnia proſequi non ſit huius inſtituti, paucis dicam. Superiori æſtate Leo Pontifex ex cauſis nonnullis, ſiue quæſitis, ſiue oblatis, Franciſcum Mariam Rouereum Vrbinatium Ducem, bello aggreſſus, omni ſua ditione exturbauerat, & Laurentium Medicem, agnatum ſuum, rebus impoſuerat. Rouereus patria extorris, prætereà ſacrorum vſu prohibitus, amicorum opes & auxilia ſollicitabat. Ex omnibus maximè idoneus viſus eſt Fridericus Gonzaga, Bozolenſis regulus, qui ob vetera amicitiæ iura, non deſerendum eſſe illum ratus, quòd & bellicæ gloriç cupidus eſſet, & Laurentium ex offenſa quadam odiſſet, defenſionem amici principis, & augendæ laudis, & vindictæ ab inimico ſumendç, materiam libens arripuit. Eius ſuaſu, facilè in conſortium adducti ſunt præfecti aliquot militares, qui aſſiduis bellis & oppidorum direptionibus aſſueti, pacem æquis animis ferre nō poterant. Igitur ad Rouereum ſeſe conferunt, Hiſpani ad quinq; millia pedites, & octingenti leuis armaturæ equites, cum ſuis du-

*Pax cū Venetis.*

*Leonis Decimi bellum cum Vrbinatium Duce.*

*Franciſc. Maria Rouereus.*

*Frid. Gonzaga.*

 cibus,

Ayuntamiento de Madrid

cibus, armorum vſu nobilibus. His copijs ille auctus, eodem ferè tempore, quo Verona Venetis eſt reddita, ditionem amiſſam recuperare aggreſſus, à multis paſſim oppidis receptus eſt, quæ præſidio vel nullo vel modico cuſtodiebantur. Mox Vrbinum ipſum regionis caput ducens, etſi neque tormenta neq; pecuniam haberet, pactionibus tamen cum Iacobo Roſſetto, qui vrbi, cum duobus peditum millibus, præerat, tranſigit, vti, incolumis cum ſuis abſcedens, vrbem ipſi tradat. Vrbini exemplum ſecutæ ſunt reliquæ ciuitates. Ita Rouereus omnium opinione, etiam ſpe ſua citiùs, totam propè ditionem recuperauit. Leo verò Pontifex & Laurentius ſua & ipſi auxilia & copias vndique comparantes, bellum vrgere, & amiſſa recuperare ſatagebant. Ab hoc bello immunes quidem erant cæteri principes, ſed, diuerſis ſtudijs, ſuam quiſque voluntatem, & animi propenſionem declarabant. Ex illis Cęſar & Hiſpaniarum rex, Pontifici æquiores, ſuis hominibus, ne arma in illum ferrent, prohibuêre. Ita tandem pax inter illos facta eſt. Maximilianus verò, iam à Franciſco alienatus, cum Anglo fœdus inſtaurauit, cui & Pontifex & Carolus rex ſubſcripſêre. Id etſi ad defenſionem tantùm factum eſſe videri volebant, Gallo tamen moleſtum ſuſpectumq; erat. Non multò pòſt, adulto iam autumno, cùm Carolus Middelburgi agens, ventum, quo in Hiſpanias nauigare poſſet, opperiretur, Geldrij, quorum naues Felix Comes Buranus incenderat, cum valida equitum & peditum manu, Hollandiam ingreſſi, Medemblicum, Alcmariam, & Sparendamum oppida, vi capta, diripuêre, multoſq; pagos incendio deuaſtarunt. Aſperam inde aggreſſi, cùm iam mille quingentos ex ſuis, in oppugnatione, amiſiſſent, oppido potiti, ad internecionem omnes, abſq; vllo ordinis, ſexus, ætatíſue reſpectu, occidêre, neque vllum crudelitatis genus omiſêre. Sub anni finem Carolus ex Selandia ſoluens, ſecundo vento, in Hiſpaniã nauigauit, vbi ſingulari mortalium gaudio exceptus; regnorum omnium imperium, ſolemni ritu, ſuſcepit. Anno duodeuigeſimo ſupra mille quingentos, pax inter principes Chriſtianos fuit. A Selymo, Turcarum tyranno, bellum timebatur. Is ſuperiore anno, poſtquàm Baiaſethum patrem veneno, fratres duos eorumq; liberos ferro, ſuſtuliſſet, Campſone, Ægyptiorum Sulthano, in pugna cæſo, & Tomumbeio eius ſucceſſore capto, Syriam & Ægyptum imperio ſuo adiecerat.

*Rouereus Vrbinum recipit.*

*Cæſar cum Anglo fœdus facit.*

*Felix Buranus.*

*Geldri Hollandiam infeſtant.*

*Carolus regna Hiſpaniæ ſuſcipit.*

*1518.*

*Selymi Turcæ victoria.*



Ayuntamiento de Madrid

Hoc rerum ipſius ſucceſſu, territus Leo Pontifex, indictis Romæ ad omnia puluinaria ſupplicationibus, literas ad omnes Chriſtiani orbis principes dat, quibus rei periculum ob oculos ponit, ac vti, iunctis ſimul viribus, illius ſeſe conatibus & potentiæ, proculdubiò in nos conuertendæ, obijciant, exhortatur. Quod vti fiat, quinque annorum inducias magnis cum minis promulgat, eque Purpuratorum Senatu ornatiſſimum quemque ad Imperatorem, cæterosq; reges, & principes legat, ſed quamquam omnes magnificè de ſe promitterent, dum priuata quiſque commoda publicæ vtilitati præponit, nihil aliud effecit Pontifex, quàm vti officio ſuo neutiquam defuiſſe videretur. Imperator quoq; in Turcicum bellum animatus, conuentum ordinũ Auguſtæ Vindelicorum egit, ad quem Principes, ſolito frequentiores, venêre. Adfuit & à Pontifice Thomas Caietanus Cardinalis, qui Eccleſię theſaurum omnem in id bellum obtuliſſe dicitur. Interim Selymus, diuturno morbo implicitus, inter ingentes belli apparatus, vita exceſſit; Solymano filio relicto hærede, cui mitius eſſe ingenium dicebatur. Turcici belli cura omiſſa, principes noua inter ſe fœdera ſanciunt. Gallorum rex Magdalenam Boloniam Laurentio Medicæo, cum non contemnenda dote, in matrimonium collocat, inter Cæſarem verò & Venetos, vti induciæ in annos quinque prorogentur, curat, quibus conuenit, vti quinque & viginti aureûm nummûm millia Cæſari quotannis penderentur. Inducias rex, quàm pacem, inter ipſos malebat, ne aut illi, metu belli Germanici ſublato, ipſius amicitiam parui facerent, aut hic illorum opibus adiutus, aliquid in ipſum moueret. Dein cum Angliæ rege pacem facit, quæ vti firmior eſſet, Anglus filiam quam habebat, vnicam regni hæredem, Galli filio deſpondet. Hinc fœdus & pax inter ipſos, magna cum ſolemnitate, confirmatur, in quo Cæſari, & Carolo regi, intra ſtatum tempus, relictus eſt locus. Eodem ferè tempore Frãciſci filia, quæ Carolo deſponſa erat, è viuis ſublata, ne quid pacem & amicitiam turbaret, altera illius filia promiſſa, fœdus inſtauratur, cum ea vtrinque mutuæ beneuolentiæ ſignificatione, vti Carolus Francorum ordinis inſignia, ferijs Michaëlis Archangeli; Franciſcus, aureum vellus, feſto D. Andreæ die, geſſerint.

*Comitia Auguſtana.* *Thomas Caietanus.* *Selymi mors.* *Chriſtianorum regum pax.*

Per eos dies in Hiſpania Carolus rex ſumptis in Marrhanos armis (cenſebantur hoc nomine Maurorum reliquiæ, quaſi Mauritanos

*Caroli Hiſpaniarum regis tyrocinium.*



Ayuntamiento de Madrid

ritanos dicas) primum ſui, in re bellica, ſpecimen dedit, & ex hoſtium ſpolijs duo vexilla, cæteris præſtantiora, ad auum ſuum Imperatorem miſit. Is ætate iam prouectum ſe conſiderans, ſiue mortem haud procul abeſſe animo præſagiens, cum Septemuiris Imperij Electoribus, qui pręter Boëmiæ regem Auguſtam omnes venerant, de Carolo nepote, in Romanorũ regem eligendo, agere cœpit. Cumq; noui exempli res eſſet, Cæſare necdum à Pontifice coronato, regem eligi, in concilio propoſitum fuit, eò inducẽdum eſſe Leonem, vti coronam, & alia Imperatoriæ dignitatis inſignia, per legatum conferenda, in Germaniam mittat. Hæc etſi Franciſcus rex & apud Pontificem ipſum, cui tantam Caroli potentiam non minus quàm ſibi timendam oſtendit, & apud pleroſq; Germaniæ principes impedire nitebatur, nec Pontifex tamen, nec Electores abnuere videbantur, vtque proximis Imperij comitijs ea de re perferatur decretum eſt. Refert Guicciardinus (nam apud alios id non legi) Maximilianum priùs de Ferdinando cogitaſſe, ſed Purpurati Sedunenſis, & aliorum conſilijs impulſum, quòd firmiùs Auſtriacę domus, & ipſius Imperij ſtabilimentum in Carolo, tot regnorum domino, quàm in eius fratre, & vnitam potentiam, quàm diuiſam longè firmiorem eſſe dicerent, illum prætuliſſe. Soluto Auguſtano conuentu, Maximilianus Oenipontum profectus, audiendis & mittendis legationibus operam dabat, & nepotis ſucceſſionem identidem vrgebat. Inter has cogitationes, inuaſit eum lenta quædam febris, quę vti ſoli cœliq; mutatione, aut ipſo itinere diſcuteretur, ſecundo amne in Auſtriã deſcendit. Vvelſam oppidum cùm veniſſet, intendi morbum videns ſubſtitit. Mox Georgium quẽdam Carthuſianum, qui olim ipſi à confeſſione fuerat, Friburgo acciri iuſſit, virum doctrinæ & ſanctimoniæ commendatione inſignem. Qui cùm veniſſet, multa cum eo de animæ ſalute, rebusq; diuinis commẽtatus eſt. Aderant & medici præter domeſticos, Guilielmus Polymnius, & Georgius Collimitius ex Academia Viennenſi accerſiti. Hos perhumanè audiebat, ac ne aut morbi violentia, aut mortis metu deijci videretur, conſiliarios interdiu, & oratores admittebat, de nocte verò (quia inſomnia ad morbum acceſſerant) Ioannem Stabium, res geſtas legentem, audiebat. Poſtquàm verò deficere iam vires, animumq; debilitari ſenſit, vltimæ voluntatis placita deſcribi iuſſit, vbi

*Max. ægrotus.*

*Georgius Carthuſianus.*

*1519.*

*Ioãnes Stabius.*

ſit,vbi & quomodo ſepeliri vellet, Carthuſiano præcepit,hinc vltimis ſacris ritè perceptis, animam Deo reddidit, pridiè Idus Ianuarij, anno milleſimo quingenteſimo decimo nono,cùm vixiſſet annos propè ſexaginta, imperaſſet triginta duos. *Maximiliani Cæſaris obitus.* Sunt qui ipſi potionem deiectoriam à medicis, tempore non ſatis commodo, exhibitam fuiſſe aſſerunt. Cuſpinianus ventris profluuio mortuũ dixiſſe ſatis habuit. Corpus eius,vti ipſe iuſſerat, in lecto collocatum, ſpectatores admiſſos ſuæ mortalitatis admonuit. Hinc Viennam, deinde Neapolim deportatum, vbi ſub D. Georgij ara conditum eſt. Imperatoris optimi obitum, vti patris patriæ, tota deplorauit Germania, maximis ab eo & meritis affecta,& ornamentis decorata. Succeſſit ei in Imperio Carolus hoc nomine Quintus,in Auſtria Ferdinandus,de quorum vita rebusq; geſtis & poſteritate,& fuêre hactenus, & futuri ſunt illuſtres rerum ſcriptores, qui ad noſtra vſq; tempora fœliciter pertractârunt,& quæ porrò ſuperſunt,proſequentur.

FINIS.

Si quid hîc dictum factúmue contra Catholicæ Eccleſiæ & maiorum ſtatuta,id dictum factumq; ne eſto.

Ayuntamiento de Madrid

# Errata.

| Folio | linea | pro | lege |
|---|---|---|---|
| 9. | 35. | ciuitate | ciuitati |
| 19. | 10. | Auſtram | Aſturam |
| 20. | 17. | omnum | omnium |
| 30. | 27. | robris | roboris |
| 42. | 6. | populalabundus | populabundus |
| 49. | 21. | agre | agere |
| 57. | 33. | alienores | alieniores |
| 63. | 4. | conuerit | conuertit |
| | 19. | ignomiæ | ignominiæ |
| 66. | 38. | pugnantum | pugnatum |
| 81. | 28. | literes | literas |
| 82. | 36. | cauſas | caſas |
| 83. | 9. | detionem | deditionem |
| 90. | 32. | freert | refert |
| 99. | 23. | iuriam | iniuriam |
| 101. | 35. | aliquod | aliquot |
| 103. | 26. | Egouiam | Ergouiam |
| 114. | 31. | pofecta | profecta |
| 121. | 34. | priculo | periculo |
| 163. | 12. | plreisq; | plerisq; |
| 167. | 18. | conedit | concedit |
| 226. | 31. | occurendum | occurrendum |
| 234. | 16. | adferebent | adferebant |
| 254. | 33. | Viennam | Vienna |
| 257. | 28. | plæriq; | pleriq; |
| 259. | 1. | ſatellitebus | ſatellitibus |
| 265. | 36. | opificium | opificum |
| 290. | 18. | duobis | duobus |
| 292. | 2. | iacturaq; | iactura |
| 304. | 9. | millaria | milliaria |
| 381. | 35. | inteiſtnum | inteſtinum |
| 462. | 35. | obſidine | obſidione |

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX,

## RERVM AC VERBORVM IN HAC HISTORIA MEMORABILIVM.


A.

Abbas Sangallenſis. 6. & 11
Abbatiſuilla Picardiæ. 319
Abbacellenſes Heluetij. 411
Abdua Lombardiæ tranſpadanæ fluuius. 442. & 460
Accona Syriæ ciuitas. 7
Achillea ad Iſtri oſtia. 353
Acronius lacus. 403
Adalbero Comes à Kalb. 4
Adelheidis Habſpurgica Hēnenbergici comitis vxor. 5
Adelhuſium monaſterium prope Friburgum. 6
Admontium monaſterium Stiriæ direptum. 54
Adolphꝰ Geldriꝰ occiditur. 324
Adolphus Moguntinus bellū in Heluetios parat. 134
Adolphus Naſſouius in Regem Rom. eligitur. 58. Palatini ditiones inuadit. 60. Columbariam obſidione cingit. 61. cum copiis in Alſatiam tendit. 54. Alberti ditiones vaſtat. 65. ab Alberto occiditur. 66
Adolphus Naſſouius in carceres conijcitur. 371
Adolphus Rauenſteinius. 319 cum Maximiliano Brugas venit. 328. ꝑ Philippo Auſtriaco fide iubet. 330. Margaretham Maximiliani filiam in Galliā deducit. 346
Adolphus Palatinus. 102
Adrianus Raſſemgemiꝰ. 358 Tornacum venit. 368
Adrianus Brugenſium decurio. 370
Adrianus Florentius. 468
Aëria Arteſiæ ad Lyſam amnem oppidum. 333
Aegæum pelagus. 196
Aegidij fanū in Auſtriæ. 260
Aegidius Buſlidius vir genere & doctrina nobilis. 368
Aemiliæ ciuitates pontifici reſtituuntur à Venetis. 425
Aenaria maris Thyrreni Inſula. 395
Aeneas Syluius cæſaris nomine orationem habet. 201 Piſas proficiſcitur. 203 Pontifex factus. 243
Agnes à Stauffen Rudolphi Habſpurgici cognomento taciturni vxor. 6
Agnes Zäringenſis Egoni Fürſtenbergico nubit. 11
Agnes Burgūdica Rudolphi cæſaris ſecunda vxor. 37
Agnes Alberti Auſtriaci filia. 61. nubit Andreæ Vngariæ Regi. 62. ab Vngaris cuſtodiæ mandatur. 70
Agnes Leopoldi I. filia Boleſlao Suidnizio nubit. 97. vidua Ducatui p̄eſt. ibidē.
Agnes Rudolphi Cæſ. filia Alberto Saxoniæ deſponſa. 16
Agria Vngariæ ciuitas. 293
Aichſtadiēſis Epiſcopatꝰ vnde auctus ſit. 68. Epiſcopus intereſt bello Boëmico. 163
Alba Regalis. 171. obſeſſa & Capta à Maximiliano. 383
Alba Græca ſeu Belgradum. 222. obſidetur à Mahomete. 223
Albertus Bauariæ princeps. 185. 308. 421. & 425. de hæreditate contendit. ibidē
Albertus Argentinenſis. 85
Albertus ab Achelen Comes Sueuiæ ciuitatibus opē fert contra Eberhardum Vuirtembergicum. 35
Albertus Badenſis Marchio 254. occumbit in expugnatione Dami. 275
Albertus Brandenburgicus cum telo dictus. 58
Albertꝰ Brandenburgicꝰ. 175 Germanus Achillles dictus 177. Poloniā populatur. ibi. cum Ladiſlao Vratiſlauiam venit. 219. ad Ladiſlai nuptias vocatur. 230
Alb. Eberſdorffius. 203. 217
Albertus Friderici Brandenburgici filius. 163
Albertus Goritiæ Comes. 14 cæſari copias auxiliares adducit. 29
Albertus Habſpurgicus cognomine diues. 6. Tigurinæ ciuitatis & Secconienſis eccleſiæ præfecturam ſuſcipit. ibidem
Albertus Rudolphi Taciturni filius ſapiens dictus. 6 moritur Acconæ. ibidem
Albertus Haigerlochius. 65. Ottoni Bauaro inſidias ſtruens occiditur. ibidem
Albertus C. Hohenburgicꝰ. 7
Albertus C. ab Hohenloë. 53
Albertus primus Rudolphi cæſa. filius. 30. Auſtriæ præficitur. 33. Vuilam Turgouiæ obſidet. 35. contra Saliſburgenſ. arma ſumit. 42 Bernenſes clade afficit. 44. in ipſum cōſpiratur ab Auſtriacis. 46. Viennenſes fiūt illi


Ayuntamiento de Madrid

illi ſupplices.49.in Gunſenſes exercitum ducit.51.Metersdorffiũ obſidet. 52.Stiros debellare ſtatuit. 59. in Andream Vngariæ regem mouet. 62. in Rom.Regem eligitur. 66. coronatur Aquiſgrani. 67. bellũ in Boëmos ſuſcipit.70. Bauariam inferiorẽ vaſtat.75.à coniuratis occiditur. 78

Albertus ſecundus, primi filius contractus ſeu ſapiens dictus.101. vxorem ducit Ioannam Ferretenſem ibidem. Tigurinos bello petit. 103.infæliciter cum illis pugnat.106. Rapperſuuilam occupat.110.moritur. 111

Albertus tertius, ſecundi filius,dictus cum trica. 111. rebus cum fratre Leopoldo præeſt. 116. cum Venetis congreditur.118.proficiſcitur in Boruſsiam.121. Academiam Viennenſem fundat. 136. moritur in arce Laxenburgo. ibidem.

Albertus IIII.tertij filius.136. terram ſanctam petit.137. ducit Ioannam Hollandicam.ibidem.veneno necatur.138.patiens & mirabilia mundi nominatur.139.

Albertus quintus, quarti filius Eliſabetham Sigiſmũdi Imper.filiam ducit.139. cõtra Huſsitas pugnat.159. nuptias Viennæ celebrat. 161.Morauiã ſubiugat.164 in Regem Boëmiæ ſuſcipitur.170. Rex Hungariæ coronatur.171. in Imperatorem eligitur.172. coronatur Aquiſgrani.173. Boëmiam inuadit.174. exponum eſu in morbum incidit.179.diem ſuũ obit.180

Albertus ſextus,Erneſti ferrei filius,cognomine prodigus.181. bellum in Auſtria excitat.187.in Sueuiã concedit.194. bellum contra Heluetios vrget.198. vxorem ducit Mechtildem Palatinam.200.Regnum Boëmiæ ambit.234.cum fratre Cæſare de Auſtriæ diuiſione cõtendit.239. ab Eyzingeris bello petitur.241. bellum in fratrem Cæſarẽ mouet.249.ſacrorum vſu prohibetur.264. ſubito morbo correptus moritur. 280

Albertꝰ Marhio Miſnẽſis.298.

Albertus Müllerus Heluetícarum rerum ſcriptor,conſul Tigurinus 10.& 129

Albertus comes Nellenburgenſis. 104

Albertus Ortenburgicus. 29

Albertus Petra Heluetios in Italiam ducit. 470

Albertus Pius Carpenſis. 441

Albertus Pottendorffius.203

Albertꝰ Rechbergicꝰ ad Sempachium occiſus. 132

Albertus Sax.opprimitur in coronatione Alberti Cæſ.67

Albertus, Alberti Saxoniæ Ducis filius. 101.& 160 exercitui contra Boëmos præeſt. 163

Albertus Sax.cõtra Matthiã Coruinum mittitur. 375 Arſcotium Brabantiæ exurit.379. Flandros in fidem ſuſcipit.384. in Hollandia rebelles domat.386. præficitur caſtris in bello Geldrico. 407

Albertus comes à Teck. 35. Sueuiæ ciuitatibus opem fert. ibidem.

Albertus Vuerdenbergicus comes. 85

Alcantara Hiſpaniæ vrbs.429

Alcmaria Hollandiæ à Geldris capta. 474

Aldenarda Flandriæ ciuitas.351.in Maximiliani poteſtatẽ redacta.352.& 355

Alexander Pontifex. 394 Vrſinis bellum infert. 402 veneno extinguitur. 421

Alexander Foroliuienſis põtificis legatus. 309

Alexius Sternbergicus. 172

Alfonſus Ferrariæ princeps. 393.ſacris à Pontifice excluditur. 453

Alfonſus rex Caſtellæ in Imperatorem electus. 14

Alfonſus Aragonius Neapolis rex 205.388.389. & 391.

Allobroges 311

Aloſtum Flandriæ Imperatoriæ oppidum 355.& 358

Aloyſius Mocenigus militum præfectus. 457

Alſatia ad Habſpurgicos peruenit.7. vaſtatur ab Anglis. 116

Alſcio Roſembergicꝰ arma cõtra Thaboritas ſumit. 168

Altabura arx Palmenſis. 79

Altenburgum arx.4. expugnatur ab Alberto. 52

Altenburgum cœnobiũ. 293

Altenhofiũ Carinthiæ arx. 92

Altzhemium ab Alberto captum & exuſtum. 66

Amedæus Allobrogum regulus. 187

Amaſiorum vetus familia apud Atheſinos. 375

Ambaſia vel Amboſa Galliæ ciuitas. 347.& 404

Amersfortum

Ayuntamiento de Madrid

Amerſfortum Hollandiæ captum. 350
Ampfing Bauariæ vicus. 91
Amurathes Turcarum Tyrannus. 178
Anagnia Latij. 71
Anagniana palus. 205
Anaſſoburgum Auſtriæ. 25
Anaxus Carnorũ fluuiꝰ 123
Anckereüterus equitum ductor. 250
Andreas Blancus, Alberti V. Præceptor. 159
Andreas Burgius Cremonenſis. 458
Andreas Güßingenſis. 134
Andreas Grittus Venetorum legatus. 442. Vincentiam occupat. 450. Mediolanum defenſat. 470. Veronam à Lautreccio recipit. 473
Andreas Liechtēſtainius arci Goricienſi præeſt. 438
Andreas Paumkircherꝰ 209. & 250. motuum in Stiria author. 295
Andreas Puechaimius. 259
Andreas rex Vngariæ. 61 Beatricem Eſtenſem in vxorē ducit. 62. vitā finit. 69
Andreas Schonbrucknerus capitur. 270
Andreas Venerius Senator Venetus. 431
Anna Alberti Cæſari filia. 79
Anna Boëmiæ Regina Ottoni Auſtriaco nubit. 100
Anna Hohenburgica Rudolphi Imp. prima vxor. 8 in viuis eſſe deſinit. 33
Anna Gandala Vladiſlai regis vxor. 467
Anna Friderici pulchri filia. 95. deſpondetur Poloniæ regis filio. ibidem. condit cænobiũ D. Claræ Viennæ. ibi.
Anna Brunſuicenſis Friderici Senioris vxor. 181
Anna Alberti honorifici filia Guilielmo Sax. iũgitur. 180
Anna Vvenceſlai Boëm. Regis filia Henrico Carinthio deſpondetur. 73
Anna Petri Borbonij vxor. (347
Anna Sfortia. 441
Anshelmus Rappoltſtainius captus. 61
Anthonius Barletius capitur (334
Anthonius Burgundus nothus. 313. ad Nanceium capitur. 328
Anthonius Halouinus Burgundus occiſus. 334
Anthonius Himelsbergiꝰ. 256
Anthonius Iuſtinianus Venetorum orator. 443
Anthonius Maria Sanſeuerinas Roberti filius 376. à Comite Sonnenburgico ſingulari certamine victus. ibid.
Antracius Gallorum præfectus. 398
Antuerpiani milites contra Flandros educunt. 352
Apeneſte Apuliæ oppidũ alio nomine Manfredonia. 207
Aponi fontes in agro Paduano. 449
Apulia Italiæ regio. 380
Aquæ Veteres fruſtrà tentatæ. 437
Aquilegiēſis Patriarcha. 122
Aquiſgranum. 67. & 81
Arberga arx petita. 128
Arbergici Regensbergico auxiliantur. 10
Arbona ad lacũ Acroniũ. 194
Arburgum in Bernatum poteſtatem venit. 165
Arcuanus Buzacherinꝰ. 122
Ardemburgum Flandriæ oppidum. 386
Arduennæ ſaltus. 437
Argentoratum. 11. 34. 65. 86. fœdus facit cum Auſtriacis. 103. Heluetijs ſe iungit. 305
Argenteſius Gallus occiditur. (334
Ariminum à Cæſare Borgia occupatur. 414
Arnhemium Geldriæ. 425
Arnoldus Trigauienſis Comes. 61
Arnoldus Babenpergenſis Epiſcopus. 44
Arouium Bernenſibus cedit. (165
Arula Heluet. fluuiꝰ. 3. 88. 165
Arturus Lalainius. 348
Aſcanius Sfortia Cardinalis. 412. captus in Galliam mittitur. 413
Arſcotium Brabantiæ exuritur. 379
Aſchibeccius arcis Calembergæ præfectus. 270
Aſellorũ in Hollãdia factio. 327
Aſia minor à Turca ſubiugata. 300
Aſpera Hollandiæ à Geldris capta. 474
Aſpermontiũ Rhetiæ arx. 40
Aſta Lombardiæ Ciſpadanæ oppidum. 393
Aſtura Latij oppidum. 18
Aſula Venetæ regionis oppidum. 470
Atergonia Schaumbergicis adempta. 118
Atha Hannoniæ oppidũ. 351
Atheſini Erneſtum Archiducem ad ſe vocant. 154. Roboretum tormentis quatiunt. 375. cum Curienſibus deſident. 406 à Griſonibus cæduntur. 408



Ayuntamiento de Madrid

Ateſta Venetæ regionis oppidum. 463
Attrebatum à Gallo tentatur 319. Ludouico regi deditur. 323. In Maximiliani poteſtatem redit. 386
Auerſa Campaniæ. 394
Auinio Galliæ ciuitas. 83
Auguſta Vindelicorum. 22. 34.39.56. Friderico Cæſari iurat. 301
Auſtria Romani Imperij cor & clypeus. 56. diuexatur rapinis. 141. & 194. latrocinijs purgatur. 145.388. Friderico conciliatur. 282
Auſtriaci Bauariam populātur. 90. aggrediuntur Tigurinos. 106. Lucernatum agrum deuaſtant. ibidem.
Auguſtinus Triſtranus. 166 capite plectitur. 270
Aurantius ad Gallum deficit. 320. vulneratur. 346
Aureolus Gallorum militiæ Dux. 326
Axenſtaina arx expugnata. 54

B.

Babo Abenſpergicus arbiter inter Auſtriacū & Schaumbergicum. 118
Badena Ergouiæ. 77
Baiaſethes Turcorū Imp. 395. veneno à filio tollitur. 474
Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus. 20
Balduinus Lanoius Turcoingij Dominus. 324.& 333
Balduinus Molembechius. 341
Balduinus Treuirenſis Ep̄s. 84
Balthaſarus Rotembergerꝰ 203
Babenbergenſis Epiſcopus contra Boëmos. 163
Barbara Cilienſis, Sigiſmundi Cæſaris vxor. 169. corōatur ab Epiſcopo Conſtantienſi. ibidē. cuſtodiæ traditur. 170 libertati reſtituta. 172. eius mors. ibidem.
Barthilo Comes Habſpurgēs. 4. fundator Cænobij Vvaldkirchiens. ibidem.
Bartholdus Sueniæ & Carinthiæ Dux. 4
Barcum arx in Com. Tirolenſ. capitur. 439
Bartholomæus Liechtenſtainius. 328
Bartholomæus Liuianus Venetorū præfectus. 438
Baſilea. 11.12.34.190. Heluetijs ſe iungit. 305. Concilium ibi habitum. 190.& 410
Baſilea minor muro cingitur. 12.119. Leopoldo Auſtriaco pignori datur. ibidem.
Baſſanellum vicus in agro Patauino. 448
Baſſanum à Venetis occupatur. 450. & 451. capitur à Germanis. 453. vaſtatur à Columnio. 462
Bauari Rudolpho 4. bellū mouent. 115. Müldorffium obſident. ibidem.
Baudecurtius acriter pugnat (334
Baugimontius occiditur ad Quercetum. 330
Beatrix Eſtenſis nubit Andreæ Hungariæ regi. 61. enixa eſt Stephanum filium. ibidem.
Beatrix Burggrauia Norimbergenſis Alberti tertij ſecunda vxor. 136
Beatrix Ferdinandi Neapolitani filia. 310
Beatrix Aragonia Mathiæ Coruini vidua. 382
Befortum arx exuritur. 119
Bela Hungariæ rex. 17
Belgradū aliàs Alba Græca 222
Bellouacum Cordæi patria. 319
Bellenzoni nobiles. 148
Bellimontium oppidum. 337
Bellum Helueticum. 128.129
Bellum Bauaricum. 421
Belunum ſiue Bellona tradita Leopoldo. 122. capta à Cæſarianis. 457
Beluicinꝰ Gallus occiditur. 334
Benacus Lacus. 439
Beneconuentum Italiæ. 84
Benedictꝰ Vverdembergicꝰ 100
Benedictus xij. Pontifex. 99 è viuis ſublatus. 102
Benedictus Pontif. Piſana Synodo exautoratur. 148
Benedictus Iaurinenſ. Ep̄s. 184
Beneſſauia Boëmiæ monaſteriū. 176. cōuentus regni procerum ibidem. 201
Benzo Hohenſteinius. 133
Berchta Pfullendorffia. 6
Berchta Alberti Sapiētis filia. 6 comiti Küſſembergico priùs deindè Ottoni Ochſenſteinio nubit ibidem.
Berchtoldus Capella. 30
Berchtoldus Eberſdorffius. 28. (49 & 52
Berchtoldꝰ Friſingēſis Ep̄s. 139
Berchtoldus Comes Hennebergicus. 96
Berchtoldus Magdeburgenſis Burggrauius. 118
Berchtoldus Kiburgicus. 128
Berchtolſdorffiū arx. 250.288
Bergomates. 90
Berlinus à Bernfels. 133
Berna Heluetiæ vrbs. 85.117. (165. & 192
Bernardinus Iuſtinianus. 203
Bernardinꝰ Card. S. Crucis 458
Bernardus Carinthiæ dux. 14
Bernardus à Domo. 132
Bernardꝰ Vvolkēsdorffius. 22



Ayuntamiento de Madrid

*Bernardus Seccouienſis Epiſcopus.* ibidem.
*Bernardus VValdeccius.* 161
*Bernardus Epiſcopus Tridentinus.* 473
*Bernardus Grad à Sultz.* 133
*Bernardus Gradlerus.* 248
*Bernardus Schaumburgicus comes.* 236
*Bernardus Patauij Ep̄s.* 83
*Bernardus Tahenſtainerꝰ.* 203
*Bernſteinia arx.* 83
*Bero Rechbergicus.* 165
*Beſichemum à Vuirtembergico captum.* 422
*Bethunia Arteſiæ ciuitas.* 346
*Bezo ſiue Bezelinus Briſgoiæ comes.* 4
*Bezo eiuſdem filius.* 5
*Biberſpurgum tenetur ab Ottocaro.* 25
*Bilibaldus Pircamerus.* 315
*Bilinia Boëmiæ.* 177
*Bipennenſes Heluetij.* 165
*Bipontini Comites.* 63.& 65
*Biſenū arx in Co. Tirolens.* 376
*Biſantiū Burgūdiæ ciuitas.* 193
*Blaumontium captum.* 311
*Blanca Maria Sfortia.* 388 *Oenipontum deducitur.* 392 *moritur.* 458
*Blanckenſteinia arx.* 364
*Blanca Rudolphi Auſtriaci vxor.* 68.& 74
*Blodelshemium oppidum.* 11
*Boiardus apud Morinos cæſus.* (463
*Bocenum ſeu Piſonium, ſiue Bolzanum.* 454
*Boëmi arma in clerū ſumunt.* 159. *Alberto Bauaro regnū offerunt.* 185. *Ladiſlaum à Friderico poſtulant.* 194
*Boleſlaus Dux Suidnicenſis* 97 *Agnetem Auſtriacam duxit.* ibidem.
*Bolonia vel Geſſoriacum.* 320
*Bonifacius viij. Pontifex.* 68 *Iubilæum primus inſtituit.* ibidem. *captus Romam ducitur.* 71. *moritur.* ibidem.
*Bormium Rhætiæ pagus.* 399
*Borſius Eſtenſis primus Ferrariæ Dux.* 206
*Borruſſia Ger. regio.* 17.121.218
*Boſcum Caſtellum captum* 402
*Boſnia Illiriæ pars.* 312
*Boſſuta arx capta.* 329
*Boſſutius Buchaniæ p̄fectꝰ.* 331
*Boteburgam deſtruitur.* 62
*Boualenta in agro Veneto.* 464
*Brabantij.* 350.425.& 437
*Brandeſij Mayenfeldam capiunt.* 407
*Brandenburgicus elector.* 89
*Bremgardia Heluetiæ.* 165.199
*Brenta fluuius.* 448
*Brentonicus mons.* 439
*Briquebecus q̄dam aulicus.* 331
*Briſacum oppidum.* 11. *pignori datur Auſtriaco.* 98
*Briſacenſes Hagenbachium in carcerem conijciunt.* 305
*Briſgouia.* 24.& 405
*Brixia capitur.* 443
*Brugæ ſiue pontes Ergouiæ vaſtātur.* 8. *in Bernatum poteſtatem veniunt.* 156
*Brugæ Flandriæ.* 327.350.359. 369.370. *Maximiliano conciliantur.* 373.374.& 385
*Brūna Morauiæ ciuit.* 159.295
*Bruneccium Tyrolis oppidum.* (243.458
*Brunduſium.* 395
*Bruno Güſſius.* 133
*Brunorius Saregius.* 447
*Bruno Ep̄s Olomuicenſis.* 25.32
*Bruſca amnis.* 89
*Bruxella Brurhenana.* 418
*Bruxellæ Brabantiæ.* 322
*Buda Vngariæ.* 69.124
*Budeuitium Boëmiæ.* 70
*Burcardus Herlbachius.* 94
*Burcardus Monachus Tigurinus.* 197
*Burcardus Freyburgicus.* 132
*Burcardus à Maſmünſter.* 132
*Burcardus ab Ehingen.* 133
*Burcardus Gaſlerus.* 133
*Burcardus Lobgaſſius.* 133
*Buchaimius Alberti p̄fectꝰ.* 110
*Burckendorffium.* 143
*Burggrauiꝰ Magdeburgēs.* 162
*Burgdorffium Ergouiæ.* 128
*Burgouiæ arx obſidetur à Ludouico Bauaro.* 94
*Burgos Caſtellæ vrbs.* 432
*Burgundia Imperio ſubijcitur.* 43. *à Gallo infeſtatur.* 320
*Buſcumducis Brabantiæ.* 341
*Butenſis Comitatus in Vng.* 119

C.

*Cadetus Remonetius Vaſco p̄eſt arci Melanoio.* 335
*Cadorum oppidum cum arce expugnatur.* 447.& 457
*Cæcius mons ab Alberto occupatur.* 48
*Caietæ Campaniæ portus.* 421
*Callianum arx ī comitatu Tyrolenſi* 376
*Callianus Vicus Venetorum clade nobilis.* 439
*Callipolis ciuitas.*
*Calous Vicus.* 352
*Calixtus III. Pontifex bellum in Turcam mouet.* 223
*Caluanus Lancea.* 18.& 19
*Camberga Danubij Inſula.* 26
*Cambreſium arx capitur.* 342
*Cameracum Arteſiæ vrbs.* 331
*Camertes Vmbriæ populi.* 417. *bello petuntur.* ibidem.
*Camera arx comitib. Schaumburgicis adimitur.* 118
*Campania Italiæ regio.* 396



Ayuntamiento de Madrid

Campidanũ Imperij ciuit. 202
Campſo Aegyptiorum Sulthanus 474
Campus regius. 80
Capfenbergũ capitur. 131. 155
Capinolus Gandauiẽs. 368. 378
Capua Campaniæ ciuitas. 394
Carauagium Inſubriæ opp. 442
Cardonius Neapolis ꝓrex. 463 diripit Caſtrũ Saxiplebis 464
Carinthia Norici regio. 26. 99 à Turcis vaſtatur. 312
Carni Norici populi. 29. 64
Carniola Alberto Rudolphi filio conceditur. 34. 99. à Turcis vexatur. 312
Carolus Alberti ſapientis filius Cononicus Baſileenſis. 6
Carolus Andegauenſis 18 Apuliæ regnum violenta manu detinet. ibidem.
Carolus Apuliæ Rex. 69
Carolus Badẽſis. 210. 211. capitur à Friderico Palatino. 302
Carolus Borbonius Inſubriæ præfectus. 469
Carolus Burgundus filiam ſuã Maximiliano Friderici filio deſpondet. 301 303. 304. moritur. 313. illiꝰ vxores. ibid.
Carolus Calabriæ dux Catharinam Alberti filiã ducit. 84
Carolus Croyus regulus Chymaius. 325. è ſacro fonte leuat Carolum V. 413
Carolus Egmondanus Geldriæ titulum renunciat. 392
Carolus Lalainius. 428
Carolus Ludouici Gallorũ regis filius. 343. fit rex Galliæ. 349 Neapolim inuadere cogitat 388. Italiam ingreditur. 393 Romam venit. 394. Neapolim occupat. 395. ad Tarrũ cæditur. 397. apoplexia tactus moritur. 404
Carolus Geldrenſis. 365 tumultus excitat. 405
Carolus Morauiæ rector Boiemi filius. 99. in Roma. Imp. eligitur. 102. moritur. 121
Carolus Robertus Caroli Apuliæ regis filius. 69. 71
Carolus ſeptimꝰ Galliæ rex. 166
Carolſpergicus ad equos condẽnatur. 57
Carolus Valeſius. 70
Carolus V. naſcitur. 413. fit Caſtellæ Princeps. 430. Belgicis ꝓuinciis inauguratur. 468. regnũ Hiſpan. ſuſcipit. 474. eiuſdem belli tyrociniũ. 475
Carrarius Princeps Taruiſium obſidet. 122
Carolus Malateſta ictu lapidis perit. 438
Carolus Iufredus. 439
Caſimirꝰ Boë. rex eligitur. 172
Caſimirus Brandẽburgicꝰ 410
Caſimirus Poloniæ rex. 218 Hungariã affectat. 300
Caſparus Slickius Miſnẽſis. 159 160. Legationis munere ad Boëmiæ ordines fũgitur 171
Caſianum Inſubriæ. 442
Caſſelia vallis. 366
Caſſouiana prouincia. 195
Caſtella Hiſpaniæ vlterioris prouincia. 424
Caſtellum nouum Italiæ. 448
Caſtra Ciceronis. 355
Caſtrũ ferreum comitatus. 237
Caſtrum D. Victoris. 122
Catharina Alberti Saxoniæ Ducis filia. 399
Catharina Alberti cæſaris filia Henrico Cæſ. deſpõdetur. 62
Catharina Alberti ſapientis filia. 111. cælibem vitã agens monialibus. D. Claræ apud Viennenſes præfuit. 112
Cathar. Anglorũ regina. 463
Catharina Caroli ſeptimi Frãcorũ regis filia, Carolo Burgundo nubit. 313
Catharina Caroli IIII. filia, Rudolpho quarto matrimonio iungitur. 112
Catharina Leopoldi primi filia Domino à Cuſsin vel Coucij nubit. 97
Catharin. Philippi Audacis Sequanorũ principis filia Leopoldo ſuꝑbo deſpõdetur. 145
Catharina Philippi Hiſpaniarum Regis filia Ioannis Luſitani vxor. 432
Caubercãi nobiles Bruxel. 365
Cella figulorum. 36
Cenadium Venetorum. 122
Centronum in Epiſcopatu Leodienſi. 364
Chagelia Auſtriæ arx. 143
Chalonius Comes. 43
Chanterainius Dominus Dreuum arcem capit. 336
Chantezainius Bellimontium oppidum expugnat. 337
Chaumontus Regis per Campaniam præfectus 336
Cherlburgum detinetur ab Ottocaro. 25
Chiemenſis Epiſcopus. ibidem
Childebertus Auſtraſiæ rex. 4
Chriſtianus Prennerꝰ. 252. 263
Chriſtianus Vviſingerus Viẽnenſis capitur. 270
Chriſtianus Sacellanus. 277
Chriſtiernus Danorũ rex. 306
Chriſtophorus à Spaur. 256
Chriſtoph. Bauar. Princeps. 163
Chriſtophorus Frangepanius Piſinium capit. 443
Chriſto. Liechtenſtainius. 200
Chriſtopho. Morſpergerus. 256
Chriſtophor. Penſingerꝰ. 258
Chriſtophorus Pottendorffius legatus Alberti. 274


Chriſto-

Ayuntamiento de Madrid

Chriſtophorꝰ Putſchius Tyrolenſis ſcriptor. 97
Chumani populi. 29.& 90
Chymaium oppidum. 326
Ciamontius Galli legatus. 450
febre correptꝰ moritur. 455
Cimburgis Maſſouia. 154
Citolus Peruſinus capitur. 442
Claua in palatinatu. 422
Cilienſis Comes. 209.211
occiditur. 225
Claudia Ludouici Gallorũ regis filia. 415. Franciſco Angoliſmenſi deſpõdetur. 430
Claudius Nouocaſtellius. 385
Claudius Tulonius. 341
Clauſtroneoburgũ 142. capitur à Mathia Coruino. 314
Clemens V. Pontifex. 76
moritur. 84
Clemens ſextus Pontifex. 102
Clementia ſoror Alberti. 69
Chiemenſis Epiſcopus. 25
Clingena pagus exuritur. 12
Cliuia Germ. infer. regio. 345
Cluſa in poteſtatem Salisburgenſis redigitur. 54
Cluſium in finib. Tirolis. 472
Cobolſdorffium deditur Alberto Habſpurgico. 52
Collenutius ſcriptor. 18
Colomannus à Clingen. 133
Colo à Seldenhofen præeſt Stiris. 29
Colonia Agrippina. 203
Colonienſis Epiſcopus contra Boëmos auxilia mittit. 163
ingrediendo Aquiſgranum Cæſarem comitatur. 188
comitia ibidem habita. 425
Colonia Boëmiæ oppidum. 75
Colonia agri Veronenſis. 461
Columbaria. 9. obſidetur à Cæſare Adolpho. 61.& 98. Heluetiis ſe iungit. 305
Columbarienſes multãtur. 39
Fœdus faciunt cum Auſtriaco. 103
Comitia Imperij Auguſtæ. 22. (34.39.451.& 475
Comitia Conſtantiæ. 434
Comitia Francoforti. 14. (33.55.57.84.172.& 364
Comitia Iglauiæ. 32
Comitia Lincij. 44.60
Comitia Neapoli. 277
Comitia Norimbergæ. 17 (22.67.73.187.293.& 366
Comitia Pragæ. 64
Comitia Ratiſponæ. 110.263
Comitia Vvelſij. 58
Coche oppidum Hungariæ. 221
Cometa viſus eſt. 224
Concelinus à Bernfels. 133
Concelinus Eptingenſis. 133
Concelinus Rotbergicus. 133
Condetum oppidum. 328.329
Conegianum. 123
Conradus ab Haſelauu. 30
Conradus ab Edeccen. 133
Conradus Aufenſtainius Mareſchalcus. 27.& 57
Conradus Berenfelſius. 104
Conradus Bolſenhemius. 133
Conradinus Conradi Cæſaris filius Apuliam petit. 18.
per annulũ proditur. ibid.
Neapoli decollatur. 20
Conradus Streichenburgi Dominus. 5
Conradus Eytzingerus gubernator Auſtriæ. 202
Conradus Fraunauerus. 240. (243
Conrad. Friburgẽſis comes. 11
Conradus ab Hochdorff. 133
Conradus Hoſingenſis. 133
Conradus Holzelius Pragæ captus detinetur. 242
Conradus Holzerus Hubarũ præfectus. 227
Conradus Kifferus. 134
Conradus Liechtenbergicus Epiſcopus Argent. 53.63
Conradus Limbachius. 133
Conradus Oetingẽſis comes. 67
Conradus Otlingerus Mülhuſij Bauariæ præfectus. 72
in uincula conijcitur & capite plectitur. ibidem.
Conradus à Reichenſtain. 132
Conradus Salisburgenſium Antiſtes. 44. Rattemannũ expugnat. 54.83.92
Conradus Stüzius. 133
Conradus Sumeranus. 46.47
Conradus à Turri. 133
Conradus Thuringius diſcerpitur ab Aulicis Venceſlai Boëmiæ regis. 73
Conradus Vorlauffius Viennenſis conſul, capite plectitur. 143
Conſaluus Magnus. 426
Conſtantia ad lacum Acroniũ 148. Conciliũ illic habitũ. ibid. Conuentus ibidẽ 305
Conſtantienſis Epiſcopus Sueuorum Dux. 110
Conſtantinopolis à Mahumete deuincitur. 222
Conzelinus Ergouiæ comes. 4
Conzo Stainhaimius. 133
Cordæus Morinos inuadit. 366 367. Naſſouium & Boſſutium capit. 368
Cordignanum. 124
Coributus mittitur ad Boëmos. 161
Cornelianum ForiIulij à Leopoldo redimitur. 124
Cornelius Bergeſius. 345
Cortracum Flandriæ. 384
Coruinꝰ Vngariæ Prorex creatur comes Biſtricenſis. 211. & 212. febre correptus mortem obit. 224
Corneoburgicus cõuentus. 288



Ayuntamiento de Madrid

*Cottiæ alpes ſeu Genebræ mons.* 393
*Couolum arx Tyrolens.* 453
*Craneburgum.* 370
*Crafto Vvaldnerus.* 133
*Crafto comes ab Hohenloë Ludouicum Palatinum haſta traÿcit.* 46
*Crema Lombardiæ Tranſpadanæ oppidum.* 443
*Cremona Lombardiæ ciuitas.* 438.443.& 470
*Cromoniũ Fori Iulÿ à Germanis occupatur.* 465
*Chriſtophorus Gotſchius.* 133
*Cronbergerus Franco.* 258
*Creſſus Molinus Venetorum copiarum præfectus.* 118
*Criſpinifanum.* 329
*Cruceſignati vnde dicti.* 223
*Cuno Friburgicus ad equos cõdemnatur.* 57
*Cuno Dapifer à Bachauſen.* 133
*Cuno Störus.* 134
*Cuno Mülhemius.* 133
*Curia Rhætorum.* 40
*Curienſes Rhæti.* 411
*Cuſpinianus Imp. Maximiliã. Hiſtoricus.* 7
*Cuſsini ſiue Coucini Dominus, Britannus.* 119.& 120
*Cuthna Boëmiæ oppidum.* 70. 75.81.298. *eius montes argento celebres.* 69
*Cyprianus Serentinus Maxi. Imp. Cancellarius* 410
*Czenco capite plectitur.* 45

D.

*Damum oppidum Flandriæ expugnatur.* 375
*Daniel Auredanus in carcerẽ ducitur.* 352.359. *capitis pænam ſubit.* *ibidem.*
*Dauid Burgundus Vltraiectinus.* 320.337. *Amersfortÿ captiuus detinetur.* 347
*Dauid Hazy in obſidione Corneoburgi plumbea glande perit.* 353
*Danubius flu.* 24.179.425
*De ortu, antiquitate & titulo gentis Habſpurgicæ.* 2.& 3
*Delphinus Caroli Galliæ regis filius.* 197
*Demetrius Gorauis regni Polonici Theſaurarius.* 126
*Deſpotes Myſiæ regulus.* 179
*Seruiæ Princeps.* 196
*Dieſta Brabantiæ ciuitas.* 436
*Dieterus Treuirorum pſul.* 65
*Dietmannus Thuringiæ princeps.* 63. *auitam hæreditatem petit.* 72.& 73
*Dionyſius Morbeckius, Dunkirchiam diripit.* 377
*Dingena arx in agro Bernenſium.* 135
*Dionyſius Zechius Strigonienſis Cardinalis.* 184
*Diſſenhouium capitur à Sigiſmundo Cæſare.* 152
*Ditmaninga Norici oppid.* 97
*Diuio Burgundiæ Metropolis obſidetur ab Heluetÿs.* 463
*D.Georgÿ ara Nancei.* 313
*D.Martini mons obſidetur.* 70
*D.Maximilianus martyr.* 228
*D.Stephani templũ Viẽnæ.* 115
*D.Trudonis oppi. capitur.* 344
*D.Vdalrici porta Viennæ.* 261
*D.Venceſlai arx à Boëmis expugnatur.* 159
*D.Victoris caſtrum Leopoldo Archiduci à Venetis traditur.* 122
*D.Vigilÿ ædes Tridenti.* 377
*Dixmunda Flandriæ.* 380
*Dominicus Maurocenus.* 431
*Dominicus Michaëlius.* 118
*Dominicus Torcellanus antiſtes, Pon. legatus.* 272
*Donatꝰ Thronꝰ Venetorũ legatus in vincula cõÿcitur.* 122
*Donatus Toggenburgicꝰ C.* 132
*Dordracum Hollandiæ ciuitas aſtu capta.* 340
*Dornſperga Bauariæ vicus.* 91
*Dorothæa Neydeccera.* 203
*Dracula Vlachiæ regulus.* 196
*Dreskirchia in Auſtria expugnatur.* 250
*Dreuum arx capitur à Chanterainio.* 336
*Droſendorffium capitur.* 142
*Duacum Catuacorũ vrbs.* 326
*Dubis Galliæ Narbonenſis fluuius.* 43
*Duinium arx Iſtriæ expugnatur.* 443
*Dunkirchia Flandriæ.* 377

E.

*Eberhardus ab Altaich.* 6
*Eberhardus Aſpermontius.* 40
*ex vulnere obit.* *ibidem.*
*Eberhardus Briſgoiæ Landgrauius.* 4
*Eberhardus Kirchbergicus Eps Auguſtanus.* 147
*Eberhardus à Lupfen.* 12
*Eberhardus à Madingen.* 134
*Eberhardus à Marcha.* 343
*Eberhardus Mosbachius.* 91
*Eberh. Nellenburgicus.* 151
*Eberhardus Neühuſius Salisburgẽ. præſul.* 156
*Eberh. Obigneus Scotus.* 393
*Eberhardus Sternfelſius.* 133
*Eberhardus Vvaldſeius.* 45.47
*Eberhar. Com. Vvirtemberg. cognomine rixoſus.* 24
*bello à Cæſare petitus.* 34
*cum Sueuiæ ciuitatib. diſsidet.* 35. *Alberti ductor contra Tigurinos.* 104. *cum Auſtriacis fœdus facit.* 121
*Eberhardus Sanpetrianus.* 59


*Ebersdorf-*

Ayuntamiento de Madrid

*Ebersdorffium Auſtriæ.* 354
*Ebrodunum captum.* 311
*Eburones rebelles ad obſequiũ redacti.* 303
*Echta arx expugnata.* 405
*Eckendorffium Auſtriæ.* 52
*Edimburgum Hungariæ.* 285
*Eduardus Angliæ rex.* 62.343
*Egenburgum.* 142.145.288 *in poteſtatem Matthiæ regis venit.* 358
*Egenfurtum.* 468
*Egenshaimẽſ. familia deficit.* 7
*Eggo Comes Friburgenſis.* 34 *ius ſuũ Auſtriacis cedit.* 117
*Eggo Com. Fürſtenbergicus.* 11
*Eggo Co. Toggenburgenſis.* 11
*Egino Fürſtenbergicus C.* 34
*Egliſonium pagus.* 248
*Egolphus ab Embs eques.* 132
*Egolphus Kuchlinus.* 133
*Egolphus Stüſlingenſis.* 133
*Egra ciuitas.* 40
*Ehenhemium oppidum.* 93
*Eizingeri ad Cæſarem tranſeunt.* 240. *Alberto bellum indicunt.* 241
*Eleonora Luſitana.* 202. & 203 *Cæſari Friderico deſponſata.* 205. *Neapolim deducitur.* 226. *diem claudit extremum.* 293
*Eleonora Scotiæ regina Sigiſmũdi Archiducis vxor.* 399
*Eliſabetha Alberti ſapientis filia.* 6
*Eliſabetha Alberti Cæſ. filia* 79
*Eliſabetha Alberti honorifici filia.* 180
*Eliſabetha Arragonia.* 98
*Eliſabetha Bauarica.* 83.421
*Eliſabetha Boëmica.* 82
*Eliſabetha Borbonia.* 313
*Eliſabetha Friderici pulchri filia.* 98
*Elizabet. Hiſpaniæ regina.* 424
*Eliſabetha Ladiſlai ſoror.* 218
*Eliſabetha Palatina.* 100
*Eliſabetha Ruperti Bauari filia.* 180
*Eliſabetha Sigiſmundi cæſaris filia, Alberti Cæſ. vxor.* 159 *coronatur in Hungariæ reginam.* 177. *parit filium Ladiſlaum.* 183. *coronam aſtu ſurripit* 184. *inter viuos eſſe deſiit.* 195
*Eliſabetha Tirolenſis.* 33 *ſalinarum in Petzendalio inuẽtrix.* 54. *Alberti I. Auſtriaci vxor.* 57.62. & 67. *cœnobium Regij campi extruit.* 80
*Eliſabetha Vvenceſlai vidua.* [75.78.
*Ellicurtum obſidetur.* 306
*Elza amnis.* 65
*Emanuel Portugalliæ rex.* 403
*Emerberga arx.* 49
*Emeringꝰ eques occiditur.* 106
*Emicho Liningẽſis comes.* 459
*Emneſſa pagꝰ expugnatur.* 338
*Encardus Argentinenſium rerum ſcriptor.* 14
*Engadini populi.* 408
*Endinga Briſgoiæ.* 117
*Engelbertus Cliuiẽſis.* 347.348
*Engelbertus Naſſouius.* 328 *Belgarum ordines ducit.* 333 *capitur à Cordæo.* 367
*Engisburgum ſolo æquatur.* 42
*Enguerranus Coucini Dominus.* 120
*Enicho Friſingenſis.* 44
*Enſesdorffium Auſtriæ.* 142
*Enſishemium Alſatiæ.* 79
*Entlibuchenſes Lucernatibus ſe dedunt.* 139
*Eraſmus de Thunno.* 156
*Eremitanum cœnobium.* 106
*Erfordia Turingiæ vrbs.* 35
*Ergouia Heluetiæ regio* 3.76.82
*Ericus Brunſuicenſis.* 399 *Feltrium & Bellunum capit.* 443. *Vtinã tentat.* 447
*Ericus Oldemburgicus Co.* 309
*Ernerchemus pagus in agro Gandauienſi.* 374
*Erneſtꝰ Leopoldi pbi filius.* 134 *cum fratre pronuncias diuidit.* 140. *Oeniponti conuẽtum agit.* 154. *naſcitur ei filius Fridericus.* ibidem.
*Erneſtus Monachienſis Bauariæ regulus.* 147
*Erneſtus Sax. Dux elector.* 288 *cum Cæſare ad Nouęſium erat.* 308
*Erydanꝰ ſiue Padus fluuius.* 206
*Eſchenbachij Regensbergico auxilia promittunt.* 20
*Eſlinga pagus fit ciuitas.* 35 *obſidione cingitur.* 86
*Eſtauia in Allobrogis capta.* 311
*Eſtenſis princeps.* 51
*Ethruria ſiue Tuſcia.* 88
*Eugenius Pontifex.* 167. & 186 *concedit fatis.* 200
*Exemplum crudelitatis.* 52. *infidelitatis.* 55. & 457. *fœdi ſupplicij.* 57. *pietatis.* 59. & 258. *coniugalis amoris.* 92. *raræ fœlicitatis.* 173. *excæcationis.* 179. *pietatis Cronbergeri.* 258


F.


*Fabricius Columnius.* 397
*Falckenſtaina arx.* 46.79
*Faruuanga arx Palmenſis ſolo æquatur.* 80
*Fauentia Italiæ ciuitas.* 440
*Feltrium obſeſſum.* 121. *captũ à Brunſuicenſi.* 443. *vaſtatum ab Anhaltenſi.* 453
*Feramuſca captus.* 471
*Ferdinandus rex Aragoniæ inter viuos eſſe deſiit.* 469




Ayuntamiento de Madrid

*Ferdinandus Hiſpaniarum*
*rex.388. diem extremum*
*claudit.* 391
*Ferdinandꝰ Calabriæ dux.* 394
*Neapolim redit.* 397.
*eiuſdem mors.* 400
*Ferdinandus Conſaluus.* 398
*Oſtiam capit.* 402.
*Gallos vincit.* 420
*Ferdinandus Philippi Hiſpa-*
*niarum regis filius.* 432
*ducit Annã Hũgaricã.* 468
*Ferraria Italiæ.* 202.203
*Ferretani ſtelligeris addicti.* 11
*in Burgundiã excurrũt.* 305
*Ferretum arx.* 119
*Fiechtenſtaina arx Schaum-*
*burgenſium.* 118
*Flaminia Italiæ regio.* 393
*Flandria Belgÿ regio.* 357
*à Maximilian deficit.* 350
*cum Gallis conſilia agit.* 368
*Florentini libertatem mer-*
*cantur.38. & 202. in Galli*
*partes ſollicitantur.* 393
*Florentius Croyus.* 428
*Florentius Egmundanus.* 428
*Flumentana porta Romæ.* 394
*Fluminenſe oppidũ captũ.* 448
*Fœlix comes Buranus.* 474
*Fœlix Malleolus.* 116
*Fœlix Rauenſpurgius.* 134
*Forum Iulÿ.* 447
*Forotiberienſis ſenatus.* 199
*Fracaſſus Sanſeuerinas.* 450
*Franci Orientales.* 163
*Franciſcus Angoliſmenſis.* 432
*& 442. fit rex Galliæ.* 466.
*& 470. fœdus cum Helue-*
*tÿs facit.468. Mediolanum*
*ingreditur.* 469
*Franciſcus Britannus.* 342
*Franciſcus Craſſus.* 376
*Franciſcus Caſtelnouius.* 132
*Franciſcus Foſcarus Veneto-*
*rum dux.* 206
*Franciſc. Maria Roboreus.* 473
*ditione ſua exuitur. ibidẽ.*
*Franciſcus Maximiliani Imp.*
*filius naſcitur.* 342
*Franciſcus Picolominæus.* 300
*Alexandro in Pontificatu*
*ſuccedit.* 421
*Franciſcus Spinola cæſus.* 463
*Franciſcus Tegerfeldius.* 133
*Franco Theologus Viennæ*
*orationem habet.* 146
*Franconia cum Tigurinis fœ-*
*dus facit.* 129
*Frãcofurti comitia habita.* 14.
(33.55.57.66 & 67.
*Frauẽfelda à Cæſare capta.* 152
*Fraunaueri nobiles.* 184.259
*Freiſtadium.* 33
*Freudenouia vaſtatur.* 105
*Friberga Miſniæ.* 74
*Friburgum in Briſgoia.* 117.
*& 165. in Auſtriacos pro-*
*penſum.* 192. & 405
*Friburgũ Nuithonũ.* 42.135
*Friburgum Carinthiæ.* 57
*Fridericus Aragonius Neapo-*
*leos rex.* 420
*Fridericus Albertus comes à*
*Zollern.* 333.347.348
*Fridericus Brandemburgicus.*
[218.230. & 378
*Fridericus Auſtriæ dux.* 18.
*decollatur Neapoli.* 21
*Fridericus Alberti Cæſ. filius.*
*75.83. in Cæſarẽ eligitur.* 85
*Eſlingam obſidet.86. à Lu-*
*douico Bauaro capitur.* 91.
*quibus conditionibꝰ dimiſ-*
*ſus ſit.95. Murbachium cœ-*
*nobium condit.* 97.98
*Fridericus II. pulchri filius.* 98
*Fridericus tertius Ottonis fi-*
*lius.* 101. & 102
*Fridericus quartus, Alberti ſa-*
*pientis filius.* 111. & 113
*Fridericus quintus Leopoldi fi-*
*lius.* 134.140.147.149.150
*proſcribitur.* 151.154.155.
*156.157. rebus exuitur.* 165
*moritur.* 180
*Frideric. VI. Erneſti filius.* 154
*in Imperatorẽ eligitur.* 188
*coronatur.189. ab Heluetÿs*
*ablata repetit.* 191.192.193.
*194. in Italiã iter parat.* 202
*Venetias venit.203. Romã*
*ingreditur.204. ibidem co-*
*ronatur.205. Borſium Eſtẽ-*
*ſem Ducẽ creat.206. eius de*
*Venetis præſagium.* 207
*ex Italia redit.208. Cilien-*
*ſem comitatũ occupat.* 227.
*in Hungariæ regem eligi-*
*tur.236. Henricum Gori-*
*cienſem debellat.* 245. *in*
*arce Viennẽſi obſidetur.* 255
*obſidione liberatur.* 262
*Romam proficiſcitur.* 295.
*fœdꝰ cum Polono facit.* 297
*Coloniam Agrippinã per-*
*git.302.306. Noueſium du-*
*cit.308.322. & 358. in Bra-*
*bantiam tendit.365. Flan-*
*driam cũ exercitu petit.* 373
*Fridericus Barbanſonius.* 326
*Fridericus Bauariæ dux.* 308
*Fridericus Marchio Branden-*
*burgicus.* 160.218.280.378
*Fridericus à Brandis.* 132
*Fridericus Brunſuicenſis.* 137
*Fridericus Burggrauius No-*
*rimbergenſis.* 14.25. & 28
*donatur Electoratu.* 54
*Fridericus Cappellius.* 397
*Fridericus Cloſnerus.* 14
*Fridericus Contarenus.* 447
*Fridericꝰ Cõſtantienſ. Ep̃s.* 169
*Fridericus Curiens. Ep̃s.* 40
*Fridericus Ehmerus.* 282
*Frid. Eitelius à Zollern.* 6
*Fridericus ab Erzingen.* 132
*Fridericus à Glatt.* 134



Ayuntamiento_de Madrid

Fridericus Gonzaga. 461
Fridericus à Greiffenſtain. 132
Fridericus Heinbergicus. 56. 57
Fridericus Hornanus. 366
Frid. Impoſtor comburitur. 36
Fride. Iſelſtainius capitur. 324
Fridericus Klethius. 134
Fridericus Leiningenſis Eps Spirenſis. 25. 37
Fridericus Monſtralius. 132
Fridericus Niger Comes Zollerenſis. 132
Fride. Ortemburgicus. 29. 104
Fridericus Palatinus proſcribitur. 254. & 302
Fridericus à Petouione. 22. 29
Frideric. Ratiſponens. Eps. 211
Fridericus Reinachius. 133
Fridericus Salisburgens. præſul. 22. 25. 28. 34. 36. & 38
Fridericus Saxoniæ Princeps. (163. 175. 177. 188. & 425
Frid. Stubenbergicus. 46. 54. 55. & 60
Frid. Tecciorum Dux. 104
Frideric. Toggenburgicus. 104. (151. & 152
Fridericus Thuringiæ Princeps. 63. 72. 73. & 74
Frid. Vngerſpacherus. 256
Fridericus Vualdſeius. 142
Fridericus Vueiſſeneccius. 56
Fridericus Vuithemius. 326
Fridericus Zengerus Gunſenſis præfectus. 255
Frid. Zollerenſis Comes. 22. 25. (32. 96. 104. & 132
Friſia Germaniæ regio. 339
Friſacum incenditur. 42
Friſingenſis Epiſcopus. 90
Frodota capta. 463
Froſſardus ſcriptor Gallicꝰ. 120
Fulda ad fagos. 72
Fürſtenbergij comites. 104
Fürſtenberga palatini ad Rhenum arx. 60
Fürſtenſtaina arx. 76
Fürſtenberga arx Epiſcopi Curienſis. 406
Fuſſacũ arx expugnatur. 248
Futacum ĩ agro Bachienſi. 224


G.


Gaesbeckium Brabantiæ. 350
Galeacius Sanſeuerinas. 393. (409. 411. & 413
Galeacius Sfortia Mediolanenſis. 94. & 206
Galeottus Lancea. 18
Galiardꝰ Gallorũ dux. 344 345
Galitzium oppid. Hũgariæ. 200
Gallenſtaina arx. 54
Galli Cameraco exiguntur. 332 victi Neapoli cedunt. 420. 421. ad Nouariam vincuntur. 462. & 463
Gandauienſes in Magiſtratum conſpirant. 332. 363. & 364
Gandauienſis ſcutarius crudelis. 372
Gandauium Flandriæ ciuitas. (358. 359. 361. & 363
Garda aliâs Benacus. 446
Groſnicolius 311
Garriglianꝰ ſeu Liris fluuꝰ. 421
Gaſto Foſſeius. 458
Gaudentius Amaſius Tiro. 375 arcem Roboreti incẽdit. 376
Gebhardus Eps Cõſtantiens. 4
Gebhardus Vocardus ab Vlenberg. 134
Gebizo Argẽtoratens Eps. 200
Geldria motibus agitatur. 68. (324. & 331
Geldri Echtã arcẽ recipiũt 405 Brabantiã populantur. 436 à Namurcenſibꝰ cæduntur, ibid. Antuerpienſes mercatores ſpoliant. 437 Hollandiam infeſtant. 474
Geldrus Brabãtinus Arnhemij oppidi deditionẽ facit. 425
Geleſdorffij in Auſtria conuentus habetur. 243
Gemmingum Cœnobium Carthuſianum in Auſtria. 111
Geneua Allobrogum. 193
Gennapia Brabantiæ. 364
Genua Liguriæ. 122. occupatur à Fregoſio. 401
Georgius Angerfelderus. 263
Georgius Badẽſis Mediomatricum Antiſtes. 302. & 322
Georgius Buechaimius. 202
Georgius Carthuſianus Monachus. 476
Georgꝰ Collimitꝰ medicꝰ. 476
Georgius C. Sonenbergicus. 376
Georgius Cornarius Venetus. (438. & 442
Georgius Fridericus Brandenburgici filius. 422
Georgꝰ Hallechius capitur. 270
Georgius ab Hochenloë Epiſcopus Patauiẽſis. 136. 139. 147
Georgius Kainachius. 261
Georgius Kuchẽmaiſterus. 134
Georgius Kunachius. 256. 274
Georgius Liechtenſtainius Epiſcopus Tridentinus. 144
Georgius Bauariæ D. Ludouici diuitis filius. 310. & 421
Georgius Mentonius. 308
Georgius Myſiæ regulus. 179
Georgius Neideccius Epiſcopus Tridentinus. 437
Georgius Picamerus. 380
Georgius Podiebradius à Kunſtat. 172. 186. 149. 177. 209. 212. 228. 229. Boëmiæ rex declaratur. ibidẽ. deſpondet Mathiæ Coruino filiam. 235 in Auſtriam ducit. 241. Corneoburgum venit. 261. excommunicatur. ibidem. eius mors. 297
Georgius Poſonienſis præpoſitus. 256




Ayuntamiento de Madrid

*Georgius Potendorffius.* 259
*Georgius Schauuenbergicus Comes.* 259
*Georgius Schrotius.* 271
*Georgius Seiſeneccerus.* 277
*Georgius Seruiæ regulus.* 227
*Georgius Teufenbachius.* 256
*Georgius Torerus ab Horenſtainio.* 165
*Georgius Volckensdorffius.* 203
*Georgius Vngnadius.* 228
*Georgius VValdeccius.* 165
*Gerardus Eppenſtainius Archi presbyter Treuirenſis.* 77
*Gerardus Fraunauerus.* 240
*Germana à Fois Ferdinando Aragonio nubit.* 426
*Germanicum mare.* 27
*Germani milites tumultuătur 337. Paulum Gradonicum fugant.* 447
*Gerolzeggium, arx Kuffſtainienſis.* 423
*Germershaim oppidum.* 49
*Gertrudis cum amita ſua Auſtriam gubernat.* 17
*Gertrudis Rudolphi Taciturni filia.* 6
*Gertrud. Vverneri tertij filia.* 5
*Giaradadda.* 447
*Gibellini Pontif. adhærent.* 71
*Gienga Sueuiæ ciuitas.* 254
*Gillenheimus pagus.* 67
*Ginatianum.* 19
*Girardus Comes de Piſa.* 18. 20
*Giſcra Brandinus Boëmus.* 250
*Glaneccerus.* 58
*Glantzenberga arx expugnatur.* 10
*Glarona Heluetiæ pagus.* 106
*Glorium oppidũ incẽditur.* 409
*Gneuoſſiꝰ Dauelicꝰ Polonꝰ.* 126
*Godefridus Baro à Stauffen.* 6
*Godefridus Habſpurgi Com.* 8
*Godefridus Iunior Barbatus.* 5
*Godefridus Vvinsheimius.* 133
*Goldeccerus capitur.* 136
*Gorcomium.* 347
*Goritia obſidetur.* 438. *Maximiliano Caſ. ſubijcitur.* 443
*Gorlitium Luſatiæ ciuitas.* 177
*Gotvvicenſis Abbas.* 277
*Gotzo Müllerus.* 134
*Gotzo à Stauffen Baro.* 132
*Gotzmannus à Baden.* 132
*Gradiſca tormentis quatitur.* (457
*Granata vlterioris Hiſpaniæ vrbs.* 424
*Granmontium oppidum capitur.* 352
*Granſeia expugnatur à Carolo Burgundo.* 311
*Graphmitzerus.* 236
*Grauelinga oppidum.* 379
*Grauelingenſes.* 377
*Grauium Geldriæ oppidũ.* 324
*Grätzenſteina arx.* 143
*Græcia Styriæ vrbs.* 62. 202
*Gregorius Deſpotis filius capitur.* 179
*Gregorius Decimus Pontif.* 14
*Greiffenburgum pagus incenditur.* 245
*Griffena arx.* 56.
*Grieſſenſteinium.* 241
*Gries ditio in com. Tirol.* 165
*Griſones, Rhetiæ populi.* 406
*Griſſenbergicus captus.* 40
*Grunbergum arx Kunringijs adempta.* 54
*Grunbeccius ſcriptor.* 364
*Gruninga oppidũ cum arce in agro Tigurino.* 110. & 129
*Gualterus Requenius.* 351
*Guelphi Cæſari deuoti.* 87
*Guido Comes Flandriæ.* 62
*Guido Himbercurtius.* 308. 320
*Guido Rangonius à Gallis capitur.* 457
*Guido Rubrius Parmenſis.* 377
*Guilielmus Aichſtetenſis.* 308
*Guilielmus Hollandiæ Comes occiditur.* 14
*Guilielmus Bauariæ princeps.* (218. 230. & 465
*Guilielmus Baumeus Arlantiæ dominus.* 341
*Guilielmus Brunſuicenſis.* 168
*Guilielmus Buechaimius.* 260
*Guilielmus Buſentonius fugam capit.* 333
*Guilielmus Croyus Marchio Cheurenſis.* 385. 468
*Guiliel. Egmondanus.* 324. 328
*Guilielmus Grunbergerus.* 190
*Guilielmus Hachbergicus Marchio.* 188
*Guilielmus Haſſiæ regulus.* 422
*Guilielmus Hugonettus.* 320
*Guilielmus Iuliacenſis.* 100. 367
*Guilielmꝰ Marchianꝰ.* 343. 345
*Guilielmus Monacenſis Bauariæ regulus.* 147
*Guilielmus Montfortius, Sangallẽſis Abbas.* 35. 40. 90. 151
*Guilielmus Nogaretus.* 71
*Guilielmus Polymnius Imper. Maximil. medicus.* 476
*Guilielmus Rheinius.* 352. 356. & 359. *decollatur. ibidem.*
*Guilielmus Roggendorffius Germanorũ pfectꝰ.* 461. 472
*Guilielmus Rötelenſis Marchio* (193
*Guilielmus Saxoniæ Princeps.* (211. 230. & 234
*Guilielmus Scharpfenbergicus.* 46. & 59
*Guilielmꝰ Starckẽbergicꝰ.* 165
*Guilielmus Thirſtainius.* 259
*Guinegatana pugna.* 333. 334. (& 335
*Guiſa Picard. ciuit. cũ arce.* 342
*Gumpendorffium.* 260
*Gunſenſes Comites.* 28
*Gunſium oppidum.* 52. & 53
*Gunterus Reinachius.* 133

*Guntra-*

Ayuntamiento de Madrid

*Guntramus Altenburgi Cõ.* 4
*Guntrami vicus ĩ Auſtria.* 250
*Gurzenſis Epiſcopus.* 90
*Gutta Alberti Cæſaris filia.* 79
*Gutta Rudolphi Cæſ. filia.* 26.40
*Guttenberga arx munitur.* 55. (407
*Guttenſtain arx.* 98

H.

*Habordinus Gallos Cameraco pellit* 332
*Habſpurgici Comites.* 3
*Habſpurgum arx conditur.* 4 *deſtruitur à Lucernatib.* 106
*Gachbergenſes Comites.* 11
*Hadamarus Cunringius.* 31
*Hadamarus Sumereccius.* 47
*Haga Hollandiæ.* 337
*Haganoa ad Ludouicum Bauarum deficit.* 17.90.93.425
*Hagnerus à Röttelen.* 133
*Haidenrichus Dapifer.* 260
*Haigerlochius damnis afficitur.* 64
*Haimmãnus ab Eſchentz.* 133
*Hainzemãnus ab Eſchentz.* 133
*Hainzemãnus Rütlingius.* 134
*Hamburgũ Auſt.* 199.209.384
*Hala ad Oenum.* 147.181
*Hala Flãd. exuritur.* 379.436
*Haldemburgum caſtrũ expugnatur.* 9
*Hammanus ab Eſchentz.* 133
*Hammanus ab Ehingen.* 133
*Hammanus Güßius.* 133
*Hammanus Liechtẽfelſius.* 132
*Hammanus Signouius.* 133
*Hammanus à Turicon.* 134
*Hammanus Vviſuuilerus.* 132
*Hanſelinus ab Halvveil.* 133
*Hanſo Kageneccius.* 133
*Hannonia Belgij regio.* 342
*Hannonius militum præfectus capitur.* 405
*Hardeccius Comes.* 162
*Hardnidus Veldonius.* 27.54
*Hartẽberga arx deſtruitur.* 11
*Hartmannus à Bütticon.* 134
*Hartmannus C. Kyburgenſis.* 6
*Hartmannus filius Alberti Sapientis.* 6. *obijt. ibidem.*
*Hartmannꝰ Rudolphi filius.* 34 *ſubmergitur. ibidem.*
*Hartnidus Buchaimius.* 256
*Hartnidus Loſenſtainius.* 259
*Hartungus Traunius* 259.274
*Hartungus Capella.* 274
*Haſenberga incendio vaſtatur.* 135
*Haſlerus Prothonotarius.* 322
*Haßi Germaniæ populi.* 163
*Haſſelea arx capitur.* 355
*Hauaſtain in Auſtria.* 141
*Haulonga arx.* 344
*Hederſdorffium Auſtriæ* 281
*Heduigis Caſimiri Polonorum regis filia.* 310
*Heduigis Friderici ſenioris filia* 181. *obiit. ibidem.*
*Heduigis Habſpurgica deſpondetur Othoni Brandenburgico.* 16
*Heduigis Kyburgenſis.* 6
*Heduigis Hungarica nubit Guilielmo Leopoldi filio.* 124 *moritur.* 126
*Heidelberga in Palatinatu.* 66
*Heilgenbergum ciuitas.* 158
*Heiluuigis Rudolph. Taciturni filia.* 6
*Helfenſtain Comites.* 35
*Helmontium in Brabãtia.* 366
*Heluetij Ergouiam inuadunt.* (152.153.197.248.305.306 *prælio vincuntur.* 469
*Hemus Thraciæ mons.* 222
*Henricus Alberti Cæſaris filius* 79.87.91. *moritur.* 97
*Henri. Alberti ſapientis filꝰ.* 6
*Henricus Anglorum rex.* 385. (462. & 463
*Henricus Atheſinorum præfectus.* 64
*Henricus Baſileenſis Epiſcopus* (11.36.39.
*Henricus Bauariæ Dux.* 14.99. *obiit.* 46
*Henricus Boiorum regulus* 139
*Henricus Cattimelibocus.* 25 *haſta læſus moritur.* 78
*Henricus Carinthiæ Dux.* 73. 83. *Annã Boëmiã ducit.* 66. *fit rex Boëmiæ.* 73.81.82.95. *moritur.* 97
*Henricus Cameracẽſis p̃ſul* 342
*Henric. à Caſtilia ſenator captꝰ* .18. *diẽ obiit extremum.* 20
*Henricus Clingenbergicus.* 35
*Henricus à Clingen.* 133
*Henricus Collius.* 134
*Henricus Colonienſis.* 85
*Henricus Deſnaurius.* 345
*Henricus Egenshaimenſis.* 7
*Henricus ab Eſculo.* 133
*Henricus Fürſtenbergicus Comes.* 204
*Henricus Georgij Podiebradij filius.* 298
*Henricus Geßlerus.* 129
*Henricus Goritiæ Comes Eliſabetham Leopoldi tertij filiã ducit.* 134. *in Carnis tumultum excitat.* 245.246
*Henricus Goritius.* 95
*Henricus Gundelfingerus.* 19
*Henricus Gunſenſis Comes.* 28
*Henricus Hachbergicus Marchio.* 14.24.29.30.31
*Henricus Haſſorum Princeps.* (302. & 308
*Henricus Hisbucus.* 324
*Henric. junior Friderici filꝰ* 17
*Henric. junioris Henrici filꝰ* 17
*Henricus Kunringius.* 28
*Henricus à Lapide.* 133
*Henr. Liechtẽſtainius.* 151.259
*Henricus Lippenſis.* 100

*Henricus*

Henricus Lücenburgius fit Cæſar. 81. Catharinam Alberti filiam ducit. 83. moritur. 84
Henricus Mariſcalcus. 59
Henricus Medlicenſis. 17
Henricus Meinardi Tyrolenſis filius. 113
Henricus Miſniæ Marchio. 24
Henricus Naſſouius. 428
Henricus Nellenburgicus. 104
Henricus Neoburgenſis Cō. 911
Henricus à Noua domo. 298
Henricus Oetingenſis præpoſitus. 23. & 60
Henricus à Pappenheim. 15
Henricꝰ Pfannēbergēſis. 29. 30
Henricus Placius legatus. 74
Henricus præſul Curienſis. 406
Henricus Ptaſco. 172. 174. 175. 176. & 185. moritur. 186
Henricus Ratisbonēſis Ep̄s. 44
Henricus Ratzambuſius. 133
Henricus Regishaimius. 133
Henricus à Rheinach. 132
Henricus Rotenburgicus. 147. (148. & 165
Henricus Schaumburgicus comes. 117. & 118
Henricus Schellēbergicus. 132
Henricus Schörlinus. 30
Henricus Schuendenus Tigurinus. 188
Henricus Sextus Imp. 6
Henricus Spanheimenſis C. 25
Henricus Stockerus. 134
Henricus Strazius. 217
Henricus Streinius. 260
Henricus III. Imperator. 3
Henricus Tyrolenſis. 95
Henricus Vaſlinus. 133
Henricus Vogtius. 256
Henricus Vuallerus. 134
Henricus à Vualdſee. 45
Henricꝰ Vuerdenbergicꝰ C. 85
Henricus VVithemius. 385
Hensbergenſis ager vaſtatur. à Geldris. 405
Henzo Liechteneggius. 133
Herbipolenſis Epiſcopus. 25. 163
Herbipolis Franconiæ vrbs. 22
Herboltſtaina arx comitum ab Helfenſtain occupatur. 35
Herbotus Fullenſtainius Polonus. 30
Hercules Eſtenſis Ferrarienſium Princeps. 393
Hermannus Badenſis. 17
Hermannus Boëmus. 134
Hermannus Ciliæ Comes. 150
Hermānus Friburgicus. 57. 104
Hermannus Geroltzeggiꝰ. 9. 63
Hermānus Grüenbergicꝰ. 129
Hermannus Haſsiæ Landgrauius. 302
Hermānus Landēbergicus. 45. 47. 55. Presburgū obſidet. 70
Hermannus de Magerinus. 134
Hermannus VValdeccius. 42
Hermannus Vualdnerus. 133
Hermānus Vuerdēbergicꝰ 104
Hermānus Vuittēhemius. 133
Hermes Sfortia. 417
Herzogburgum cœnobiū. 264
Heſdinum Arteſiæ. 320. 358
Heſſo Vlenbergius. 5
Hetlingius eques cæditur. 44
Hieronymus Boienſtainius. 133
Hieronymus Gebuilerus. 2
Hieronymus Pragenſis. 159
Hieronymus Vichius regius legatus. 456
Hildegardis Comitiſſa Ferretenſis. 5
Hilderbonius Friderico ſuadet vt Vngariam capeſſat. 236
Hilibrandus Gleſius. 156
Hilibrādus Vueiſenbachiꝰ. 133
S. Hippoliti fanum. 243. 249
Hinco Boëmus capitur. 255. 289
Hinderbacherus. 274
Hirſpergenſis Comes. 68
Hiſpania & Hiſpani. 41. 403
Hofmannus à Biberbach. 133
Hohenloici comites. 65
Hochſtadium ad Danubiū. 72
Holizius Iunior Taboritarum ductor. 177
Hollandia & Hollandi Belgij gens. 338. 339. & 341
Hollerbeccius decollatus. 270
Homburgici Comites. 10
Honorius Quartus Pont. 38
Horanſerus Hofmannus. 134
Horaſditium oppidum oppugnatur. 74
Horatius Malaſpina Taruiſianorum Dux. 122
Horna oppidū capitur. 339. 340
Huberti fanum. 437
Hugo à Glatt. 134
Hugonetꝰ capite plectitur. 321
Hugo Klethius. 134
Hugo Mariſcalcus Baſileenſis Epiſcopus. 13
Hugo Melunenſis. 385
Hugo Montfortius Ioannitarū Magiſter. 199
Hugo Palatinus. 6
Hugo à ſole Baſileenſis Albertū à periculo liberat. 76
Hugo à Taufers Comes. 29. 49 conceſsit fatis. 53
Hugo Tibinus. 123
Hugo Vuerdenbergenſis. 12. (25. 85. & 151
Hulſtium Flandriæ oppid. 374
Hungari Albertum moleſtāt. 37. 52. 53. 64. 110. 173. 182. 196. & 199. ſacram Coronam repetunt. 213
Hurdenus Vicus. 112
Hurnaiſo Germanus eques capitur. 20. & 21
Hurnus à Schönavv. 133
Huſsitæ Boëmi. 159
Hutinus Habartꝰ. 339. 345. 347
Hyems ſæua. 340

Iacoba

Ayuntamiento de Madrid

## I.

*Iacoba Bauara Hollãdiæ Princeps.* 327
*Iacobus Albionus.* 440
*Iacobus Aragonius.* 61
*Iacobus Badenſis Marchio.* 193
*Iacobus Bilinenſium p̃fect⁹* 177
*Iacobus Caballus Veronẽſis* 121
*Iacobus Caſtellio.* 63
*Iacobus Galeotus.* 330.& 331
*Iacobus de Ghiſtellis.* 364
*Iacobus Hochbergicus.* 197
*Iacobus Hornanus Comes.* 428
*Iacobus à Küngelshouen.* 105
*Iacobus Laudenſis Ep̃s.* 156
*Iacob⁹ Domin⁹ de Ruſpurg.* 327
*Iacob⁹ Domin⁹ de Fiennes.* 328
*Iacobus Manlius.* 316
*Iacobus Mezius.* 203
*Iacobus iiij. Scotiæ rex.* 463
*Iacobus Richuinius captus.* 258
*Iacob⁹ Romontius.* 328.333.334
*Iacobus Roſſetus Vrbini præfectus.* 474
*Iacobus Seckelius.* 382
*Iacobus Storckius Viennenſis.* (268.281.282.& 287
*Iacobus Treuirenſis.* 187
*Iacobus Triuultius.* 413
*Iacobus Vvaldburgicus Impe. Rom. Dapifer.* 189
*Iagello Lituaniæ Dux.* 125
*fit Chriſtianus.* 126
*Ianiceri Turcici milites.* 196
*Ianus Fregoſius Genuam occupat.* 459
*Iaſon Mainus Iuris peritus.* 392
*Iaurinum Hungariæ.* 297
*Ibanus Gunſenſis.* 28.37.& 49
*Iberga arx.* 35
*Ibiſſa Auſtriæ.* 25.262
*Ibiſcum vulgò Ipſium.* 295
*Ienſium Hannoniæ.* 366
*Iſanium arx capta.* 376.
*Venetis relicta.* 377
*Iglauia Morauiæ.* 169
*Immerus Strasburgicus.* 104
*Ingolhemiũ oppugnatur.* 422
*Inſubria Italiæ regio.* 88.412
*Inſesdorffium Auſtriæ.* 258
*Inſulæ & Inſulani.* 366.375
*Ioanna Alberti Bauari Hollandiæ & Selandiæ principis filia.* 137
*Ioanna Alberti quarti filia.* 139
*Ioanna Duracia Caroli pacis filia.* 137.& 140
*Ioanna Ferdinandi Calabriæ Ducis filia.* 344. *declaratur regina Hiſpaniæ* 424. *patrẽ ad gubernium reuocat.* 432
*Ioanna Lotharingia.* 166
*Ioanna Ferretana.* 101
*Ioannes Abenſpergicus.* 410
*Ioãnes S. Angeli Cardinal.* 223
*Ioannes Angerfelderus.* 252
*Ioãnes Argentoratenſis Ep̃s.* 77
*Ioannes Auſtriacus patrui ſui interfector.* 76.77.78.80.81
*Ioannes Badenſis Treuirenſis Epiſcopus.* 325
*Ioãnes Baptiſta Columnius.* 313
*Ioannes Baſileenſis Ep̃s.* 119
*Ioannes Bauariæ Dux.* 101.102
*Ioannes de Berges.* 341
*Ioannes Bouerius.* 328
*Ioannes à Brandiſio Giſcra dictus.* 195
*Ioannes Buechaimius.* 200
*Ioannes à Burckhaim.* 134
*Ioannes Burgundiæ Dux à Turcis captus.* 303
*Ioãn. Capiſtran⁹.* 217. 223.224
*Ioannes Carion.* 316
*Ioannes Chalonius Aurantiæ Princeps.* 344
*Ioannes Carous.* 428
*Ioannes Chymaius Comes.* 308
*Ioannes Cluiæ Dux.* 320
*Ioannes Coruinus Matthiæ filius.* 381. *Competitor regni Hungarici.* 382
*Ioannes Cuſpinianus.* 316.466
*Ioannes Dalburgius Vangionum antiſtes.* 410
*Ioannes Dubrauius.* 40
*Ioannes Egmondanus.* 349.385
*Ioannes Ellerbachius.* 105
*Ioannes Emanuelus.* 428
*Ioannes Franc. Picus Mirandulanus.* 455
*Ioannes de Frangepanibus.* 19
*Ioannes Fraunbergerus.* 166
*Ioannes Friderici Brandemburgici filius.* 163
*Ioannes Friſingenſis Ep̃s.* 211
*Ioannes Fuchſius.* 209
*Ioannes Fulachius.* 134
*Ioannes Fürſtenbergicus.* 132
*Ioannes Galeacius Mediolani Dux.* 388.& 393
*Ioannes Goritius Comes.* 98
*Ioãnes Grachius occiditur.* 324
*Ioan. Grachtius decollatur.* 372
*Ioannes Grüenbergicus.* 133
*Ioannes Gruithuſius.* 333
*Ioannes Grumbachius.* 133
*Ioannes Grüningenſis.* 385
*Ioannes de Grutta* 20.& 21
*Ioãnes Habſpurgicus C.* 102.103
*Ioannes ab Hallvveil.* 133
*Ioãnes Haſembergicus.* 131.132
*Ioan. Henrici Bauari filius.* 100
*Ioannes Henricus, Ioannis Lucemburgici filius.* 113
*Ioannes ab Hochdorff.* 133
*Ioannes Hofkirchius.* 260
*Ioannes Huniades.* 195.196. *Turcarum exercitum fugat.* 198.199.202.220.223. *eius mors.* 224
*Ioannes Huſſus.* 159
*Ioãnes Iacobus Triuultius.* 439
*Ioannes ab Irmenſee.* 134
*Ioannes Kirchaimius.* 282
*Ioannes de Laar.* 133
*Ioannes Lanoius.* 328
*Ioannes Lauenius.* 143



Ayuntamiento de Madrid

Ioannes Liechtenbergicus. 67
Ioannes Liechtenſtainius Argẽtoratenſis Ep̃s.117.&132
Ioannes Ligneius. 341.346
Ioannes Lobgaſſius. 133
Ioannes Longiuallenſis. 308
Ioannes Lucemburgicus Henrici Cæſaris filiꝰ. fit rex Boëmiæ. 82.84.90.98.99.166
Ioannes Lupodunus Com. 151
Ioannes Luſitaniæ rex, equo excuſſus moritur. 403
Ioãnes Ludouicus Fliſcus. 414
Ioannes Medicæus. 461
Ioannes Mellius capite plectitur. 321
Ioãnes Molinetus hiſtoricꝰ.331
Ioannes Montfortiorum Dominus. 327
Ioannes Mülfelderus. 284
Ioannes Nauclerus. 316
Ioannes Ochſenſtainius. 131
Ioan.Odenaccerꝰ.263.268.270
Ioannes Peſnizerus 296
Ioannes xij. Pontifex. 97
Ioan.xiij. Põt. 148.149.150.152
Ioannes Paulus Gradonicꝰ.443
Ioannes Poſingicus Comes.245
Ioannes Pottendorffius. 284
Ioannes Preyſingus. 256
Ioannes Quinqueccleſienſis antiſtes. 290.&299
Ioannes Penzenavverus, capite plexus. 423
Ioannes Stella. 441
Iounnes Rabenſtainius. 174
Ioannes Rechbergicus. 197
Ioannès Roccius. 143
Ioannes Rochezanius. 162
Ioannes Rorbachius. 24.248.&252
Ioannes Roſſgonius. 290
Ioannes Rudenbergicus. 133
Ioannes Saxoniæ princeps. 306
Ioannes Schvvartzenburgicus Comes. 132
Ioannes Schvvandeccius. 132
Ioannes Schellenbergicus. 133
Ioannes Schvveizerus. 258
Ioannes Selenbergicus Boëmiæ Cancellarius. 382
Ioannes Sibenhirterus. 256
Ioannes Smiritius Boëmus capite plexus. 217
Ioannes à Sperbersegg. 133
Ioannes Spinellus. 461
Ioannes Stabius. 316.&476
Ioannes Starckenbergicus.259
Ioannes Sternbergicus. 292
Ioannes Stockerus. 134
Ioãnes Stubenbergicꝰ.211.296
Ioannes Stumpfius. 3.&406
Ioannes Tengius Comes. 151
Ioannes Tenitius Orthæ præfectus. 255
Ioãnes Thierſteinius Com. 132
Ioãn.Torerꝰ ab Hornſtain. 165
Ioannes Tranſiluanus. 431
Ioannes Troſnouius Ciſca. 160.161.162
Ioannes Tungenſis. 410
Ioannes Tuſculanus Ep̃s. 41
Ioannes Viteſius præſul Varadinus. 225.&227
Ioannes Vitobitius. 227.230
Ioãnes Vngnadꝰ. 203.211.228
Ioannes Vogelinus. 316
Ioannes Volckensdorffius.248
Ioannes Vttenhoſius decollatur. 372
Ioannes Vvaldburgicus Dapifer Baro. 151
Ioannes Viteſius Veſprinienſis antiſtes. 382
Ioannes Vverdembergicus Comes. 135
Ioannes Vverdenſis, Epiſcopus Friſingenſis. 113
Ioannes à Vvetzhaim. 134
Ioannes Vviſuilerus. 133
Iodocus Barbatus Morauiæ princeps. 137
Iodocus Lalainius Hollandiæ gubernator. 328. Vltraiectum obſidet. 347. Sauciatur. 348. moritur. 349
Iprenſes Flandri. 374.377
Iſabella Ferdinandi Luſitaniæ Regis filia. 403
Iſenacenſes bello petiti. 72
Iſenburgicus Comes. 66
Iſter qui & Danubius. 222
Itha Adalberonis à Kalb filia. 5
Itha Hombergenſis. 5
Iuo Bollingenſis. 135
Iudæorũ facinus punitũ.75.161
Iudæus ariolator. 365
Iudenburgum Stiriæ. 42
Iuliacum Germaniæ inferioris vrbs cum Ducatu. 68
Iulianus Cæſarinus Cardinalis. 163.164
Iuliacenſis princeps. 306.325
Iulianꝰ Cardinalis Oſtien. 326
Iuliæ alpes. 438
Iulius Cæſar Camers. 376
Iulius ſecundus Pontifex. 433. 421.458.459.460.& 461
Iura mõs Galliæ Narbonen.311
Iuſtus Hauſerus. 256

K.

Kalenberga arx. 48
Kalſperga arx expugnata. 272
Kansdorffius. 244
Kenzinga Briſgoiæ. 65
Kermendum oppidulum. 237
Kiburgenſis Comitatus. 8.77 à Tigurinis capitur. 165
Kirchbergici nobiles. 10
Kirchemius iudex. 266
Kircheimerus Vienenſis. 252
Kitzpühla in Tirol. 119
Klingena expugnatur. 11
Knabius Viennẽſis ſenator.270
Koburgum arx. 79
Kötſium arx Stubenbergerorum. 55

Kunegun-

Ayuntamiento de Madrid

Kuſſtainium Tyroli adÿcitur. (119.423.
Kunegundis Maſſouia Ottocari vxor. 17.27
nubit Zauiſio Roſenſi. 33
Künigsfeldenſe monaſterium. (70.& 80
Kunringÿ fratres. 28.53

L.

Laa Morauiæ oppidum. 28.29
Labacum Carniolæ. 187
Lacus Tigurinus. 112
Ladiſlaus Alberti Cæſaris poſthumus.183. Quadrimeſtris coronatur.184.195.in Hungariæ regem eligitur. 198. 203.204.205.210.211.212. 215.coronatur Boëmiæ rex. 216.218.224.226.229.ſubito morbo corripitur. 230. eius mors. 231.232
Ladiſlaus Banus capitur. 199
Ladiſlaus Boëmorum rex. 313
Ladiſlaus Canyſſa in vincula conÿcitur. 227.234
Ladiſlaus Garus Vngariæ Palatinus. 226
Ladiſlaus Ioã. Coruini filius.224 226. capite plectitur. 227
Ladiſlaus Palezius. 236
Ladiſlaus Polocius. 273
Ladiſlaus Stephani Vngariæ regis filius. 29.31. interficitur à Chumanis. 61
Ladiſlaus Suntheimius 2.316
Lambergerus. 221
Lambertus Bambergenſis Epiſcopus. 134
Lancelotus Bellimontius.347. occiditur. 351
Landeccium arx in Tyrol. 119
Lando Hattſtadius. 133
Landishuta Bauariæ. 68.83
Landreſium Hannoniæ. 358
Latina porta Romæ. 394
Lauantum Carinthiæ arx. 92
Lauda Italiæ ciuitas deditione capta. 470.471
Lauſenburgũ ad Rhenũ. 6.165
Laugingia oppidum. 68
Launenſes Boëmi. 177
Laurentius Epiſcopus Ferrarienſis. 293
Laurentius Haydemius. 235
Laurentius Medices. 473
Laurentius Poſonienſis. 260
Laurentius Schvvanzius capitur. 170
Lauſanna ad lacũ Lemãnũ. 16
Lautreccius Odettus. 472
Laxenburgum arx. 136.271
Lazarus Deſpotis filius. 179
Legio Hiſpaniæ vlterioris regnum. 424
Lenzeburgum Ergouiæ. 165
Leodiũ Eburonũ vrbs. 188.343
Leo x. Pontifex. 461.& 469
Leonhardus Goritiæ Com.414
Leonhardus Gurcenſis Epiſcopus. 248
Leonia in agro Vicentino. 457
Leonhardus Vviſmayerus. 243
Leonhardus Triſſanus. 447
Leonora Philippi regis filia.431
Leonſtaina arx. 117.136
Leopoldus I. Alberti Cæſaris filius.78. acer paternæ cædis vindex.80.82. Imperatori egregiam operam nauat 83. 86. nuptias celebrat. 87. in Nemetes mouet.89.90.92. 93.94.96. febre correptus moritur. 97
Leopoldus Aſbachius. 211
Leopoldus Eckerſauius. 145
Leopoldus Henrici Tyrolenſis filius. 113
Leopoldus Kunringius. 28
Leopoldus Schaumbergius Epiſcopus Friſingenſis. 113
Leopoldus II. Ottonis filius.101 immaturo fato obÿt. 102
Leopoldus III. Alberti ſapientis filius. 111. rebus cum Alberto fratre præeſt. 16. 119. Veldkirchienſ. Comitatum emit.120. in Taruiſinos ducit. 121. 122. 124. in Heluetios mouet. 131. Sempachÿ occiditur. 132. Küningsfeldæ ſepelitur. 134
Leopoldus IIII. tertÿ filius contra Heluetios arma ſumit. 134. à Sueuiæ ciuitatibus pacatur. 135. Tyrolenſibus p̃eſt.137. Auſtriacorum odiũ incurrit. 141. 144. Viennæ viuus eximitur. 145
Leoſtadium ciuitas. 422
Leſſendalium arx. 92
Leubenum Stiriæ capitur. 54
Leüchtenberga arx. 296
Leupolsdorfiũ arx capitur. 271
Leutholdus Bernfelſius. 133
Leutholdus Mülheimus. 132
Leyda Hollandiæ oppidum.340
Leyta Auſtriæ amnis. 242
Libonitium Stiriæ oppidũ. 47
Liburnum Hetruriæ portus. (203 & 401
Liebhartus Holzeri perfidiam detegit 268
Lieta arx Hannoniæ. 335
Ligniacũ à Venetis captũ. 462
Ligninus Gallis præfectus. 413
Ligures Italiæ populi. 122
Lilertum oppid. exuritur. 335
Limagus Heluetiæ fluuius. 107
Lindouia ad lacũ Acroniũ. 403
Lincium Auſtriæ. 33.44 60. (100.281.291.
Liningenſes Comites. 65
Linzũ ad Rhenũ obſidetur 306
Liris ſeu Gariglianus Campaniæ fluuius. 421
Liſa amnis Flandriam interſecans. 378



Ayuntamiento de Madrid

Liſontius Fori Iulij amnis. 457
Lituania Sarmatiæ regio. 125
Liuianus Venetorũ Dux. 442
Londinum Angliæ. 428
Longobardi Italiæ populi. 309
Lauſanna ad lacum Lemanum. 193.200
Loſum caſtrum capitur. 344
Louaniũ Brabantiæ caput. 323. (344.& 377
Luboca Vngariæ arx. 44
Lucas Piſanus. 376
Lucenburgum ꝓuincia. 81.336
Lucenſes libertatẽ emũt 38.129
Lucerna Heluetiæ ciuitas. 103 (106.& 107
Lucius à Bernfels. 133
Lucius Maluetius. 449
Ludouicus Arminiacus Nemurij Dux. 417
Ludouicus Aurelianenſium princeps. 397
Ludouicus Barbatꝰ Bauarus 95
Ludouicus Bauariæ Princeps. (211.239.308.322.327
Ludouicus Bauarus Brandenburgenſis Marchio. 113.114
Ludouicus Bauarus Palatinus Rheni. 188.239
Ludouicus Borbonius Leodienſis Epiſcopus. 320.343
Ludouicus Brandenburgicus Marchio. 104.107
Ludouicꝰ Brãdeſtꝰ capitur. 407
Ludouicꝰ Carinthius. 56.57.61
Ludouicus Caroli Galliæ regis filius. 197.318
Ludouicus Cornetius. 334
Ludouicus xj. Gallorũ rex. 301 Carolum Burgundum odit. 306. Attrebatum deditione capit. 323.325. nuptias Maximiliani impedire conatur ægrotat. 341. valetudinem recuperat 343. apud Turonos in Galliis moritur. 349
Ludouicus Gibboſus Bauarꝰ. 95
Ludouicꝰ Gruithuſius. 320.328
Ludouicus Helfenſteinius. 197
Ludouicus Hombergẽſis Co. 44
Ludouicus Hungariæ rex. 122 123. moritur. 124
Ludouicus xij. Gallorum rex prius Aurelianenſiũ princeps. 397. 404. fœdus cum Heluetijs ferit. 407. Mediolanũ inuadit. 412.414.417. pacem cum Auſtriacis facit. 419. fœdus renũciat. 430 433. Venetis bellum denunciat. 441. 442. 444. 453. 461. moritur. 466.
Ludouicus Maraſinus. 330. ob auaritiam & peculatũ malè audit. 331
Ludouicus Meinardi filius. 61
Ludouicꝰ Oetingenſis 7.35.104
Ludouicus Palatinus. 15.16. (25.60.151.153
Ludouicus Palatinus Bauariæ Dux. 84. in Regem Rom. eligitur. 85. contra Auſtriacos arma ſumit. 86. 87. 90. Fridericum Auſtriacum prælio victũ capit. 91.93.94. nouũ creat Pontificẽ. 97.100.102. in venatione apoplexia tactus moritur. 103
Ludouicus Pannonicus 432
Ludouicus Pius Palatinus. 302
Ludouicus Saleſſius. 331
Ludou. S. Cæciliæ Cardinal. 189
Ludouicus Sfortia. 388.391. (409.412.& 413
Ludouicus Tyrolenſis 112
Ludouicus Vladiſlai Hungari regis filius. 467.468
Ludouicus Vuitteſteinius. 320
Lugdunum Batauorũ. 14.340
Luna Boëmiæ oppidum. 74
Lupodunenſes Comites. 130
Luſinitius Boëmiæ amnis. 160
Lutetia Pariſiorum. 69
Lutfridus Schieſſer. 134
Lutoldus Künringius. 46.54
Lutoldus Schafferus. 134
Lycus Rhætiæ fluuius 65

M.

Machtildis Rudolphi Habspurg. filia. 33.56. moritur. 72
Madrigalegium Hiſpaniæ. 469
Magdalena Polonia deſpõdetur Laurentio Medicæo. 475
Magdalena Francica Ladiſlao Boëmiæ deſponſa. 228
Mahometus Turcarum Tyrannus. 222.223.
Maienfelda capitur. 407
Mainardus Com. Tyrolẽſis 14
Malanoiũ Hannoniæ arx. 335
Malantiũ Rhætiæ pagus. 407
Malſium Vallis Venuſtæ pagus. 399.409
Manfredonia Apuliæ opp. 207
Mangonalꝰ p̃fectꝰ Montis. 355
Manerſdorffius capitur. 270
Manneſius Tigurinus. 105
Maranum maritimum Fori Iulij oppidum. 464.465
Marcus Antonius Columna militum præfectus. 471.472
Marcus Barbus Venetus Cardinalis. 300
Marcus Beliſarius ciuis Taruiſinus. 446
Margaretha Auſtriaca veneno tollitur. 17
Margaretha Alberti Sapienti filia. 111. Morauiæ principi nubit. 112
Margaretha Eboracenſis. 313
Margaretha Friderici ſecundi Imp. filia. 63
Margaretha Friderici ſeniorus filia. 181
Margaretha Guilielmi tertij Batauarũ principus filia. 327

Marga-

Ayuntamiento de Madrid

Margaretha Maultaſch, Henrici Carinthij filia. 90. celebrat nuptias cum Ludouico Bauaro. 113. Rudolpho Tyrolim donat. 114. & 115
Maragaretha, Maximiliani filia Carolo Delphino deſpõdetur. 336. 346. 347. Philiberto Sabaudio nubit. 403
Margaretha Meinardi Tyrolenſis mater. 112
Margaretha Zinzẽdorffia. 203
Margeſia Venetæ ditionis vaſtatur. 464
Maria Caroli Burgundi filia nubit Maximiliano Friderici filio. 301. 321. 342. 343. filiũ parit Philippũ. 330. 336.
Maria Ludouici regis Hungariæ filia. 124
Mariæ Cellæ monaſterium Auſtriæ ſpoliatur. 285
Mariæburgum obſidetur. 336
Maria Philippi regis Hiſpaniæ filia. 432. 460
Marinus Capeccius. 20. 21
Marquardus à Vualdeck. 133
Marrhani Maurorũ reliqæ 475
Martinus Malterer. 132
Martinus Polheimius. 341
Martinus Pontifex. 162
Marus Auſtriæ fluuiꝰ. 29. 290
Martha Alberti ſapiẽtis filia. 6
Matthæus Langius. 437. 461 fit Cardinalis. 464
Matthæꝰ Luſitanꝰ medicꝰ. 313
Matthæus Treütz. 29
Mathias Coruinus. 224. fit Vngariæ rex. 235. 236. 238. 273. 292. 293. 296. 297. 298. 310. 313. 314. 331. 336. 344. 347. 358. 380. apoplexia tactus moritur. 381
Mathias Mechouita. 466
Mathias Nakauitius. 260
Mathias Paiardus. 360
Mathias à Spaur. 256
Mathias Spirenſis Ep̃s. 308
Mathias Vueſpriniẽſis Ep̃s 184
Mathias Vuihelmarus. 256
Matreium Municipiũ in Tyrolenſ. Comitatu. 119
Maurbachium Carthuſianorũ Cœnobium in Auſtria. 97
Mauri ex Hiſpania eiecti. 403
Maurus Kuſſenbergicus. 133
Maximilianꝰ I. naſcitur. 237. 238. 301. 305. eius in legendis hiſtoriis diligentia. 316. nuptias celebrat. 325. 326. aurei Velleris ordinem ſuſcipit. 328. Gallos vincit. 335. Hollandos compeſcit. 336. 337. 340. 342. 344. Carolo Delphino filiam Margarethã deſpondet. 346. 350. 351. fit Rex Romanorũ. 365. Brugis capitur. 370. Auſtriã ab Vngaris recipit. 382. Albam regalem capit. 383. Engadinorũ agros vaſtat. 409. bellũ contra Gallum ſuſcipit. 413. Boëmos cædit. 422. Iter in Italiã parat. 431. Imperatoris titulum aſſumit. 437. cõtra Venetos exercitũ ducit. 438. inducias cũ ipſis facit. 458. cum Vngariæ, Boëmiæ & Poloniæ regibus conuenit. 467. eius in Italiã expeditio. 470. in ſequentibus omnibus vſq; ad finẽ libri.
Maximilia. Sfortia. 459. 469
Mayſauia arx. 54
Mechtildis Ludouici Palatini filia. 200
Mechlinia Brabantiæ. 347
Mechlinienſes. 352
Meckmüla ĩ palatinatu. 422
Medemblicum Hollandiæ. 474
Mediolanum Inſubriæ vrbs. 1. 83. 417. 456
Medlicenſis Abbas. 277
Medlinga Auſtria oppid. 264
Meduacus hodie Brenta Italiæ fluuius. 448
Meienburgum exuritur. 130
Meinhardus Goricienſis. 119
Meinhardus à Noua domo. 168 174. Boëmiã gubernat. 186
Meinhardus Ludouici Principis Tyrolenſium filius. 112
Meinhardus Tyrolenſis Comes. 14. 25. 29. 32. 34
Melchior Maſmünſterus. 371
Melchior à Meckau Brixinẽſis Epiſcopus. 430
Melicum Auſtriæ. 250
Mellinga Ergouiæ. 165
Meranũ Tyrolis caput. 157. 408
Merenbergici. 31. 42
Merſpurgũ ad Acroniũ. 158
Meterſdorffium obſidetur. 52
Methymna campi Hiſpaniæ ciuitas. 424
Michaël Burggrauius Magdenburgicus. 203. 233. 236
Michaël de Berges. 340. 345
Michaël Condæus. 334
Michaël Vuolckenſteinius. 397
Michaël Orzagus. 226
Middelburgum Selandiæ metropolis 427. 474
Milota militiæ præfectus. 31
Mincius Lõbardiæ fluuius. 470
Mirandula Italiæ ciuitas. 454
Miſnenſes Germaniæ popu. 27
Miſtelbachium Auſtriæ. 31
Modina alias Mutina Galliæ Togatæ vrbs. 206. & 466
Mœnus Franconiæ fluuius. 85
Mörſij Comites. 405
Mötſchij Germani virtus. 237
Moguntia. 17. 64. 65. 86. 187
Moguntinus Archipræſul. 14. 25. 68. 163. 188.
Mohacium oppidũ. 468. 469
Molhemium in Vbiis. 308



Ayuntamiento de Madrid

*Mollenburgum arx expugnatur.* 54
*Mompenſerius Prorex.* 397
*Monachium Bauariæ.* 72.112
*Monaſterium oppidum exuritur.* 12
*Mongioius fecialis Ludouici Gallorum regis.* 441
*Monſiliciũ oppidũ Italiæ.* 448
*Monsbelgardius.* 42
*Mons acutus.* 327
*Monsfalconis Venetæ ditionis occupatur.* 465
*Mons D. Virginis.* 355
*Montaniana capitur.* 448
*Montenſis regulus.* 188
*Montfortij Comites.* 12
*Montignius.* 356. & 360
*Montisbelgardicus ager.* 193
*Montisferratum.* 400
*Moraui & Morauia.* 27.70. (162.164.310.
*Moretum capitur.* 42.311
*Mörſpergij Barones.* 132
*Moroſticum capitur.* 453.462
*Moſa fluuius.* 304. & 324
*Motra Venetæ regionis.* 124
*Mulbrunnũ expugnatur* 422
*Müldorffium obſidetur.* 34. (91. & 115
*Mülhuſium Suntgouiæ.* 9. 72
*Münſterdaliũ inuaditur.* 406
*Mura Stiriæ amnis.* 54
*Murienſe Cœnobium.* 5
*Muſca Anglus.* 333
*Muſenburgum capitur.* 25
*Myſia ſuperior nũc Raſcia* 178

N.

*Nabus Norici amnis.* 425
*Naerdamum Hollandiæ.* 339
*Namurcum ad Moſam oppidum.* 336.437
*Nanceiũ ciuit. capitur.* 311.312
*Naonis portus.* 438
*Napurgum oppidum.* 91
*Naſſouius capitur à Cordæo.* (367. & 436
*Natiſo amnis Italiæ.* 447
*Nauclerus hiſtoricus.* 2
*Neapolis Auſtriæ adijcitur Leopoldo Probo.* 28. 55. 119. (143. 358 & 382
*Neapolis Campaniæ vrbs.* 429
*Nemetes ſiue Spirẽſes.* 66. 418
*Neoburgenſes Comites.* 11
*Neoburgum ad Rhenũ Auſt. Princ. opp.* 11. 16. & 98
*Neoburgum ad Oenum.* 11.33. (83.165.242. & 261
*Neomarcha oppid. capitur.* 68.
*Neoportum Flandriæ opp.* 377.
*Neoſtadiũ oppid.* 100. 405. 422
*Neſmel pagus.* 180
*Neuenburgicus Comes.* 165
*Neuhuſia arx expugnatur.* 118
*Neuſidelium in fin. Hung.* 139
*Nicer Germaniæ fluuius.* 86
*Nicolaus Bamfij.* 391
*Nicolaus à Bebenheim.* 132
*Nicolaus Bobelhemius.* 133
*Nicolaus Bock eques auratꝰ.* 86
*Nicolaus Campobaſſæus Neapolitanus.* 309. & 313
*Nicolaus Chiupar Tranſyluaniæ præfectus.* 298
*Nicolaus Crottendorffius.* 206
*Nicolaus Cuſanus Epiſcopus Brixinenſis.* 243. & 248
*Nicolaus Ernſtiꝰ capitur.* 270
*Nicolaus Fluſtardus.* 143
*Nicolaus Götſchius.* 133
*Nicolaꝰ Liechtẽſtainiꝰ.* 46.278
*Nicolaꝰ Longimãnus.* 203.287
*Nicolaus Oſtienſis Eps.* 71
*Nicolaus Pontifex.* 204
*Nicolaus Priulus Roboreti oppidi prætor.* 376
*Nicolaus quidã diuinator.* 229
*Nicolaꝰ Statauuerꝰ capitur.* 55
*Nicolaus Vilachus Croatiæ præfectus.* 235.236.238.294
*Nicolaus Vndernhimel.* 143
*Nicolaꝰ Vrſinus Pitilianꝰ.* 441
*Nielum in Vbijs.* 308
*Nicopolis Bithiniæ.* 196
*Nidouij Comites.* 10
*Nigra Sylua.* 90
*Niuellani Brabantini.* 377
*Nobilitas vera quæ.* 2
*Nolæ regulus.* 442
*Nomium arx capitur.* 376.377
*Nordlinga Sueuiæ.* 72
*Noricus ager.* 74
*Norimberga.* 17. & 73
*Nouaria obſidetur.* 397.412
*Nouoforum arx.* 92
*Noueſium Vbiorum oppidum obſidetur.* 36.304
*Nouiodunũ Geldriæ ciuit.* 471
*Nouium oppidum capitur.* 403
*Nuſdorffium Auſtriæ.* 270
*Nyſſa Sileſiæ ciuitas.* 201

O.

*Ochſenſtainij comites* 63.66.67
*Octo veteres Pagi.* 265
*Odomarifanum.* 379
*Oenifontes.* 408
*Oenipontanum conſilium vulgo Regimen.* 406
*Oenipontũ incẽdio perit* 56.157
*Oeniuallis depopulatur.* 54
*Oenus.* 24.82. & 83
*Oliuerius Damꝰ tonſor.* 319.324
*Oliuerius Croyus capitur.* 334
*Oliuerius Femellardus.* 345
*Oliuerus Marchianus.* 308
*Ollius Italiæ amnis.* 470
*Olomucium Morauiæ Vrbs.* 73. (248. & 290
*Onaſſus amnis.* 136
*Opitergium Venetorũ opp.* 124
*Oppauia Sileſiæ.* 33.177.210
*Oppenhemium.* 34.85
*Orta arx obſidetur.* 240.245
*Ortẽburga arx capi.* 29.83.245
*Oruietum Tuſciæ oppidũ.* 397


*Oſtenda*

Ayuntamiento de Madrid

Oſtenda Flandriæ oppidū. 380
Oſvvaldus Eitzingerus. 240
Oſvvaldus Reichvvolſius capitur. 252.263
Oſvvaldus VVigerus. 134
Otho Alberti Cæſaris filius. 79. 83.98. obiit. 101
Otho Bauariæ Prīceps. 218.381
Otho Ochſenſteinius. 6
Otho Habſp. Rapatonis filius. 5
Otho à Rotenegg Ratisbonenſis Epiſcopus. 37
Otho Ruperti Palatini filꝰ. 421
Ottobertus ſiue Ottobrechtus Auſtraſiæ rex. 4
Ottenſchlagum arx. 54
Ottmarſena capitur. 11
Otto Bauariæ Dux. 25.37.54. 60.65. fit Rex Vngariæ. 71. 82.83. moritur. 84
Otto Bauariæ Prīceps, & Marchio Brandenburgenſis. 114
Otto Berchtolſdorffius. 28
Otto Brandēburgicꝰ cognomine Longus Ottocari ex ſorore nepos. 32.58
Otto Carinthius. 57
Otto Fuchſius eques Francꝰ. 101
Otto Grauſeius Burgundus. 76
Otto Habſpurgi Comes cæſus. 5
Otto Hochbergicꝰ Marchio. 132
Otto Liechtenſteinius. 29.32
Otto Morskircherus capitur. 55
Otto à VValtburg Dapifer. 132
Otto VViſeneccius capitur. 42. (46.& 59
Ottocarus Boëmiæ rex. 8 ambit imperium. 15.17.22. 24.26. occiditur in p̄lio. 31

P.

Padus Italiæ fluuius. 470
Pætouia capitur. 336
Palicia Dux belli. 457
Pancratius à Planckēſtein aula eijcitur. 217.277
Pancratius Polonus. 200
Pancratius Zentmiclus. 234
Papia Inſubrum. 393
Paris Lodronius Comes. 165
Pariſij Galliæ caput. 416
Paromꝰ Viennenſ. capitur. 270
Patauiū & Patauini. 203.443. (449.
Patauiū ad Danubiū ciui. 24.83
Paterniacum capitur. 311
Paulinus Curſius. 448
Paulus Banfij. 226.236
Paulus Barbus Venetus. 431
Paulus Chiniſius. 383
Paulus Lauredanus. 118
Paulus Liechtēſtainiꝰ. 410.428
Paulus Linduanus. 235
Paulus Luencken. 32
Paulus Madaratzꝰ captꝰ. 227
Paulus Nonius decollatus. 433
Pechſtalium arx. 54
Pelſina ciuitas capitur. 160.310
Pelſinenſes Boëmi. 168
Peregrinus Buechaimius. 146
Perona Galliæ. 319
Perpennianum vrbs. 388
Peſthum Vngariæ. 227
Petra arx Tyrol. 376.& 439
Petrus Althamerus. 260
Petrus Andlouius. 132
Petrus Aragoniæ rex. 21
Petrus Arbergicus Baro. 104
Petrus Bolſenhemius. 133.132
Petrus Borbonius. 347
Petrus Boſſutius. 341
Petrus Comorouius. 310
Petrus de Corbaria fit Pont. 97
Petrus Engelbertus Maximiliani primi præceptor. 315
Petrus Gauerenſis. 345
Petrus Gerſo decollatur. 372
Petrꝰ Ghiſius p̄fectꝰ Venetꝰ 438
Petrus Hagenbachius 305
Petrus Iuſtinianus. 445
Petrus Landus Venetus 460
Petrus Lanoius. 385
Petrus Landſpergicus. 133
Petrus Longicollius. 368
Petrus Lützenburgicus ſancti Pauli Comes. 328.330
Petrus Medicæꝰ Florētinus. 393
Petrus Mentenoius. 351
Petrus Motta. 464
Petrus Mörſpergicus Baro. 132
Petrus Nauarrus. 421
Petrꝰ ab Ouo p̄tor Brugēſis. 369
Petrus Polvveilius Baro. 132
Petrus Ratſamhuſius. 133
Petrus Richius Moguntinus. Archiepiſcopus. 39.84.90
Petrus Slanderſpergius. 132
Petrus Sporus miles. 156
Petrus Straſſerus. 235
Petrus Thierſtainius. 132
Petrus Velſenhemius. 133
Petrus Vrrea Ferdinandi regis legatus. 455.& 461
Petrus Zuiretitius Taboritarū ductor. 177
Petzēdaliū Salinis celebre. 54
Peurbachium oppidum expugnatur. 117
Peterſdorffium capitur. 313
Pfeffinga Heluetiorum. 129
Philibertus Sabandiæ dux. 403
Philibertus Verienſis. 428
Philppus Auſtriacus naſcitur 330. Buſcum ducis proficiſcitur. 341. ordinis comitia celebrat. 385. Saxonem cōtra Geldrū mittit. 405. in Galliam & Hiſpaniam tendit. 416.417.419. Margarethā ſororem viſitat. 420.
Philippus Beuerenſis. 333
Philippus Bonus. 303
Philippus Burgundiæ regulus. (168.& 328
Philippus Cliniæ Dux. 344
Philippus Cominæus. 318
Philippus Cordæus. 333
Philippus Creuecuriꝰ. 319.327
Philippus Gallorū rex. 62,67.81




Ayuntamiento de Madrid

*Philippus Loëtus capitur.* 371
*Philippus Naſſouius* 72.410
*Philippus Burgundus Ottonis filius.* 303
*Philippꝰ Palatinus elector.* 421
*Philippus Pottius.* 328
*Philippus Princeps Belgarum.* (403.& 413
*Philippus Rauenſtainius.* 329
*Philippus Sequanorum Princeps.* 145.& 303
*Picardia, & Picardi.* 119.393
*Pilgrinus Buechaimius Epiſcopus Salisburgenſis.* 115
*Pincia vulgo Valledolid. Hiſpã. Tarraconenſis vrbs.* 421
*Pinziualla Fliſcus.* 38
*Piſæ & Piſani.* 81.203.395.394. (& 444
*Piſaurum Piceni ciuitas.* 414
*Piſcaria expugnatur.* 446
*Piſinium arx Iſtriæ.* 443
*Piſonum vulgò Bolzanum.* 437
*Pitilianus Comes.* 442
*Pius Carpenſis.* 451
*Pius II. Pontifex.* 21.264
*Placentia ciuitas.* 393
*Plauis ſeu Anaxus fluuius.* 438
*Pleſsium Caſtellum.* 341.416
*Pludenz in Valle Druſiana* 170
*Plumbinum ſiue Portus Traianus.* 206
*Polonia & Poloni.* 69.195
*Polhaimius Germanus cognomento Magnus.* 334
*Pontes oppidum ad Muram amnem.* 54.382.467
*Ponterlinum capitur.* 311
*Portus Fori Iulij oppidum.* 124
*Poſinga occupatur.* 25
*Poſingicus Comes.* 289
*Poſonium vulgò Presburgum.* (52.70.& 212
*Pottẽdorffius Georgꝰ.* 288.289
*Praga Boëmiæ metropolis.* 27. (64.160.& 234
*Præzorouia obſidetur.* 164
*Praitfelderus.* 48
*Premiſlaus Ottocari Boëmorũ Regis pater.* 17
*Pretigouia tractus ad montem Rheticonem.* 411
*Probus Tullenſis Ep̃s.* 41.67
*Procopij Taboritarũ p̃fecti* 162
*Procopius Morauiæ Marchio, Iodoci Barbati frater.* 138
*Procopiꝰ Rabenſtainꝰ.* 185.250
*Proſper Aſculanus legatus Pontificius.* 336
*Proſper Columnꝰ capitur.* 397
*Pſittacigerorum factio.* 11
*Pullendorffium deuaſtatur.* 57
*Pulſtium Carinthiæ oppid* 57
*Purentrutum arx.* 36.& 119
*Pureſius Gallus occiditur.* 334
*Puſterlenſe ſuburbium Vincentiæ.* 450

Q.

*Quercetum oppidum vulgò Cheſnoij.* 329
*Quintiniſanum oppidum in Veromanduis.* 342

R.

*Rabenſtainium Carinthiæ arx incendio vaſtatur.* 57
*Racos Vngariæ campus vbi comitia haberi ſolent.* 198
*Raccolſpurgum.* 37.199.336
*Radegundis Caroli Septimi filia.* 166.& 399
*Rapato Altemburgi & Habſpurgi comes.* 5
*Raperſuuilla ad lacum Tigurinum.* 102.103.129.191
*Raphaël Leſcinius Polonus.* 297
*Raphaël Volaterranꝰ ſcriptor* 2
*Raſcia ſuperior Myſia.* 178
*Raſpruggum Hiſtriæ.* 448
*Ratisbona ſeu Reginoburgum.* (110.299.388.& 422
*Ratemannum Carin[illegible]æ.* 54
*Ratolſicella ad lacũ Venetũ.* 155
*Ratſtadium Carinthiæ.* 58
*Rauenna Italiæ.* 458.459
*Rauus Liechtenſteinius.* 133
*Reatæ Italiæ monaſterium.* 18
*Rechnitium arx.* 52
*Regensberga arx.* 10
*Reginaldus Burgundus Montisbelgardi Comes.* 36.41.43
*Regius mõs Boruſsiæ ciuitas.* 17
*Reichenſteina expugnata.* 33
*Reinbertus Eberſdorffius.* 252
*Reinhardus Vangionum Epiſcopus.* 308
*Rembertus à Rechberg.* 331
*Rembertus à Vvaldſee.* 139. (146.160.259.& 291
*Renaldus Rozgonius incendiariorum ductor.* 199
*Renatus Brockhuſius.* 308
*Renatus Lotharingiæ dux.* 306
*Rhetico mons.* 411
*Rheinhardus Montbelgardius comes.* 132
*Rheinvvalda expugnata.* 54
*Rhenaugia.* 34
*Rhenus fluuius.* 16
*Rhetium Auſtriæ.* 162.& 358
*Reutlinga fit ciuitas.* 35.& 121
*Richar. Borbonij Sacellanꝰ* 343
*Richardus Cornubiæ Comes coronatur in Cæſarem.* 14
*Richardus Reburſa in patibulo ſuſpenditur.* 20.21
*Richenſa Rapatonis filia.* 5
*Richenſa Vverneri tertij filia* 5
*Richenſeum exuritur.* 130
*Richouinus Vienna pulſus.* 274
*Riethum Bauariæ oppid.* 83.115
*Rimagum Vbiorum.* 306
*Rindfleiſch Iudæor. p̃ſecutor.* 75
*Rinfelda expugnatur.* 11. *Ottoni Auſtri. pignori datur.* 98
*Ripa Benaci lacus oppidũ.* 375. (& 439


Ripalta

Ayuntamiento de Madrid

Ripaua capta incenditur. 442
Ritten ditio in Co. Tirolēſi. 165
Robertus Apuliæ rex. 102
Robertus Barienſis gladio confoditur. 20. 21
Robertus Flandriæ comes. 21
Robertus Gaguinus rerū Gallicarum ſcriptor. 324
Robertus Sanſeuerinas. 376 ſubmergitur. 377. 439
Robertus à Marca. 436
Roboretum Comit. Tirolenſis oppidum. 375. 439. & 472
Rodericus Burgenſis Eps. 178
Rodemarcum oppidum. 337
Rogerius Buſſus. 21
Roggenzana factio. 212. 234
Rolandus magnus Cāpana. 362
Roma totius orbis caput. 16
Romontius Flandrorum præfectus. 354
Romolſpergium arx. 37
Rora arx proditur. 12
Rore comitatus capitur à Lucernatibus. 565
Roſhemium Alſatiæ. 93
Roſembergicus Boëmus. 209
Roſendalium monaſteriū. 167
Roſſelmānus Colūbariæ p̄tor. 9
Rötelenſes Comites & Marchiones. 274
Rotemagum. 166. eius Cardinalis. 434
Rotemburgum Heluetiorū. 206
Rouigium Comitatus. 206
Rubeacum Alſatiæ ciuitas. 65
Rudigerus Baltramenus. 25
Rudigerus Stubenbergicus. 25. 202. & 276
Rudolphus Analtinus princeps (447
Rudolphus Angerfeldius. 143
Rudolphus Bellenzonus. 148 ſupplicio afficitur. ibidem.
Rudolphus Ottonis Habſpurgici Comitis filius. 5
Rudolphus Habſpurgenſis cognomento Taciturnus. 6
Rudolphus Rudolphi Taciturni filius. 6
Rudolphus Habſpurgicus ī Auſtriaca familia I. naſcitur 7 Annam Hohenbergicā ducit. 8. in Rom. Regem eligitur. 15. in Ottocarum expeditionem parat. 24. 25. 26. et 28. eius victoria. 30. Illius vxor moritur. 33. in VVirtembergicum bellū mouet. 35. celebrat ſecūdas nuptias Baſileæ. 37. Bernam tentat. 40. Montis belgardū capit. 42. Veſontionē obſidet. 43. Albertum filium ſucceſſorē cupit. 49. Febri correptus moritur. ibidem.
Rudolphus ſecundus, Rudolphi I. filius Sueuiæ Dux. 32. ex hac vita emigrat. 44
Rudolphus tertius Alberti I. filius. 67. in regem Boëmiæ eligitur. 74. ventris profluuio perit. 75
Rudolphus quartus, Alberti ſapientis filius. 111. & 112 Comitatu Tirolenſi donatur. 114. & 115
Rudolphus Brunus. 105
Rudolphus Erlachius. 193
Rudolphus Epiſcopus Lauantinus. 286
Rudolphus Habſpurgic⁹ Suntgouiæ comes. 4. Cænobij Mariæ cellæ fundator. ibidem.
Rudolphus Horuſtius. 134
Rudolphus Hünebergicus. 133
Rudolphus Habſpurgicus Epiſcopus Conſtantienſis. 34. 64
Rudolphus Hoheneccius Cæſaris per Italiam Vicarius. 37. fit Epiſcopus Salisburgenſis 38. cùm Bauaro de Müldorfſio cōtendit. 39. diē obijt. 44.
Rudolphus Palatinus Bauariæ Dux. 64. 67. fœd⁹ init cōtra Albertum Cæſarem. 68. Alberto conciliatur. 69. 83. 84.
Rudolphus Rhinius eques Baſileenſis. 30
Rudolphus Sileſiæ dux. 193. 203
Rudolphus Sultzius Com. 279
Rudolph⁹ Kiburgic⁹ C. 127. 128
Rudolphus Lobgaſſius. 133
Rudolphus Vanſdorffius. 42. 56
Rudolphus Vvarthius, Alberti Cæſaris interfector. 78. profugit in Burgundiam. 79. in rotam agitur. 80
Rudolphus à Vvahingen. 132
Rudolphus Vverdēbergic⁹. 104
Rumholdus à Ramſtain. 17
Rupacio vicus ad Atheſim. 376
Rupertus Adolphi Cæſaris filius. 64
Rupertus Bauarus Colonienſis præſul. 302
Rupertus Burgundiæ Dux. 43
Rupertus Creuzerus. 271
Rupertus Montenſis, Badenbornenſis Eps. 1[illegible]6
Rupertus Palatinus. 115. fit Cæſar. 137. moritur. 145
Rupertus Palatinus, Philippi electoris filius Boëmos conducit. 422. moritur. 423
Ruſa Heluetiæ amnis. 78
Ruſtmannus Reinachius. 133
Ruſcinonenſis ager. 388
Ruſpachium Auſt. oppid. 141
Ruſſelingus Vvarthij famulus 78. rotæ imponitur. 79
Rutmannus Küuigſteini⁹. 133

S.

Sabaria Pannoniæ à Germanis expugnatur. 382
Sabaudia, Galliæ Narbonenſis regio. 400



Ayuntamiento de Madrid

Sabina Alberti Boiorum Ducis filia. 405
Sacardi Soncini ſtratagēa. 446
Sacer mons. 120
Salernitani. 19
SaleZarius Sanmartini Dominus. 333.338
Salisburgum. 188
Sanbenedictum. 55
S. Angeli caſtrum. 204
S. Arbogaſti monaſteriū. 117
S. Berchtoldi vicus. 181
S. Crucis oppidum. 151
S. Crucis porta Brugis. 368
S. Crucis ſuburbium Baſileæ exuritur. 12
S. Georgij vallis Alſatiæ vaſtatur. 13
Sancti Ioannis mons oppidum expugnatur. 394
S. Marcꝰ Venet. patronꝰ. 447
S. Pauli caſtell expugnatur. 384
S. Viti oppidum. 56. & 57
Sangallum Heluetiæ 194.411
Sanmargretum. 52
Sanmartini arx. 438
Sanandræanus Baro. 332
Sargans Rhætiæ comitatꝰ. 120
Sauus Pānoniæ flu. 179.198.223
Sauona Inſubriæ. 435
Saxones German. populi. 27
Saxumplebis Caſtrum. 464
Sbinco Lepꝰ præſes Pragæ. 217
Scala inuaditur. 453
Scardæonius ſcriptor. 124
Scara Columnenſis. 71
Schaffhuſium Ottoni Auſtriaco oppignoratur. 34.98.410
Scharbo Berlichuſius. 133
Schellenbergici Comites. 40
Scherdinga inferioris Bauariæ oppidum. 33. & 83
Schiltberga arx. 72
Schloßberga arx in Tyroli. 119
Schnabelburgum arx Eſchibachij. 79
Schöneggiū arx expugnatur 33
Schonberg prætor capitur. 287
Schrattendalium. 217
Schvveinvvart pagus. 246
Schvveitzerus arcem Kalsbergam occupat. 272
Scluſa oppid. obſidetur. 359.386
Sdenco Sternbergicus. 230.298
Sebaſtianus Roſsgonius capitur. 227.234
Sebaſtianus Ziegelhauſerus capitur. 253.258
Secconium ſpoliatur. 12.165
Sedunenſis Cardinalis. 471
Seleſtadium fœdus cum Auſtriacis facit. 93.305
Selijmus Turcarum Tyrannus obijt. 474.475
Selzium Alſatiæ. 117
Sembachium oppidum & Sembachienſis pugna. 130.131
Semouitus Maſſouiæ Dux. 154
Sēproniū expugnatur. 272.382
Senæ Hetruriæ. 102.394
Serauallis Venet. 122.447
Siagius mons. 437
Sicilia Inſula. 388
Sigedunum Myſiæ. 273
Sigfridus Erbachius. 133
Sigfridus Villenbergicus. 133
Sigfridus Suepermānus. 91
Sigiſmundus Brandeſius. 407
Sigiſmundus Buecheimius. 251 (269
Sigiſmundus Eberſdorffiꝰ. 202
Sigiſmundus Friderici ſenioris filius. 157.181.199
Sigiſmundus Eitzingerus ab Alberto deficit. 240.259.277
Sigiſmūd. Herberſtainius. 124
Sigiſmūdus Poſingicꝰ. 248.288
Sigiſmundus Quinqueccleſienſis antiſtes. 382
Sigiſmundus ſancti Georgij Comes. 236. & 238
Sigiſmundus Schavvenbergicus Comes. 259
Sigiſm. Sebriacherus. 252.261
Sigiſmundus Spaurerus. 256
Sigiſmundus Tepelius. 259
Sigiſmundꝰ Friderici Senioris filius. 157.199. Tirolenſem Comitatum regit. 233. Carinthia ipſi cedit. 240. cum Heluetijs fœdus init. 306. Pontifici conciliatur. 286. bellum contra Venetos gerit. 375. Maximilianum Cæſ. hæredem inſtituit. 380. moritur. 399
Sigiſmundus Poloniæ rex. 466
Sigiſmundus Hūgariæ rex. 137 fit Cæſar. 145. concilium ꝓcurat. 148. Friderico Auſt. ſuccenſet. 150. Boëmiæ rex coronatur. 161. Ciſcam aggreditur. 162.163. Praga diſcedit. 169. moritur. 171.
Sigiſmundus Volckensdorffius Epiſcopus Salisburgenſis. 210. Maximilianum baptizat. 238
Sigiſmūd. Vveiſpriacherꝰ. 255
Silberbergū arx incenditur. 57
Sileſia & Sileſij. 27.160
Silueſtres comites occidunt Adolphum Imp. 66
Simon Caroleus legatus. 166
Simon Keppenbachius. 133
Simon Magnus. 287
Simon Pötlius capitur. 265
Simon de Thunno. 156
Sixtus Quartus Pontifex. 300
Sleinitium arx. 52
Smalcneccij nobiles. 104
Socolius Morauus vulgò Scheckl. 141.168
Solodurum obſidetur à Leopoldo Auſtriaco. 85.88
Solodurenſes Heluetij. 129.165
Solymannus Selymi filius. 485
Smicoſciꝰ ꝑdonū Dux. 271.285

Soauium

Ayuntamiento de Madrid

Soauium Italiæ oppidum capitur. 457.461
Soboſlauia Boëmiæ. 175
Somerſetenſis Dux. 166
Spaheimenſis Comes. 66
Sparendamum Hollãdiæ. 474
Spedia expugnatur. 401.433
Spilberga arx occupatur. 295
Spira Nemetũ. 65.86.418.419
Spoletinus præſul. 205
Staina capitur. 152.165
Starckenberga arx. 145
Steirdorffiũ expugnatur. 292
Stelligerorũ factio Baſileæ. 11
Stephanus Andreæ Hungariæ regis filius. 61.& 62
Stephanus Bathoreus. 383
Stephanus Bauariæ Dux. 83
Stephanus Deſpotis filius. 179
Stephanus Eitzingerꝰ.240.293
Stephanus Ep̃s Syrmienſis.382
Stephanus Geümanus. 274
Stephanus Hohenbergicus.277
Stephanus Ingolſtadienſis.147
Stephanꝰ Kiſlingꝰ capitur. 263
Stephanus Meiſlauius Auſtriæ Mariſcalcus. 27.28
Stephanus Schildbergicꝰ C. 29
Stephanus Sebeckius. 143
Stephanus Tranſiluaniæ regulus. 430.& 431
Sternberga Morauiæ oppi.296
Stetldorffium Auſtriæ. 251
Stira ciuitas, & Comitatꝰ. 33. 136. Alberto traditur. 242
Stiria obijcitur Hungariæ regi. 17. 119. 295. à Turcis vaſtatur. 312
Stiri Germaniæ populi. 45.56
Stirpinenſe monaſteriũ vulgò Stambs Tirolenſiũ Principũ ſepultura nobile.181.399
Stockerauu Auſtriæ pagus.243
Strala capta. 405
Streitvviſena arx expugnatur. 54
Strigonium Hungariæ. 180
Stutgardia VVirtembergæ oppidum obſidetur. 34
Suabecctum oppugnatur. 69
Suaderlochium nemus prope Conſtantiam. 408
Suigerus à Gruningen. 133
Suigerus à Gundelſingen Baro occiditur. 132
Suitenſes Heluetiæ popu 85.187
Sumerunus Ensburgi p̃fect.25
Suntheimius ſcriptor. 105
Suntgouia vaſtatur. 305
Surſeium oppidũ capitur. 165
Syla Heluetiæ amnis. 80
Synderouia Hungariæ obſidetur à Turcis. 179
Synopolis ab Vſumcaſſano expugnatur. 300

T.

Taboritæ vnde dicti. 160
Orphanos ſe vocant. 162
Boëmiam infeſtant. 168
Tachouia Boëmiæ oppid. 162
Thadæus Iuſtinianus Venetorum Legatus. 118
Taufers arx in Tyroli. 243
Epiſcopo Brixienſi oppingnorata. ibidem
Tarentinus Princeps Ferdinãdi Neapolitani filius. 321
Tarentũ magnæ Græciæ. 402
Tarrus Hetruriæ amnis. 397
Tatuilla Heluetiæ pagus. 105
Taurinum Pedemontij. 397
Taururum nũc Belgradũ. 222
Taruiſiana Marcha. 33.113
Rudolpho IIII.cõfertur.ibi.
Taruiſium. 34. obſidione cingitur. 122. Carrario traditur. 123.& 456
Tercelinus Galli legatus. 307
Tergeſtini à Vene.deficiũt. 118
Themiſuarum. 225
Tergeſte Cæſari ſubijcitur. 443
tentatur à Triuiſano. 448
Teneramũda aſtu capitur. 350
Thena vaſtatur. 436
Terouanua Morinorum vrbs. 332. ab Henrico Anglo obſidetur. 462
Tettnangij comites. 104.et 158
Theobaldus Blamontij comes. (79
Theobaldus Ferretanus Cõ. 43
Alſatiæ præficitur. 63
Theobaldus Mörſpergius. 132
Theodoricꝰ Miſniæ Marchio. 13
Theodoricꝰ Munchingẽſis. 134
Theobaldus Nidlingerus. 134
Theodoricus ab Hochdorff. 133
Theodoricꝰ Ratſamhuſius. 134
Theodorus Pullonius Leodius. 336. brabantos ſibi debellãdos ſumit. 344
Theya Auſtriæ. 53
Thierſtainij comites. 9.104.132
Thierſtainius à comite poſingico captus. 289
Theſeus inſtaurator Athenarum. 344
Thomas Auricanꝰ 333.340.341
Thomas Bernlappius. 133
Thomas Caietanus Cardinalis. 475
Thomas Ebendorffius ab Haſelbach Hiſtoricus. 85.190
Thomas Sarzanenſis fit Pontifex. 200. Nicolaus V. vocatur. ibidem
Thomas Trencherdius. 428
Tigurini arcem Vtlenbergam aſtu capiunt. 10.34.80. Ludouico ſe adiungũt. 86.98 cum Auſtriacis belligerantur. 102. Ioannem Habſpurgicum capiũt. 103. Auſtriacos inuadunt. 104.105.106. 109. 110. 165. 187. & 188. Kiiburgenſem comitem capiũt. Fœdus cum Auſtriacis ineunt.



Ayuntamiento de Madrid

ineunt. 189. Fluxæ fidei accuſantur. 191. 197. & 409.
Thilus Angliæ fluuius. 463
Tirnauia Vngariæ ab Ottocaro detinetur. 25. 290. & 294
Tirolenſis Ager. 74
Tirolenſes. 154. Erneſtum Archiducem ad ſe vocãt. ibid.
Tirolenſis comitatus. 116
Tirolis ad Auſtriacos teſtamẽto peruenit. 114
Tirolis vetuſta arx, 147
Titefreſena expugnatur. 336
Toggenburgici Comites. 10
Toggenbrunnum. 57
Tomaſina Maurocena. 61
Torberga incenditur. 135
Torbergicus mittitur ad Heluetios à Leopoldo. 116
Torcius Galli tribunꝰ. 319. 333
Tornacum Neruiorum. 378. capitur ab Anglis. 463
Tornacum Gallis ꝑditum. 319
Tormentum bellicum à quo productum. 176
Torſum olim Turonũ. 384. 453
Tragus ſeu Drauus Carinthiæ fluuius. 245
Traiectum inferius. 304
Tramollius Burgundus militum præfectus. 413. cum exercitu Ciamontium proficiſci iubetur. 436
Tramollius Diuionis p̃fect. 463
Trapezus Cappadociæ ab Vſumcaſſano expugnata. 300
Trauterſdorffium. 313
Trauſniz arx ĩ agro Norico. 91
Trautmansdorffium. 209
Trebenia Auſtr. oppidum. 186
Trebenſeium Epiſcopi patauẽſis oppidum. 248. occupatur à Fraunauuero. ibidem
Trebitium incenditur. 244
Trelona arx à Ludouico Bauaro capitur. 329
Treuium captũ et receptũ. 442
Triballi Seruiæ populi. 222
Tridentum Comitatus Tyrolenſis ciuitas. 148
Triſinæus Cordæo pacem ſuadet. 356
Triuiſanꝰ Venetorũ legatꝰ. 470
Tudertum Vmbriæ oppid. 286
Tſchudus ſcriptor. 407
Tuffenſtaina arx. 12
Tuffenſtainius Baro. 8
Tugium Heluetiæ oppidum obſidetur. 106. & 108
Tulna vetus Auſtriæ oppidum. 25. 29. Conuentus ibidem indictus. 261. Matthiæ Coruino Vngarorum regi ſe dedit. 249. 314
Tuna arx tentatur. 227
Tungri ad deditionem compelluntur. 344
Turingus Halouilius. 279
Turonum vulgò Torſum. 384. & 349
Turcæ. 187. Funduntur à Coruino. 195. Carinthiam vaſtant. 312. Forum Iulij depopulantur. 314. in Carinthia prædas agunt. 331
Tranſſyluaniam vaſtant. 336
Turgouia Heluetiæ tractꝰ. 34. 40. vaſtatur ab Heluetijs. 199
Turenbergum arx. 343
Tuſcani Italiæ populi. 20
Thuringia. 24. 72. 73
Thuringi. 163. Alberto Saxoni auxiliares. ibidem
Thuringus Halouilius. 133. 190. Dux peditum Tigurinorium. 197
Thürnſtaina arx expugnatur. 54

V.

Vacquedonius occiditur. 345
Valdutiũ arx incenſa. 40. 407
Valenciena Hannoniæ. 316
Valentinus Liebhartus. 282
Vangiones Germã. populi. 66
Vanſdorffium. 42
Varadinum Vngar. 171. & 382
Vaticanus Romæ. 394
Vdalricus Arbergicus. 133
Vdalricus à Bieticon. 134
Vdalricus Brixinenſis Ep̃s. 156
Vdalricus Carinthiæ Dux. 17
Vdalricus Ciliæ Comes. 177. eius dominandi cupido. 178. Ladiſlai nomine iurat. 194. prædones propellit. 200. Cæſaris aula eijcitur. 216. in gratiam recipitur. 219. 220. 221. occiditur. 225
Vdalricus Eitzingerus. 200. 208. & 215. exulatum abit. 219. Ladiſlao conciliatur. 229. 230. 236. ab Alberto ad Cæſarem tranſit. 240. captiuus ducitur. 241. Viennam venit. 247
Vdalricus ab Embs. 133
Vdalricꝰ Emburgicꝰ Com. 44
Vdalricus Ferretarum Comes. 12. 80. 102. 111
Vdalricus Grafeneccerus. 237. 246. 250. & 252
Vdalricus Güttingenſis. 17
Vdalricus Gurcẽſis præſul. 274
Vdalricus Hainburgicus Comes. 29. 46. 59
Vdalricus ab Hallueil. 133
Vdalricus Haſenbergicus. 132
Vdalricus Holzerus, conſul Viennæ. 252. 253. Cæſari fidem renunciat. 255. et 268. bonis ſuis priuatur. 269. 270. ſupplicio afficitur. 271
Vdalricus Lentzburgi Com. 5
Vdalricus Nuſdorffius Epiſcopus Patauienſis. 230
Vdalricus Palatinus Tubingenſis. 132

Vdalri-

Ayuntamiento de Madrid

Vda... us Palmenſis. 78.& 79
Vdalricus Pfannenbergẽſis. 46
Vdalricus à Rambſchuuag. 17
Vdalricus Regenſpergic⁹. 9. 10.
Vdalricus Reinachius. 133
Vdalricus Riderus præpoſitus Friſingenſis. 211. Viennam mittitur. 252
Vdalricus Rüdenhemius. 134
Vdalricus Roſenbergicus. 201
Vdalricus Roſenſis. 174.& 178
Vdalricus Schauuenbergicus. 202.& 255
Vdalricus Starckẽbergic⁹. 165
Vdalricus Sternbergicus. 203
Vdalricus Sunpergerus. 203
Vdalricus Tegerfeldius. 133
Vdalricus Thierbergicus. 132
Vdalricus à Viehofen. 22
Vdalricus à Vvaldſee. 45.82
Vdalric⁹ Vverdembergic⁹. 256
Vdalricus Vvirtembergic⁹. 100 & 254. capitur. 302. Philippo Palatino bellũ infert. 422 fit Heluetiorum Dux. 463
Veldkirchia obſidetur. 12. 120. (& 152
Velſperga arx. 54
Venantius Camers. 376
Venceſlaus Caroli IIII. fili⁹. 113 ſuccedit patri in Impio. 121. à rerum faſtigio deijcitur. 137. moritur. 159
Venceſlaus Ottocari filius. 26. 32. 39. nuptias celebrat. 40. 71. moritur. 72
Venceſlaus Venceſlai filius, fit rex Hungariæ. 69. 71. degener. 73.
Venceſlaus Turrianus. 168
Veneti contra Tergeſtinos & Hungaros. 118. capiunt Germanos mercatores. 121. Taruiſiũ Leopoldo tradunt. 122. Sigiſmundo Auſt. bellũ inferunt. 375.& 316. Maximiliano tranſitum negant. 432. inducias cum ipſo faciunt. 439. 443. 446. eorum in Germanos crudelitas. 447. Vincentiam recipiunt. 450. Baſſanũ occupant. 451. fugantur à Germanis. 457. cæduntur. 464. Maranum obſident. 465. 469.& 472.
Venloium Geldriæ. 437
Vennones Tirolis incolæ. 406
Verbigenus pagus. 165
Verona Italiæ ciuitas. 203. Cæſari tradita. 446. periclitatur. 447. à Venetis tentatur. 450. 453. 462. obſidetur. 472
Veſontio obſidione cincta. 43
Vicegradenſis arx Pragæ expugnata. 159. 184
Vicodurum in Batauis. 337
Victorinus Georgij Boëmæ regis filius. 258. 296. 300. 473
Vienna Auſtriæ caput. 25. 47. 48. 49. diſſenſionibus agitata. 142. peſte afflicta. 145. tumultus ibidem. 237. 247. 252. 279. 287. obſidetur. 314. & 354. oppugnatur à Coruino. 358
Vigilius Gradlerus. 248
Villacum Carnicum. 202
Villafortis caſtrum. 368. 379
Villafranca agri Vincẽt. 472
Villinga oppidum. 65
Vilera arx capta. 135
Vincentia à Germanis capta. (443. 452.& 457
Vincentius Quirinus Venetorum legatus. 431
Vindoniſſa Ergouiæ pagus. 78
Vindorum Marcha. 34
Vintonienſis Cardinalis. 162
Viola Teſſinenſis Duciſſa. 73
Virida Barnabouis Mediolanenſis Ducis filia. 134
Virnenbergicus Comes. 337
Virodunum expugnatur. 336
Viterbium Tuſciæ. 204
Vitoldus Lituaniæ Dux. 161
Vitodurum Turgouiæ oppi. 67. (79.& 152
Vitus Eberſdorffius. 25.& 259
Vitus Vvolckenſteinius. 333. capitur Brugis. 371. Tirolẽſium militum pfectus. 379
Vladiſlaus Caſimiri Poloni filius. 297. Competitor Regni Boëmici. 298. renunciatur Boëmiæ rex. 299. Regnum Hungariæ ambit. 381. coronatur Hungariæ rex. 382
Vladiſlaus Locticus regno pulſus. 69. in regnum redit. 73
Vladiſlaus Poloniæ rex. 169. cum exercitu Sileſiam ingreditur. 177. in Hungariã vocatur. 182. in regem ibidem coronatur. 186. cum Turcis pacem facit. 196
Vlma vrbs Sueuiæ. 91. obſidetur. 121. conuent⁹ ibid. 438.
Vltraiectum deditione captũ. 339.& 349
Vnderuualdij Heluetij. 8
Volcatius Pühler. 55
Voldemarus Anhaltinus princeps. 308
Vratiſlauia Sileſiæ metropolis. (159. 290.& 310
Vrbanus Sextus Pont. 136
Vrbinum receptũ à Franciſco Rouereo. 417.& 474
Vrij Heluetiæ populi. 34. 85. 154
Vrſula Neideccera. 203
Vſumcaſſanus Perſarum Tyrannus. 300
Vtina à Germanis capta. 457.
Vtlenberga arx à Tigurinis de ſtructa. 10
Vynmuthus Angliæ port⁹. 428



Ayuntamiento de Madrid

## W.


Vvalburgis Zinzēdorffia. 203
Vvaldeccia arx deſtructa. 36
Vvaldemarus Marchio Brandenburgenſis. 85
Vvaldishutum ad Rhæn. 165
Vvaldkirchiū in nigra ſilua. 4
Vvaldnerus à Sultz. 103
Vvalgouia aliâs Vallis Druſiana. 408. & 409
Vvalones Belgæ ad Rodemarcum trucidantur. 337
Vvalraffus Brederodius. 320
Vvalraffus Thierſteinius. 132
Vvalterus Andlouius. 133
Vvalterus Dickius. 132
Vvalterus Geroltzeggius Argentoratenſ. Eps. 9
Vvalterus Hohenfelſius. 133
Vvalterus Eſchenbachius. 77. coniurat in necem Alberti Cæſ. 78. Bubulcum agit. 79
Vvalterus Meyerus. 134
Vvalterus Morſpergius. 132
Vvalterus à Neufreno. 133
Vvalterus Spet ab Eſelen. 133
Vvalterus à Stadio occiſus. 106
Vvarth caſtrum euerſum. 80
Vveiteneccium arx. 54. & 270
Vvaldnerus captus. 136
Vvelſo iunior. 6
Vvelſium Auſtr. oppid. 33. 58
Vverdea Sueuiæ. 68
Vverdenberga oppidum cum arce. 40. & 408
Vvernerus abbas Sangallenſis. 6. & 11
Vvernerus Altēburgi & Habſpurgi Comes. 5
Vvernerus Badenſis Comes. 5
Vvernerus Hünenburgicꝰ. 134
Vvernerus Lotharingicus Epiſcopus Argentinenſis. 5
Vvernerus Rudolphi Taciturni filius. 6
Vvernerus Schōneccius. 133
Vverlinus à Flachsland. 133
Vverlinus Hattſtadius. 133
Vverlinus Morſpergicus. 132
Vverlinus Rotpergicus. 133
Vveſena oppidum occupatum 106. exuſtum. 135
Vveſtbroeck pagus incēſus. 339
Vveſtendorffius. 252
Vvetzflaria obſeſſa. 36
Vvicardus Patauienſ. Eps. 37
Vvicardus Polheimius. 141
Vvierus Brabantiæ Cancellarius. 346
Vvigandus à Theben parochus in Calemberg. 101
Vvigeboldus Colonienſis Elector. 67
Vviguleus Hund. 114
Vvila Turgouiæ. 12. 35. 199
Vvilhelmus Arch. Auſtriæ 124 in Poloniā proficiſcitur. 125 Polonia excedit. 126. diem obit. 140
Vvilhelmus Bebringerus. 256
Vvilhelmus ab End. 133
Vvilhelmus Kirchpergerꝰ. 104
Vvilhelmus Rotbachius. 133 cæteros quære in litera G.
Vviliſouia incendio vaſtatur. (135
Vvinſperga à Vvirtembergico capta. 422
Vvolfardus Verianus. 308. 320
Vvolfardus Borſelius Com. 328
Vvolfgangus Auſtriacus Friderici filius. 181
Vvolfgangus à Battmeringen. (133
Vvolfgangus Bauariæ regulus. (421. 425
Vvolfgangus Fürſtenbergicus Comes. 408. & 428
Vvolfgangus Hannonius. 54
Vvolfgangus Holobrunnerus. (166. & 270
Vvolfgangus Hungerus. 120
Vvolfgangus Kadauuerus. 256
Vvolfgangus Polheimius capitur Brugis. 371
Vvolfgangus Raitembergerus (258
Vvolfgangꝰ Roggēdorffius. 260
Vvolfgangus Schauuenbergicus Comes. 259. & 291.
Vvolfgangus à Vvaldſee. 217. (& 236
Vvolfingus Stubenbergicus. 46
Vvolfius à Pfanhauſen. 133
Vvolfius Roram arcē prodit. 12
Vvolhuſium ad Lucernates tranſit. 180. expugnatur. 131
Vvormatia Vangionum vrbs. (395


## Z.


Zacharias Contarenus. 439
Zaringenſes Duces. 3
Zatecenſes Boëmi. 177
Zauiſius Roſenſis. 33. à Vvenceſlao in gratiam receptus. 44. capite plectitur. 45
Zdenco Sternbergicus. 201
Zirckendorffius tormētorum magiſter. 256
Znoyma Morauiæ oppidum 33. obſidetur ab Alberto quarto. 138
Zofinga in poteſtatem Bernatum venit. 165
Zuetla à Thaboritis expugnatur. 162


*FINIS.*

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid
Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid
Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid